
MISSALE
NEMENSE
1511





armes de Guillaume Briçonnet :

« d'az. à la bande componée d'or et de gu.
le 1er compon de gu. chargé d'une étoile d'or ; la dite
bande acc. d'une étoile d'or posée au canton
senestre du chef (Rietstap)

Missale ~~[illegible]~~ Remense 1511

Ditat seruata fides.



Missale ecclesie Remensis accurate castigatum.

Almanach.

Mille. narius	Numer' aureus.	Septua gesima.	Pascha.	Aduētus.	Littera dñica lis	cū bissexto.
M.cccccxj	xj	xvj.febru.	xx.aprił.	xxx.nouē.	E	
cccccxij	xij	viij.febru.	xj.aprił.	xxviij.no.	D	C
cccccxiij	xiij	xxiij.ianu.	xxvij.mar.	xxvij.no.	B	
cccccxiiij	xiiij	xij.febru.	xvj.aprił.	iij.decēb.	A	
cccccxv	xv	iiij.febru.	viij.aprił.	ij.decēb.	G	
cccccxvj	xvj	xx.ianua.	xxiij.mar.	xxx.nouē.	F	E
cccccxvij	xvij	viij.febru.	xij.aprił.	xxix.no.	D	
cccccxviij	xviij	xxxj.ianu.	iiij.aprił.	xxviij.no.	C	
cccccxix	xix	xx.februa.	xxiiij.apri.	xxvij.no.	B	
M.ccccccxx	i	v.februa.	vij.aprił.	ij.decēb.	A	G
ccccccxxj	ij	xxvij.ianu.	xxxj.mar.	i.decēb.	F	
ccccccxxij	iij	xvj.febru.	xx.aprilis.	xxx.nouē.	E	
ccccccxxiij	iiij	i.februa.	v.aprilis.	xxix.nouē.	D	
ccccccxxiiij	v	xxiiij.ia.	xxvij.mar.	xxvij.no.	C	B
ccccccxxv	vj	xij.febru.	xvj.aprił.	iij.decēb.	A	
ccccccxxvj	vij	xxviij.ia.	i.aprilis.	ij.decēb.	G	
ccccccxxvij	viij	xvij.febru.	xxj.aprił.	i.decēb.	F	
ccccccxxviij	ix	ix.februa.	xij.aprił.	xxix.nouē.	E	D
ccccccxxix	x	xxiiij.ia.	xxviij.mar.	xxviij.no.	C	
Mccccccxxx.	xj	xiij.febru.	xvij.aprił.	xxvij.no.	B	
ccccccxxxj	xij	v.februa.	ix.aprilis.	iij.decēb.	A	
ccccccxxxij	xiij	xxviij.ia.	xxxj.mar.	i.decēb.	G	F
ccccccxxxiij	xiiij	ix.februa.	xiij.aprił.	xxx.nouē.	E	
ccccccxxxiiij	xv	i.februa.	v.aprilis.	xxix.nouē.	D	
ccccccxxxv	xvj	xxiiij.ia.	xxvij.mar.	xxviij.no.	C	
ccccccxxxvj	xvij	xiij.febru.	xvj.aprił.	iij.decēb.	B	A
ccccccxxxvij	xviij	xxviij.ia.	i.aprilis.	ij.decēb.	G	
ccccccxxxviij	xix	xvij.febru.	xxj.aprił.	i.decēb.	F	
ccccccxxxix	i	ij.febru.	v.aprilis.	xxx.nouē.	E	
M.ccccccxl	ij	xxv.ianu.	xxviij.mar.	xxviij.no.	D	C
ccccccxlj	iij	xiij.febru.	xvij.aprił.	xxvij.no.	B	
ccccccxlij	iiij	v.februa.	ix.aprilis.	iij.decēb.	A	
ccccccxliij	v	xxj.ianua.	xxv.mar.	ij.decēb.	G	
ccccccxliiij	vj	x.februa.	xiij.aprił.	xxx.nouē.	F	E
ccccccxlv	vij	i.februa.	v.aprilis.	xxix.no.	D	

KL Januarius habet dies .xxxi. Luna vero .xxx.
Nox habet horas .xvi. Dies vero .viii.

iii	A	Janu	Circuncisio domini .ix. lc.	duplex.
	b	iiii	Octaua sancti steppbani.	ix. lc.
xi	c	iii	Octaua sancti iohannis.	ix. lc.
	d	ii	Octaua sanctorum innocentium.	ix. lc.
xix	e	Nōs.		Uigilia.
viii	f	viii	Epiphania domini .ix. lc.	duplex.
	g	vii	Juliani et basilice martyr. Terminus septuagesime.	
xvi	A	vi	Eugenie virginis et martyris.	ix. lc.
v	b	v		
	c	iiii		
xiii	d	iii		
ii	e	ii		
	f	Id'.	Octaua epiphanie. ix. lc. Ylarii episcopi et cōfessoris.	
x	g	xix	Kl's februarii. Felicis impicis presbiteri et confessoris.	
	A	xviii	Boniti episcopi et confessoris.	ix. lc.
xviii	b	xvii	Marcelli pape et martyris.	ix. lc.
vii	c	xvi	Anthonii confessoris. ix. lc. Speri. eleu. et melen. mrt.	
	d	xv	Prisce virginis et martyris.	Sol in aquario.
xv	e	xiiii	Honorati episcopi et confessoris. Initiū septuagesime.	
iiii	f	xiii	Fabiani pape: et sebastiani martyris. ix. lc.	duplex.
	g	xii	Agnetis virginis et martyris.	ix. lc.
xii	A	xi	Uincentii martyris.	ix. lc.
i	b	x	Genouefe virginis.	
	c	ix	Timothei discipuli pauli. Babille epī et martyris.	
ix	d	viii	Conuersio sancti pauli. ix. lc.	Dies eger.
	e	vii	Policarpi episcopi et martyris.	
xvii	f	vi	Johannis episcopi constantinopolis et confessoris.	
vi	g	v	Agnetis secundo.	
	A	iiii		
xiiii	b	iii		
iii	c	ii		

¶ In iano claris calidisq; cibis potiaris:
Atq; decens potus post fercula sit tibi notus.
Ledit enim medo tunc potus vt bene credo:
Balnea tute intres: et venam scindere cures.

✠ ii

KL Februarius habet dies.xxviij. Luna vero.xxix.
Nox habet horas.xiiij. Dies vero.x.

	d	Febr.	Ignacij episcopi et martyris.	ix.lc.
xj	e	iiij	Purificatio sancte Marie.ix.lc.	duplex.
xix	f	iij	Blasij episcopi et martyris.ix.lc.dr.	Prima istātia.
viij	g	ij		Dies eger.
	A	Nōs.	Agathe virginis et martyris.	ix.lc.
xvj	b	viij	Dorothee virginis et martyris.	
v	c	vij		Initium veris.
	d	vj		
xiij	e	v	Octaua sancte marie.	ix.lc.
ij	f	iiij	Scolastice virginis.	
	g	iij		
x	A	ij	Eulalie virginis et martyris.	
	b	Id⁹.		
xviij	c	xvj	Kls marcij. Valentini presbiteri et martyris.	
vij	d	xv		Sol in piscibus.
	e	xiiij		
xv	f	xiij		
iiij	g	xij		
	A	xj		
xij	b	x		
j	c	ix		
	d	viij	Cathedra sancti petri.ix.lc.	Uer oritur.
ix	e	vij		Uigilia.
	f	vj	Mathie apostoli.xi.lc.duplex.	Locus bissexti.
xvij	g	v		
vj	A	iiij		Dies eger.
	b	iij		
xiiij	c	ij	Translatio beati augustini.ix.lc.	duplex.

¶ Nascitur occulta febris februario multa:
Potibus et escis: si caute viuere velis.
Tunc caue frigora: de pollice funde cruorem:
Suge fauum mellis pectoris morbos qui curabit.

KL Martius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. xij. Dies vero. xij.

iij	d	Mar.		
	e	vj		Dies eger.
xj	f	v		
	g	iiij		
xix	A	iij		vij. embol'.
viij	b	ij		iij. embol'.
	c	Nõs.	Perpetue et felicitatis martyrum.	ix. lc.
xvj	d	viij	Thome de aquino confessoris.	ix. lc.
v	e	vij		
	f	vj	Corone domini. ix. lc.	duplex.
xiij	g	v		
ij	A	iiij	Gregorij pape et confessoris. ix. lc.	duplex.
	b	iij		
x	c	ij		
	d	Idꝰ.		
xviij	e	xvij	Kls aprilis.	
vij	f	xvj		
	g	xv	Gabrielis archangeli. ix. lc.	duplex.
xv	A	xiiij	Joseph confessoris. ix. lc.	duplex.
iiij	b	xiij		
	c	xij	Benedicti abbatis et ꝯfessoris. ix. lc. dx.	Equinoxiū.
xij	d	xj		
j	e	x		
	f	ix		
ix	g	viij	Annunciatio dominica. ix. lc.	duplex.
	A	vij		
xvij	b	vj		
vj	c	v		Dies eger.
	d	iiij		
xiiij	e	iij		
iij	f	ij		

¶ Post festū beati benedicti: vbicūq3 inuenitur luna. xiiij. proxima dominica est pascha: et hoc nunq̃ fallit.

¶ Martius humores gignit variosq3 dolores:
Sume cibum pure coacturas si placet vre.
Balnea sunt sana: sed que superflua vana:
Vena nec abdenda: nec potio sit tribuenba.

KL Aprilis habet dies.xxx. Luna vero.xxix.
Nox habet horas.x. Dies vero.xiiij.

	g	Apri.	Translatio sancti ferreoli episcopi et confessoris.	ix.lc.
xj	A	iiij		
	b	iij		
xix	c	ij	Depositio scti ambrosij epi et confessoris.	ix.lc. duplex.
viij	d	Nos.		
	e	viij		Istantia aurei numeri.
xvj	f	vij		
v	g	vj		
	A	v		¶ Nota quod tertia dnica tertie lunationis post epiphaniam sit bissextus aut non: ibi erit Pascha.
xiiij	b	iiij		
ij	c	iij		
	d	ij		
x	e	Id9.	Translatio sancti baudilij martyris.	ix.lc.
	f	xviij	Kls maij. Tiburcij: valeriani: et maximi martyrum.	
xviij	g	xvij		
vij	A	xvj		
	b	xv		
xv	c	xiiij		
iiij	d	xiij		
	e	xij		
xij	f	xj		Dies eger.
j	g	x		
	A	ix	Georgij martyris.	ix.lc.
ix	b	viij		
	c	vij	Marci euangeliste. ix.lc.	duplex.
xvij	d	vj	Cleti pape et martyris.	ix.lc.
vj	e	v		
	f	iiij	Vitalis martyris.	Claues penthecos.
xiiij	g	iij	Petri martyris de ordine predicatorum.	ix.lc.
iij	A	ij	Eutropij episcopi et martyris.	ix.lc.

¶ Hoc probat in vere vires aprilis habere:
Cuncta renascuntur: pori tunc aperiuntur.
In quo scalpescit corpus: sanguis quoque crescit:
Ergo soluatur venter: cruorque minuatur.

KL Maius habet dies .xxxi. Luna vero .xxx.
Nox habet horas .viii. Dies vero .xvi.

xi	b		Maii. Philippi et iacobi apostolorum .ix. lc.	duplex.
	c	vi	Athanasii episcopi et confessoris.	
xix	d	v	Inuētio scte crucis .ix. lc. &c. Alexādri: euenti: z theo-	
viii	e	iiii	doli mr̄z.	Dies eger.
	f	iii	Monice continens.	ix. lc.
xvi	g	ii	Johannis ante portam latinā .ix. lc.	Initiū penthe.
v	A	Nōs.		
	b	viii		
xiii	c	vii		Estatis initium.
ii	d	vi	Gordiani et epimachi martyrum.	
	e	v	Pontii martyris.	ix. lc.
x	f	iiii	Pancrasii: nerei: et archilei martyrum.	
	g	iii	Marie ad martyres.	
xviii	A	ii		
vii	b	Id9.		
	c	xvii	kls iunii.	
xv	d	xvi		
iiii	e	xv		Sol in geminis.
	f	xiiii	Yuonis confessoris.	ix. lc.
xii	g	xiii	Baudilii martyris .ix. lc.	duplex.
i	A	xii		
	b	xi		
ix	c	x	Desiderii episcopi et sociorum eius martyrum.	
	d	ix	Donatiani et rogatiani martyrum.	
xvii	e	viii	Urbani pa. Marie iacobi .ix. lc. Estas orit.	Dies eg.
vi	f	vii		
	g	vi		
xiiii	A	v	Villelini confessoris.	
iii	b	iiii		
	c	iii	Felicis pape et martyris.	
xi	d	ii	Petronille virginis.	

¶ Mayo secure laxari sit tibi cure:
Scindatur vena: sed balnea dentur amena.
Cum calidis rebus: sint fercula seu speciebus:
Potibus astricta sit saluia cum benedicta.

KL Junius habet dies.xxx. Luna vero.xxix.
Nox habet horas.vi. Dies vero.xviii.

	e	Junii	Nicomedis presbiteri et martyris.	
xix	f	iiii	Marcellini et petri martyrum.	ix.lc.
viii	g	iii		
	A	ii		Nona istantia aurei numeri.
xvi	b	Nōs.	Bonifacii martyris.	
v	c	viii	Claudii episcopi et confessoris.	ix.lc.
	d	vii		
xiii	e	vi	Medardi episcopi et confessoris.	
ii	f	v	Primi et feliciani martyrum.	Dies eger.
	g	iiii		
x	A	iii	Barnabe apostoli.ix.lc.	duplex.
	b	ii	Basilii:cirini:naboris:nazarii:et celsi.martyrum.	
xviii	c	Id'.	Anthonii confessoris:de ordine fratrū minorꝫ.	ix.lc.
vii	d	xviii	Kls iulii.	
	e	xvii	Viti:modesti:et crescentie.martyrum.	
xv	f	xvi	Cirici et iulite martyrum.ix.lc.	Dies eger.
iiii	g	xv		Sol in cancro.
	A	xiiii	Marci ꝛ marcelliani martyrum.	
xii	b	xiii	Geruasii et prothasii martyrum.	ix.lc.
i	c	xii		Solstitium.
	d	xi		
ix	e	x	Sanctorum decem milia martyrum.	ix.lc.
	f	ix		Vigilia.
xvii	g	viii	Natiuitas precursoris domini.ix.lc.	duplex.
vi	A	vii	Eligii episcopi et confessoris.	ix.lc.
	b	vi	Johannis et pauli fratrum martyrum.	ix.lc.
xiiii	c	v		
iii	d	iiii	Leonis pape et confessoris.	Vigilia.
	e	iii	Apostolorum petri et pauli.ix.lc.	duplex.
xi	f	ii	Hic facimus de sancto paulo.	ix.lc.

¶ In iunio gentes perturbat medo bibentes:
Atq; nouellarum fuge potus ceruisiarum.
Ne noceat colera valet hec refectio vera:
Lactuce frondes ede:ieiunus bibe fontes.

KL Julius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. viij. Dies vero. xvj.

	g	Julij.	Octaua sancti iohannis.	ix. lc.
xix	A	vj	Uisita. bt̃e Marie. ix. lc. dx. Processi ꝛ martiniãi. mr̃.	
viij	b	v		
	c	iiij		
xvj	d	iij		
v	e	ij	Octaua apłoꝝ. Dedicatio eccłie nemẽsis. ix. lc. dupłx	
	f	Nõs.	Nota q̄ dñica prima post octa. apłoꝝ	
xiij	g	viij	petri ꝛ pauli fit dedicatio eccłie nemeñ.	
ij	A	vij		
	b	vj	Septem fratrum martyrum.	
x	c	v		
	d	iiij		
xviij	e	iij	Octaua dedicationis. ix. lc.	Dies eger.
vij	f	ij	Hic incipiunt dies caniculares.	
	g	Id⁹.		
xv	A	xvij	Kł's augusti.	
iiij	b	xvj	Alexi confessoris.	ix. lc.
	c	xv	Arnulphi episcopi et confessoris.	Sol in leone.
xij	d	xiiij	Juste et ruphine virginum et martyrum.	
j	e	xiij	Margarite virginis ꝛ martyris.	ix. lc.
	f	xij	Uictoris ꝛ socioꝝ ei⁹ mrꝝ. ix. lc. Praxedis virgĩs ꝛ m̃.	
ix	g	xj	Marie magdalene. ix. lc. duplex.	Dies eger.
	A	x	Apollinaris episcopi ꝛ martyris.	
xvj	b	ix	Christine virginis ꝛ martyris.	Uigilia.
vj	c	viij	Jacobi apostoli. ix. lc.	duplex.
	d	vij	Anne matris sancte marie.	ix. lc.
xiiij	e	vj	Christofori et cucufati martyrum.	ix. lc.
iij	f	v	Nazarij et celsi martyrum.	ix. lc.
	g	iiij	Marthe vir. ix. lc. dx. Feli. epi ꝛ m̃. Sipli. fau. ꝛ bea. m̃	
xj	A	iij	Abdon ꝛ sẽnen mrꝝ. Jstã. aurei nũeri. Lupi epi ꝛ ꝯ.	
	b	ij	Germani episcopi et confessoris.	ix. lc.

¶ Qui vult solamen iulio probat hoc medicamen:
Uenam non scindat: nec ventrem potio ledat.
Somnum compescat: et balnea cuncta pauescat:
Prodest recens vnda allium cum saluia munda.

 v

KL Augustus habet dies .xxxi. Luna vero .xxx.
Nox habet horas .x. Dies vero .xiiii.

viii	c	Aug.	Vincula scti petri. ix. lc. Sctoꝝ machabeoꝝ martyꝝ.	
	d	iiii	Stephani pape ꝛ marty. Hic facim⁹ de scto felice mr.	
vii	e	iii	Inuentio sancti stephani.	ix. lc.
	f	ii		
xv	g	Nōs.	Dominici confessoris.	ix. lc.
iiii	A	viii	Trāsfigu. dñi. ix. lc. dx. Sixti pa. ꝛ mr. Iusti ꝛ past. m̄.	
	b	vii	Donati epi et mr. Hic facim⁹ de sctis iusto ꝛ pastore.	
xii	c	vi	Ciriaci mr. et sociorū eius. Hic facimus de scto sixto.	
i	d	v	Romani martyris.	Vigilia.
	e	iiii	Laurentii martyris. ix. lc.	duplex.
ix	f	iii	Tyburcii martyris.	
	g	ii	Clare virginis. Radegundis.	ix. lc.
xvii	A	Id⁹.	Ypoliti ꝛ sociorum eius martyrum.	ix. lc.
vi	b	xix	Kl's septēbris. Eusebii presbiteri ꝛ ꝯfesso.	Vigilia.
	c	xviii	Assumptio beate Marie. ix. lc.	duplex.
xiiii	d	xvii	Rochi confessoris. ix. lc.	duplex.
iii	e	xvi	Octaua sancti laurentii.	ix. lc.
	f	xv	Agapiti martyris.	Sol in virgine.
xi	g	xiiii		
	A	xiii	Bernardi abbatis et confessoris.	ix. lc.
xix	b	xii	Priuati epi ꝛ marty. ix. lc.	Autumpnus oritur.
viii	c	xi	Octaua scte marie. ix. lc. Timothei ꝛ simphoriāi. mr.	
	d	x		Vigilia.
xvi	e	ix	Bartholomei apostoli. ix. lc.	duplex.
v	f	viii	Ludouici confessoris.	ix. lc.
	g	vii	Genesii martyris.	ix. lc.
xiii	A	vi	Cesarii episcopi ꝛ confessoris. ix. lc. Rufi martyris.	
ii	b	v	Augustini epi ꝛ ꝯfes. ix. lc. dx. Hermetis ꝛ iuliani mr.	
	c	iiii	Decollatio scti iohis bapti. ix. lc. Sabine virg. ꝛ mr.	
x	d	iii	Felicis ꝛ audacti mr. Dies eger. Hic fac⁹ de sctis hermete et iuliano.	
	e	ii		

¶ Quisquis in augusto viuat medicamine iusto:
Raro dormitet: estum: coitum quoq; vitet.
Balnea non curet: nec multa comestio duret:
Nemo laxari debet: nec fleubotomari.

KL September habet dies. xxx. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. xij. Dies vero. xij.

xvj	f	Sept.	Egidij abbatis z ↄfessoris. ix. lc. dx. Prisci martyris.	
v	g	iiij	Anthonini martyris.	ix. lc.
	A	iij		Dies eger.
xiij	b	ij	Octaua sancti augustini.	ix. lc.
ij	c	Nōs.	Victorini martyris.	Finis dierū canicularium.
	d	viij		
x	e	vij		
	f	vj	Natiuitas sācte Marie. ix. lc. dx. Adriani martyris.	
xviij	g	v	Gorgonij martyris. Hic facimus de sancto adriano	
vij	A	iiij	Salui episcopi et confessoris.	
	b	iij	Prothi et iacincti martyrum.	
xv	c	ij		
iiij	d	Id9.		
	e	xviij	Exaltatio sancte crucis. ix. lc. dx. Cornelij z cypriani.	
xij	f	xvij	Octaua sancte marie. ix. lc. Nicomedis martyris.	
j	g	xvj	Lucie z geminiani martyꝝ. Eufemie virgīs z marty.	
	A	xv		Sol in libra.
ix	b	xiiij	Ferreoli martyris.	
	c	xiij		
xvij	d	xij		Vigilia.
vj	e	xj	Mathei aplī. ix. lc. dx. Castoris epi z ↄfes.	Dies eger.
	f	x	Mauricij et sociorum eius martyrum.	ix. lc.
xiiij	g	ix	Thecle virginis et martyris.	
iij	A	viij	Hic facimus de sancto castore. ix. lc. dx.	
	b	vij		
xj	c	vj	Cypriani episcopi: et iustine martyrum.	
	d	v	Cosme z damiani martyꝝ. ix. lc. Istan. aurei numeri.	
xix	e	iiij	Helisiarij confessoris.	ix. lc.
viij	f	iij	Michaelis archangeli. ix. lc.	duplex.
	g	ij	Hieronimi presbiteri et confessoris. ix. lc.	duplex.

¶ Fructus maturi septembris sunt udituri:
Et pira cum vino: panis cum lacte caprino.
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica:
Tunc venā pandas: species cū semine mādas.

KL October habet dies.xxxj. Luna vero.xxix.
Nox habet horas.xiiij. Dies vero.x.

xvj	A	Oct.	Germani et remigij episcoporũ et confessorum.	
v	b	vj		
	c	v	Dyonisij anopagite epi ⁊ mr̃. Dies eger. Istãtia au.	
xiij	d	iiij	Fancisci confessoris.	ix.lc.
ij	e	iij	Appollinaris episcopi et confessoris.	
	f	ij	Fidis virgis ⁊ marty. Octaua scti michaelis.	ix.lc.
x	g	Nõs.	Marci pape ⁊ ↄfes. Marcelli: epulei: bacci: ⁊ sergi. mr̃.	
	A	viij	Demetrij martyris.	
xviij	b	vij	Dyonisij episcopi: rustici: ⁊ eleutherij martyrũ. ix.lc.	
vij	c	vj	Celebratio scti martialis episcopi ⁊ ↄfessoris. ix.lc. dx.	
	d	v	Firmini episcopi et confessoris. ix.lc.	duplex.
xv	e	iiij		
iiij	f	iij	Geraldi confessoris.	
	g	ij	Calixti pape et martyris.	
xij	A	Idꝰ.		
j	b	xvij	Kl's nouẽbris.	
	c	xvj	Florentij episcopi et confessoris.	
ix	d	xv	Luce euangeliste. ix.lc. duplex.	Sol in scorpione.
	e	xiiij		
xvij	f	xiij	Caprasij martyris.	
vj	g	xij	Ylarionis confessoris. Undecim milia virginũ. ix.lc.	
	A	xj	Marie salome. ix.lc.	Dies eger.
xiiij	b	x	Theodori presbiteri ⁊ martyris.	ix.lc.
iij	c	ix		
	d	viij	Crispini et cirispiniani martyrum.	ix.lc.
xj	e	vij		Istantia aurei numeri.
	f	vj		Vigilia.
xix	g	v	Symonis et iude apostolorum. ix.lc.	duplex.
viij	A	iiij		
	b	iij		
xvj	c	ij	Quintini martyris.	Vigilia.

¶ October vina prebet cum carne ferina:
Necnon aucina caro valet et volucrina.
Quanuis sint sana tamen est repletio vana.
Quantum vis comede: sed non precordia lede.

KL Nouember habet dies.xxx. Luna vero.xxx.
Nox habet horas.xvj. Dies vero.viij.

	d	Nou.	Festiuitas omniu3 scto2.ix.lc.dx. Cesarij martyris.	
xiij	e	iiij	Eustachij et sociorum eius martyrum.	
ij	f	iij		
	g	ij	Amancij episcopi et confessoris.	
x	A	Nos.		Dies eger.
	b	viij	Leonardi confessoris.ix.lc.	duplex.
xviij	c	vij	Restituti episcopi et confessoris.	ix.lc.
vij	d	vj	Octaua omniu sancto2u.ix.lc. Quatuo2 co2onato2.	
	e	v	Theodo2i martyris.	
xv	f	iiij	Tiberij:modesti:et flo2entie martyrum.	
iiij	g	iij	Martini epi et cofessoris.ix.lc.dx. Menne martyris.	
	A	ij		
xij	b	Id9.	Bricij episcopi et confesso2is.	ix.lc.
j	c	xviij	Kls decebris. Rufi episcopi et confesso2is.	
	d	xvij	Urbani episcopi et confessoris.	
ix	e	xvj		
	f	xv		Sol in sagitario.
xvij	g	xiiij	Octa.scti martini.ix.lc. Romani et socio2 eius mr2.	
vj	A	xiij	Elizabeth filia reg.vng.ix.l. Nota q9 pntatio bte ma	
	b	xij	rie est semp in dnica pro-	
xiiij	c	xj	Colubani abbtis 7 9fesso. xima ante festu scte trini.	
iij	d	x	Cecilie virginis et martyris.	ix.lc.
	e	ix	Clemetis pape 7 mr.ix.lc. Felicitatis virgis 7 marty.	
xj	f	viij	Grisogoni martyris.	ix.lc.
	g	vij	Katherine vir.7 mr ix.lc.dx. Petri epi 7 mr. Ista.vj.	
xix	A	vj	Lini pape et martyris.	ix.lc.
viij	b	v	Agricole 7 vitalis martyru. Maximi epi et 9fessoris.	
	c	iiij	Silee apostoli.	Dies eger.
xvj	d	iij	Saturnini episcopi 7 martyris.ix.lc.	Uigilia.
v	e	ij	Andree apostoli.ix.lc.	duplex.

¶ Hoc tibi scire datur q9 reuma nouemb2i curatur:
Queque nociua vita:tua sint p2eciosa dicta.
Balnea cum venere tunc uulla constat habere:
Potio sit sana:atq3 minutio bona.

K·L December habet dies.xxxi. Luna vero.xxix.
Nox habet horas.xviii. Dies vero.vi.

xiii	f	Decē.		
ii	g	iiii		
	A	iii		
x	b	ii	Barbare virginis et martyris.	ix.lc.
	c	Nōs.		
xviii	d	viii	Nicolai episcopi et confessoris.ix.lc.	duplex.
vii	e	vii	Octaua sancti andree.ix.lc.	Dies eger.
	f	vi	Conceptio beate Marie.ix.lc.	duplex.
xv	g	v		
iiii	A	iiii	Eulalie virginis et martyris.	ix.lc.
	b	iii	Pauli narbonensis episcopi et confessoris.	ix.lc.
xii	c	ii		
i	d	Idꝰ.	Lucie virginis et martyris.	ix.lc.
	e	xix	Kl's ianuarii.	
ix	f	xviii		Solstitium yemale.
	g	xvii		
xvii	A	xvi		
vi	b	xv		Sol in capricorno.
	c	xiiii		
xiiii	d	xiii		Vigilia.
iii	e	xii	Thome apostoli.ix.lc.	duplex.
	f	xi		Dies eger.
xi	g	x		
	A	ix	Vigilia. Istantia aurei numeri.	
xix	b	viii	Natiuitas domini.ix.lc.duplex. Anastasie virginis.	
viii	c	vii	Stephani prothomartyris.ix.lc.	duplex.
	d	vi	Johannis apostoli et euangeliste.ix.lc.	duplex.
xvi	e	v	Sanctorum innocentium.ix.lc.	duplex.
v	f	iiii	Thome epī caturñ.ꝛ mr̄. Hic faciꝰ de scto trophi.ix.lc	
	g	iii	Hic facimꝰ de bto thoma.ix.lc.	
xiii	A		Siluestri episcopi et ɔfessoris.ix.lc. Colūbe virginis	

¶ Sane sunt membris res calide mense decembris:
Frigus vitetur: capitalis vena scindatur.
Lotio sit vana: sed vana potatio cara:
Sit tepidus potus frigori contrario totus.

¶ Sequitur tabula huius presentis operis. Et primo dñicarum.

Explicit tabula.

Registrum.

✠ a b c d e f g h i
k l m n o p q r s t
v x A B C D E F G
H I K L Om̄es quaterni
preter. ✠. ꝛ. L. qui sūt quīterni.

¶ Incipit missale scđm vsum Nem. diocesis. Dominica prima in aduētu domini officium.



D te leuaui animam meā de⁹ meus in te cōfido non erubescaz. neq̧ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant nō confundētur. ℣. Vias tuas domine demōstra mihi ꝛ semitas tuas edoce me. Gloria patri ꝛ filio. Kyrieleyson. Et nō dicitur gloria in excelsis nec per totū aduentum nisi in festis duplicibus. Oratio.

Excita domine q̄s potentiā tuam ꝛ veni: vt ab imminētibus pctōꝝ nostroꝝ periculis. te mereamur ꝓtegēte eripi: te liberāte saluari. Qui viuis. Lctō epl'e beati pauli apl'i. Ad rom. xiij. c.

Fratres. Sciētes: quia hora est iā nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus: quā cuz credidimus. Nox precessit: dies autez appropinquauit. Abijciam⁹ ergo opera tenebrarū: et induamus nos armis lucis. sicut in die honeste ambulemus. Nō in comessationibus ꝛ ebrietatibus: non in cubilibus ꝛ impudicitijs: nō in cōtētione: ꝛ emulatōe. Sed induimini dn̄z iesuz xp̄m. ℟. Uniuersi qui te expectant non confundētur domine. ℣. Vias tuas domine notas fac mihi et semitas tuas edoce me. Alleluia. ℣. Ostēde nobis domine misericordiā tuam et salutare tuū da nobis. Scđm lucā. xxj. c.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole: ꝛ luna: et stellis: et in terris pressura gentium pre cōfusione sonitus maris ꝛ fluctuū: arescentibus hoībus pre timore et expectatione: que supuenient vniuerso orbi. Nā virtutes celoꝝ mouebuntur. Et tunc videbūt filium hoīs venientē in nubib⁹: cuz potestate magna ꝛ maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite ꝛ leuate capita vestra: qm̄ appropinquat redēptio vr̄a. Et dixit illis similitudinez. Uidete ficulneam: ꝛ omnes arbores. Cū producunt iam ex se fructuz: scitis quoniā ꝓpe est estas. Ita et vos cū videritis hec fieri: scitote qm̄ prope est regnuz dei. Amen dico vobis: q꞉ non preteribit generatio hec donec oīa fiant. Celū ꝛ terra transibūt: verba autez mea nō trāsient. Credo. Offꝫ.

Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te cōfido non erubescā neq̧ irrideant me inimici mei etenim vniuersi qui te expectāt nō confundentur. Secreta.

Hec sacra nos dñe potẽti virtute mũdatos. ad suum faciãt puriores venire principium dñm nr̃m iesum. Cõio. Dñs dabit benignitatem ꝛ terra nostra dabit fructum suum. Ad compl.

Suscipiam⁹ dñe miam tuã in medio tẽpli tui ꝛ reparationis nr̃e ventura solennia congruis honorib⁹ ꝑcedam⁹. Per.

Feria. iiij. lc. esaie prophe. ix. ca.

Consolamini ꝯsolamini popule meus: dicit de⁹ vester. Loq̃mini ad cor hierusalẽ. ꝛ aduocate eã: q̃m completa est malicia ei⁹. dimissa est iniquitas illi⁹. suscepit de manu dñi duplicia: ꝓ oĩbus pctĩs suis. Vox clamãtis in deserto parate viã dñi: rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Oĩs vallis exaltabit. Et omnis mons et collis humiliabitur. et erũt praua in directa et aspera in vias planas. et reuelabitur gl'ia dñi: ꝛ videbit oĩs caro pariter: quod os dñi locutum est. Vox dicentis: clama. et dixit. Quid clamabo? Omnis caro fenũ. et oĩs gloria ei⁹ quasi flos feni. Exsicatũ est fenum ꝛ cecidit flos: quia spũs dei insufflauit in eo. Vere fenũ est ppl's. Exsicatum est fenum et cecidit flos: verbum autẽ dñi: manet in eternũ. Scdm matheũ. iij. c.

In illo tẽpore. Venit iohannes baptista predicans in deserto iudee: ꝛ dicens. Penitẽtiam agite: appropinquauit eñ regnum celorum. Hic est enim qui dictus est per esaiã prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto: parate viã dñi rectas facite semitas eius. Ipse autem iohãnes habebat vestimentum de pillis camelorũ: ꝛ zona pellicia circa lumbos eius. Esca aũt eius erãt locuste: ꝛ mel siluestre: Tunc exibãt ad eum hierosolyma ꝛ oĩs iudea ꝛ oĩs regio circa iordanem: et baptizabantur in iordane ab eo. cõfitẽtes pctã sua. Fer. vj. lc. esa. ꝓphe. xlij. ca.

Hec dicit dominus de⁹. Ecce seruus meus suscipiã eũ Electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedi spm̃ meum sup eum: iudicium gentium proferet. Nõ clamabit neq̃ cõtendet: neq̃ accipiet ꝑsonã. nec audietur foris vox eius. Calamum cassatum non conteret. et lumen fumigans nõ extinguet. In veritate educet iudiciũ. nõ erit tristis. neq̃ turbulẽtis. Donec ponat in terra iudiciũ: ꝛ legẽ eius insule expectabunt. Hec dicit dominus deus: creans celos et extendens eos. Firmans terrã. ꝛ que germinant ex ea. Dãs flatum ppl'o qui est sup eam: spiritũ calcantibus eam. Ego domin⁹ vocaui te ĩ iusticia: ꝛ apprehendi manũ tuam: et seruaui te.

et dedi te in fedus ppli i lucē gē-
tium: vt aperires oculos cecoꝝ ꝛ
educeres de ꝯclusione vinctum
de domo carceris: sedētē in tene
bris. Ego dn̄s hic est nomē me-
um. Gloriam meam alteri non
dabo: ꝛ laudem meā sculptilibꝰ.
Que prima fuerūt ecce venerūt.
noua quoqꝫ annuncio. Anteqꝫ
oriātur audita vobis faciā. Cā-
tate domino canticum nouum:
laus eiꝰ ab extremis terre. Qui
descenditis in mare: et plenitu-
do eius insule. ꝛ habitatores ea-
rum subleuet̄ desertuꝫ. et ciuita-
tes eius. in domibus habitabit
cedar. Laudate eū habitatores
petre de vertice montium clama
bunt. Ponēt domino gloriaꝫ et
laudem eius: in insulis nuncia-
bunt. Dn̄s sicut fortis egredie-
tur: et sicut vir p̄liator suscitabit
zelū. Vociferabit̄ ꝛ clamabit: su
per inimicos suos confortabit̄.

In illo tpe. Scd̄ꝫ lucā. iij. c.
Dicebat iohannes ad tur-
bas: que exibāt vt baptizarētur
ab ipso. Geniminia viperarū: qs
ostendit vobis fugere a ventura
ira? Facite ergo fructꝰ dignos
penitentie: ꝛ ne ceperitis dicere.
patrem habemus abraam. Di-
co em̄ vobis: quia potens est deꝰ
de lapidibꝰ istis suscitare filios
abrae. Jam enim securis ad ra-
dicē arboris posita est. Omnis
ergo arbor non faciēs fructum
bonū excidetur: et in ignem mit
tetur. Et interrogabant eū tur-
be: dicētes. Quid ergo facie mꝰ?
Respondens aūt: dicebat illis.
Qui hꝫ duas tunicas: det non
habēti. Et qui habet escas: simi
liter faciat. Venerūt aūt ꝛ publi
cani vt baptizarētur: et dixerunt
ad illum. Magister: quid facie-
mus? At ille dixit ad eos. Nihil
amplius qꝫ constitutum est vo-
bis faciatis. Interrogabāt aūt
euꝫ et milites: dicētes. Quid fa-
ciemꝰ et nos? Et ait illis. Nemi-
neꝫ concutiatis. neqꝫ calūniam
faciatis: ꝛ cōtēti estote stipēdijs
vestris. Existimāte autem pplo
et cogitantibus oībus in cordi-
bus suis de iohāne. ne forte ipse
esset xp̄s: respondit iohānes di-
cēs oībus. Ego quidē aqua ba-
ptizo vos. Veniet em̄ fortior me
post me: cuius non sum dignus
soluere corrigiam calciamētorū
eius. Jp se vos baptizabit in spi
ritu sancto: ꝛ igni. Cuius venti-
labrum in manu eius: et purga-
bit aream suam: et congregabit
triticum in horreum suum. Pa-
leas auteꝫ cōburet igni inextin-
guibili. Multa quidē ꝛ alia exor
tās euāgelizabat pplo. Dn̄ica
scd̄a offm̄.


Populus syō
ecce dominus veniet ad sal
uandas gentes et auditaꝫ
faciet dominus gloriaꝫ vocis sue in
leticiaꝫ cordis nostri. ℣. Qui regis

israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. Gloria patri. Oratio.

Excita domine corda nostra ad preparandas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentū purificatis tibi mentib⁹ seruire mereamur. Qui tecū. Lectō ep̄le. b. pauli ap̄li ad romanos. xv. cap̄.

Fratres. Quecūq; scripta sunt. ad nr̄aʒ doctrinā scripta sunt: vt p patiētiā ꝛ consolationē scripturaꝝ spem habeam⁹ Deus autem patientie ꝛ solacij det vobis idip̄m sapere ī alterutrum scd̄m iesum xp̄m: vt vnanimes vno ore honorificetis deū. et patrē dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Propt̄ q̄d suscipite inuicem. sicut ꝛ xp̄s suscepit vos: ī honorē dei. Dico eīm xp̄m iesuʒ ministrū fuisse circūcisiōis. ꝑpter veritatē dei: ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. Gentes autē sup̄ mia honorare deū: sicut scriptum est. Propter hoc cōfitebor tibi in gētibus. et noī tuo cātabo. Et iteruʒ dicit. Letamini gētes: cuʒ plebe eius. Et iterum. Laudate oēs gētes dn̄m: ꝛ magnificate euʒ omnes ppl̄i. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse. ꝛ q̄ exurget regere gētes. In eum gentes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio ꝛ pace in credendo: vt abundetis in spe ꝛ virtute spirit⁹ sancti. ℞. Ex syō species decoris eius deus manifeste veniet. ℣. Congregate illi sanctos eius qui ordinauerunt testamētum eius super sacrificia. All'a. ℣. Rex noster adueniet xp̄s quē iohes p̄dicauit agnuʒ esse venturū. Scd̄m lucam. xi. ca.

In illo tempore. Cū audisset iohānes in vinculis opera xp̄i: mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es q̄ venturus es. an aliū expectam⁹? Et respōdēs iesus: ait illis. Eūtes renunciate iohāni: que audistis ꝛ vidistis. Ceci vidēt. claudi ambulāt leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt: pauperes euāgelizantur. et beatus est qui nō fuerit scandalizat⁹ in me. Illis aūt abeuntib⁹: cepit iesus dicere ad turbas de iohe. Quid existis in desertū videre? Arūdinē vēto agitatā? Sed q̄d existis videre? Hoīeʒ mollibus vestitū. Ecce qui mollibus vestiūtur in domibus regum sunt. Sed q̄d existis videre? Prophetā? Etiā dico vobis ꝛ plusq̄ ꝓphetā. Hic eīm est de quo scriptū ē. ecce mitto angelū meū ante facieʒ tuā: q̄ p̄parabit viā tuā ante te. Credo Offr̄. Deus tu cōuersus viuificabis nos ꝛ plebs tua letabit̄ ī te ostēde nobis domine misericordiaʒ tuā et salutare tuū da nobis. Secreta.

Placare domine quesumus: humilitatis nostre precib⁹ et hostijs. et vbi nulla suppetūt suffragia meritoruʒ tuis nobis

su ccurre presidijs. Per. Cōio.
Hierusalē surge z sta in excelso z vi
de iocūditatē q̄ veniet tibi a deo tuo
Repleti cibo spūa Cōpl.
lis alimonie suplices te do
mine deprecamur: vt huius par
ticipatiōe mysterij doceas nos
terrena despicere. et amare cele
stia. Per. Feria .iiij. lc. esa. pphe
In dieb' illis: Dixit esaias.
Erubescet luna. z cōfunde
tur sol. cū regnauerit dn̄s exerci
tuū in monte syon z in hierl'm. z
in conspectu senū suoꝝ glorifica
tus fuerit. Domine deus meus
es tu: et exaltabo te. Confitebor
noī tuo. q̄m fecisti mirabilia. co
gitationes antiq̄s fideles. amē:
quia posuisti ciuitatē in tumulū
vrbem fortem in ruinā. domū a
lienoꝝ vt non sit ciuitas. z in sem
piternuȝ non edificet. Sup hoc
laudabit te ppl's fortis. ciuitas
gentiuȝ robustarum timebit te:
quia factus es fortitudo et pau
peri. fortitudo egeno in tribula
tione sua. Spes a turbine. vm
braculum ab estu. Spūs enim
robustorum: quasi turbo impel
lens parietes. Sicut estu in siti
tumultū alienoꝝ humiliabis: et
quasi calore sub nube torrēte p
paginem fortium marcescere fa
cies. z faciet dominus exercituū
omnibus pplis in mōte hoc cō
uiuiuȝ pinguium. cōuiuium vin
demie: pinguiū medullatorum
vindemie defecate. Et precipita
bit in monte isto faciē vinculi col
ligati super om̄es populos. Ait
dominus op̄s. Scd̄m matheū.
In illo tempore: Dixit ih̄us
turbis z discipulis suis. A
mē dico vobis: nō surrexit inter
natos mulieꝝ maior iohāne ba
ptista. Qui autē minor est in re
gno celorū: maior est illo. A die
bus aūt iohīs baptiste vsq; nūc
regnum celoꝝ vim patitur: z vio
lenti rapiunt illud. Om̄s eñ p
phete z lex vsq; ad iohānē pphe
tauerunt. Et si vultis recipe: ip̄e
est helias qui venturus est. Qui
habet aures audiendi audiat.
Feria .vj. lectio. e. b. iacobi apl'i.
Karissimi: Patiētes estote:
vsq; ad aduētum dn̄i. ecce
enim agricola expectat p̄ciosum
fructū terre. patiēter ferens: do
nec accipiat temporaneuȝ z sero
tinum. Patientes igitur estote
z vos. z confirmate corda vestra
q̄m aduētus dn̄i appropinqua
bit. Nolite ingemiscere fratres
in alterutrum vt nō iudicemini.
Ecce iudex ante ianuam assistit.
Exemplum enim accepistis fra
tres exitus mali: z longaminita
tis. laboris z patiētie pphetaꝝ:
qui locuti sunt in nomine domi
ni nr̄i iesu xp̄i. Scd̄ȝ matheū.
In illo tēpore: Dixit iesus
discipulis suis. Uidete. vi
gilate: et orate. Nescitis eñ quā

do tempus sit. Sic homo q̄ peregre ꝑfect⁹ reliquit domū suā. et dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis: ⁊ ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo. Nescitis em̄ quādo dn̄s dom⁹ veniet. Sero. an media nocte an gallicātu: an mane. Ne cū venerit repente: inueniat vos dormiētes. Quod autē vobis dico: oīбus dico vigilate. Dominica. iij.



Gaudete in domino semper iterū dico gaudete modestia vestra nota sit oīb⁹ hoībus dn̄s prope est nihil solliciti sitis sed in oī oratione petitiones vestre innotescāt apud deū. ℣. Benedixisti dn̄e terrā tuā: auertisti captiuitatem iacob. Gloria patri. Orō.

Aurē tuam quesumus domine precib⁹ nostris accomoda. ⁊ mētis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui. Lctō. e. b. p. a. ad corinth.

Frēs Sic nos existimet homo vt ministros xp̄i: et dispēsatores ministerioꝝ dei. Hic iā queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autē minimo est vt a vobis iudicer: aut ab hūano die. Sed neq; me ip̄ȝ iudico. Nihil enim mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: domin⁹ est. Itaq; nolite ante tempus iudicare. quoad vsq; veniat dominus: qui et illuminabit abscōdita tenebrarum. et manifestabit cōsilia cordiū. Et tunc laus erit vnicuiq; a deo. ℟. Qui sedes domine super cherubin excita potentiam tuam ⁊ veni. ℣. Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph. Alleluia. ℣. Excita domine potētiam tuam et veni vt saluos facias nos. Scd̄m iohannem.

In illo tempore: Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannē: vt interrogarent eum. Tu quis es? Et cōfessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eū. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Nō suȝ. Propheta es tu? Et respōdit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es vt respōsuȝ dem⁹ his qui miserunt nos? Quid dicis de te ip̄o? Ait. Ego vox clamantis in deserto. dirigite viaȝ domini: sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eū: ⁊ dixerūt ei. Quid ergo baptizas: si tu non es christus. Neq; helias neq; propheta? Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est q̄ post me vēturus est. qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calciamen-

ti. Hec in bethania facta sunt transiordanem: vbi erat iohānes baptizans. Credo. Offr. Benedixisti dn̄e terram tuā auertisti captiuitatem iacob remisisti iniquitatem plebi tue. Secreta. Deuotionis nr̄e tibi q̄s dn̄e hostia iugiter immoletur. que et sacri peragat instituta mysterij. et salutare tuū nobis mirabiliter operet. Per eundē. Cō. Dicite pusillanimes cōfortamini et nolite timere ecce dn̄s noster veniet et salua bit nos. Cōpl. Imploram' dn̄e clementiā tuam vt hec diuia subsidia a vicijs expiatos ad festa ventura nos preparent. Per dn̄m. Feria. iiij. ad introitū Rorate celi de sup et nubes pluant iustum aperiat terra et germiet saluatorē. ℣. Celi enarrāt gl'iam dei. et opa manuū ei' annūciat firmamētum. Gl'ia pr̄i. Oro. Presta q̄s ops deus vt redemptionis nostre vētura solēnitas et presentis nobis vite subsidia conferat: et eterne beatitudinis premia largiat. Per dn̄m. Lectio esaie prophete. In dieb' illis: Dixit esaias. Erit in nouissimis diebus preparatus mōs domus domini in verticem montium: et eleuabitur sup colles. et fluent ad eum oēes gētes: et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad montem domini. et ad domū dei iacob: et docebit nos vias suas. et ambulabimus in semitis eius: quia de syō exibit lex: et verbum domini de hierusalē. Et iudicabit gentes: et arguet pp'los multos. Et cōflabunt gladios suos in vomeres: et lāceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentē gladium: nec exercebūtur vltra ad prelium. Domus iacob: venite et ambulemus in lumine dn̄i nr̄i. ℟. Tollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. ℣. Quis ascēdet in montē domini aut quis stabit in loco sancto eius innocens manib' et mundo corde. Oro Festina q̄s domie ne tardaueris. et auxilium nobis superne virtutis impēde: vt aduentus tui consolatione subleuent. q̄ in tua pietate confidunt. Qui viuis. Lectio esaie prophete. In diebus illis. Locut' est dominus ad achath: dicēs Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit achath Non petam: et non tentabo dominū. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parum vobis est molestos esse hominib'. q: molesti estis et deo meo: Propter hoc: dabit dominus ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet. et pariet filium. et vocabitur nomen eius hemanuel. Butirum

et mel comedet: vt sciat reproba re malum et eligere bonum. ℞. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum omnibus qui inuocãt eum in veritate. ℣. Laudem domini loquetur os meum et benedicat oĩs caro nomẽ sctm̃ ei⁹. Scd̃m lucã.

In illo tempore. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginem desponsatam viro cui nomẽ erat ioseph de domo dauid. et nomẽ virginis maria. Et ingressus ãgelus ad eã: dixit. Aue gratia plena: domin⁹ tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiã apud deum Ecce cõcipies in vtero et paries filium: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: et fili⁹ altissimi vocabit᷑. et dabit illi dñs deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius nõ erit finis. Dixit autẽ maria ad angelum. Quomodo fiet istud qm̃ virum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spirit⁹ sctũs supueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascet᷑ ex te sctm̃: vocabit᷑ filius dei. Et ecce helizabeth cognata tua: et ipa ꝯcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sext⁹ illi que vocatur sterilis: quia nõ erit impossibile apud deũ omne verbum. Dixit autẽ maria. Ecce ancilla dñi. Fiat mihi scd̃m verbum tuũ. Offr̃. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedict⁹ fructus ventris tui. Secreta oratio.

Accepta tibi sint domiẽ q̃s nostra ieiunia: que et expiando nos tua gratia dignos efficiant et ad sempiterna ꝓmissa perducant. Per. Cõio. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius hemanuel. Compl̃.

Salutaris tui munere satiati supplices te domine deprecamur: vt cuius letamur gustu. renouemur effectu. Per eũdem. Feria sexta officium.

Prope es tu domine et oĩs vie tue veritas ĩitio cognoui de testimonijs tuis qr̃ ĩ eternũ tu es. ℣. Beati ĩmaculati ĩn via: q̃ ambulãt ĩ lege dñi. Gl̃ia pr̃i. Oratio.

Excita quesumus domine potentiam tuam et veni: vt hi qui in tua pietate confidũt. ab omni citius aduersitate liberentur. Qui viuis. Lectio esaie prophete.

Hec dicit dominus deus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radisse eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapientie et intellectus:

spūs consilij et fortitudinis. sps scientie et pietatis: et replebit eum spūs timoris domini. Nō scdm visionem oculorum iudicabit. neque scdm auditum auriū arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes. et arguet in equitate pro māsuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: et spū labiorum suorum interficiet impium. Et erit iusticia cingulū lumborū eius. et fides cinctorium renum eius. ℟. Ostende nobis domine misericordiā tuam et salutare tuum da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob. Scdm lucā.

In illo tempore: Exurgēs maria abijt in mōtana cum festinatione in ciuitatem iuda: et intrauit in domum zacharie. et salutauit helizabeth. Et factum est vt audiuit salutationem marie helizabeth: exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto helizabeth: et exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi: vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enī vt facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultauit ī gaudio infans ī vtero meo. Et beata q̄ credidisti: quoniā perficiētur ea que dicta sunt tibi a domio. Et ait maria. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Offr. Confortamini et iam nolite timere ecce enī de⁹ noster retribuet iudiciū ipse veniet et saluos nos faciet. Secre.

Muneribus nostris quesum⁹ domine p̄cibusq́ue susceptis. et celestibus nos munda mysterijs et clemēter exaudi. per. Cō.

Ecce dñs veniet: et oēs sancti ei⁹ cū eo et erit ī die illa lux magna. Cōpl.

Tui nos domine sacramenti libatio sancta restauret: et a vetustate purgatos ī mysterij salutaris faciat trāsire cōsortium. Qui vi. Sabbato offm̄.


Veni et ostende nobis faciē tuam domine qui sedes super cherubin et salui erim⁹. ℣. Qui regis israel intende: q̄ deducis velut ouē ioseph. Glia. Oro.

Deus qui conspicis quia ex nostra p̄uitate affligimur: concede propitius: vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis et regnas. Lectio esaie pphete.

In diebus illis: Clamabūt ad dñm a facie tribulātis: et mittet eis saluatorem et ppugnatorē q̄ liberet eos: et cognoscetur dñs ab egypto: et cognoscēt egyptij dominum in die illa: et colēt eum in hostijs et muneribus. et vota vouebunt domino et soluēt Et percutiet dominus egyptum plaga: et sanabit eam. Et reuertentur ad dñm et placabitur eis et sanabit eos. dominus de⁹ nr̄.

R. A summo celo egressio eius et occursus eius vsq3 ad summuz eius V. Celi enarrãt gloriã dei z opa manuum eius annũciat firmamentum

Concede qs ops Oratio. deus. vt q sub pctĩ iugo ex vetusta seruitute depmimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eũdẽ

Hec dicit dñs lec. esa. pphe

Letabitur deserta z inuia z exultabit solitudo. z florebit qsi lilium. Germinãs germinabit: z exultabit letabunda z laudãs Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipi videbunt gloriã domini: et decorẽ dei nrĩ. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes confortamini: z nolite timere. Ecce de⁹ nr vltionem adducet retributionis. de⁹ ipse veniet. et saluabit nos. Tũc aperiẽtur oculi cecoruz: et aures surdoruz patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum: quia scisse sunt in deserto aque. et torrẽtes in solitudine: z que erat arida in stagnuz: et sitiẽs in fontes aquarũ. Dicit dominus omnipotẽs

R. In sole posuit tabernaculũ suũ et ipse tanq sponsus procedens de thalamo suo. V. A sũmo celo egressio eius z occursus eius vsq3 ad summum eius. Oratio.

Indignos nos qs domine famulos tuos quos actionis ppzie culpa contristat vnigeniti filij tui aduẽtu letifica. Per eũdẽ.

Hec dicit dñs lc. esa. pphe.

Sup mõtez excelsum ascẽde tu: qui euangelizas syõ: exalta in fortitudine vocẽ tuam: qui euangelizas hierusalẽ. Exalta: noli timere. Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce de⁹ noster. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachiũ eius dominabitur Ecce merces eius cum eo: et opus illius corã eo. Sicut pastor gregez suũ pascet: in brachio suo cõgregabit agnos: et in sinu suo leuabit: dominus deus noster. R. Dñe de⁹ virtutũ cõuerte nos z ostende faciẽ tuam et salui erimus. V. Excita dñe potẽtiã tuã et veni vt saluos facias

Presta qs nos. Alia. Oro. ops deus: vt filij tui ventura solẽnitas. et presẽtis nobis vite remedia cõferat: z premia eterna pcedat. p eũdẽ. lc. esa. pphe.

Hec dicit dñs: Xpo meo cyro. cuius apprehẽdi dexteram vt subijciam ante faciẽ eius gentes. z dorsa reguz vertam: et aperiam coraz eo ianuas. et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: et vectes ferreos cõfringam: z dabo tibi thesauros absconditos. et archana secretorum: vt scias quia ego dominus qui voco no-

men tuū deus israel: propter ser
uum meum iacob. ꝛ israel electū
Et vocaui te nomine tuo: et assi-
milaui te. et non cognouisti me.
Ego dominus: ꝛ nō est ampliꝰ.
Extra me non est deus. Accinxi
te. ꝛ non cognouisti me: vt sciant
hi qui ab ortu solis. et qui ab oc-
cidente: quoniā absq; me nō est
deus. Ego dominus: et non est
alter deus: formans lucem. ꝛ cre
ans tenebras: faciens pacem: et
creans malum. Ego dominus:
faciēs omnia hec. Rorate celi de
super. et nubes pluant iustum:
aperiatur terra ꝛ germinet salua
torem: et iusticia oriatur simul.
Ego dominus creaui eum. ℞.
Excita domine potentiam tuam ꝛ
veni vt saluos facias nos. ℣. Qui re
gis israel intende qui deducis velut
oue; ioseph q̄ sedes super cherubin
appare corā effraym bēiamin ꝛ ma
Preces po Alia orō. nasse.
puli tui quesumus domīe:
clementer exaudi. vt qui iuste ꝓ
peccatis nostris affligimur. pie-
tatis tue visitationis ꝯsolemur.
Qui vi. Lectio danielis ꝓphe.
In dieb' illis: Angelus do-
mini descendit cum azaria
et sociis eius in fornacem: et ex
cussit flammam ignis de forna-
ce. et fecit medium fornacis qua
si ventu; roris flantem. Flamma
autem diffusa est super fornace;
cubitis quadraginta: et incen-
dit quos repit iuxta fornacē cal-
deos ministros regis. q̄ eā incē-
debāt. Et nō tetigit eos omīno
ignis. neq; ꝯtristauit nec q̄cquā
molestie ītulit. Tūc hi tres q̄si ex
vno ore laudabāt: ꝛ glīficabant
et bn̄dicebāt deū ī fornace: dicē-
tes. Benedictus es domine de
us patrum nostrorum. et lauda
bilis. et gloriosus. et superexal-
tatus in secula. Et benedictum
nomen glorie tue sanctu;. ꝛ lau-
dabile. et superexaltatum in om
nibus seculis. Benedictꝰ es in
tēplo sancto glorie tue: et super
laudabilis. ꝛ supergloriosus in
secula. Benedictus es in thro-
no regni tui: et super laudabilis
et superexaltatus in secula. Be-
nedictꝰ es qui intueris abissos.
et sedes sup cherubin ꝛ laudabi
lis. et superaltatꝰ in secula. Bn̄-
dictus es in firmamento celi: et
laudabilis. et gloriosus in sc̄la.
Bn̄dicite oīa opa dn̄i dn̄o: bn̄-
dicite celi dn̄o: benedicite ange-
li dn̄i dn̄o: hymnū dicite ꝛ super
altate eū ī sc̄la. Bn̄dicite aq̄ oēs
q̄ sup celos sunt dn̄o: benedicite
oēs virtutes dn̄i dn̄o: bn̄dicite
sol ꝛ luna dn̄o: hymnū dicite ꝛ su
perexaltate eū in sc̄la. Bn̄dicite
stelle celi dn̄o: bn̄dicite ymber ꝛ
ros dn̄o: bn̄dicite oms sp̄us dei
dn̄o: hymnū dicite ꝛ superaltate
eū in sc̄la. Bn̄d. ignis ꝛ estꝰ dn̄o.
bn̄d. noctes ꝛ dies dn̄o: bn̄dici-

te tenebre et lumen dño: hymnũ dicite. et superexaltate eum in secula. Benedicite frigus et cauma dño: bñdicite pruina et niues domino: benedicite fulgura et nubes domino: hymnũ dicite. et superexaltate eũ in secula. Bñdicat terra dñm: bñdicite montes et colles dño: bñdicite oĩa nascẽtia terre dño: hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Bñdicite maria et flumina dño: bñdicite fontes dño: benedicite cete et oĩa que mouentur in aquis dño hymnũ dicite et superexaltate eũ in secula. Benedicite volucres celi dño: benedicite bestie et vniuersa pecora domino: benedicite filij hoĩm dño: hymnũ dicite. et superexaltate eũ in scl'a. Benedicat isrl' dño: benedicite sacerdotes dñi dño: benedicite serui dñi dño: hymnũ dicite: et superexaltate eũ i scl'a. Benedicite sp̃s et aĩe iustoꝝ domino: benedicite sctĩ et hũiles corde domĩo: hymnũ dicite. et superexaltate eũ i scl'a. bñdicite anania: azaria misahel dño hymnũ dicite et superexaltate eũ in scl'a. ℟. Bñdicite ananias azarias misahel dño. ℣. Hymnũ dicite et superexaltate eũ i scl'a. Oratio.

Deus q̃ tribus pueris mitigasti flammas igniũ. concede propici9 vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vicioꝝ p d. Et nõ d' a cũctis nec de sctõ

ad missam.

sp̃ũ. R̃c. e. b. p. a. ad tessalonicẽses

Fr̃es: Rogam9 vos p aduẽtũ dñi nr̃i iesu xp̃i et nr̃e congregatõis i idip̃: vt nõ cito moueamini a vr̃o sensu: neq3 terreamini neq3 p sp̃m. neq3 p sermonẽ. neq3 p ep̃l'a3 tanq̃ p nos missa3: q̃si ĩstet dies dñi. Ne q̃s vos seducat vllo mõ: qm̃ nisi venerit discessio primũ. et reuelat9 fuerit hõ pcti: fili9 pditõis. q̃ aduersat' et extollit' sup oẽ qd d' de9 aut qd colit': ita vt i tẽplo dei sedeat. ostẽdẽs se tãq̃ sit de9 nõ retinetis qd cũ adhuc eẽ3 apd vos hec dicebã vobis: et nũc q̃d detineat scitis: vt reuelet' i suo tpe. Nã mysteriũ ia3 opat' iniq̃tatis. tm̃ vt q̃ tenet nũc teneat: donec de medio fiat. et tũc reuelabit' ille iniquus. quẽ dñs ihs interficiet sp̃ũ oris sui: et destruet illustratiõe aduẽtus sui. Tractũ. Qui regis israel intẽde q̃ deducis velut ouem ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubĩ appare corã effraym. ℣. Beniamin et manasse. ℣. Excita dñe potẽtiã tuã et veni vt saluos facias nos. Scd'3 lu.

Anno q̃nto decimo ĩpij tiberij cesaris. pcurãte põcio pilato iudeã. thetrarcha aũt galilee herode. philippo aũt fratre ei9 thetrarcha ituree et traconitidis regiõis et lisania abiline thetrarca sub principibus sacerdotum anna et caipha factum est verbum domini super iohãne3 zacharie

filiū in deserto. et venit in oēm re
gionē iordanis: p̄dicās baptis-
mū penitētie ī remissionē pctōꝝ
sicut scriptū est ī libro sermonū
esaie pp̄he. Vox clamātis in de
serto. Parate viā dñi rectas faci
te semitas eiꝰ. oīs vallis īplebit
et oīs mōs ꝛ collis hūiliabit. Et
erunt praua in directa. et aspera
in vias planas. ꝛ videbit omnis
caro salutare dei. Offꝫ. Exulta
satis filia syō p̄dica filia hierl'm ecce
rex tuus venit tibi sctūs ꝛ saluator.
Sacrificijs p̄ñtibꝰ Secre.
dñe q̄sumꝰ placatus inten-
de vt ꝛ deuotioni nostre pficiāt
et saluti. Per dñm. Cō. Exulta
uit vt gigas ad currendā viā a sum
mo celo egressio eius et occursus eiꝰ
vsq̧ ad summum eius. Compl'.
Quesumꝰ dñe deus nr̄: vt sa
crosancta mysteria q̄ p re-
parationis nr̄e munimine cōtu
listi. ꝛ p̄sens nobis remediū esse
facias ꝛ futuꝝ. p. do. Dñica. iiij.
Rorate celi de sup et nubes
pluāt iustum aperiatur ter
ra ꝛ germinet saluatorē. ℣.
Celi enarrāt gloriam dei: ꝛ opa ma
nuū eiꝰ annūciat firmamētū. Gl'ia
Excita dñe Orō. patri.
potentiam tuā ꝛ veni. ꝛ ma
gna nobis virtute succurre: vt p
auxilium gratie tue qđ nr̄a pctā
prepediūt. indulgentia tue pro-
piciatiōis acceleret. Qui viuis.
Lectio. e. ad philipenses. iiij. ca.

Fratres. Gaudete in domi
no semp. Iterum dico gau
dete. Modestia vr̄a nota sit om
nibus hoībꝰ. Dñs ppe ē. Nihil
solliciti sitis: sed in oī orōne ꝛ ob
secratione. cū grāꝝ actione: pe-
titiōes vr̄e innotescāt apud deū
Et pax dei q̄ exuperat omnē sen
sum: custodiat corda vr̄a. ꝛ intel
ligentias vr̄as. In xp̄o iesu dño
nr̄o. ℟. Prope est dñs oībus inuo
cātibus eum oībus qui inuocāt eū
in veritate. ℣. Laudē dñi loquet os
meum et benedicat oīs caro nomen
sanctū eiꝰ. All'a. ℣. Veni dñe ꝛ no-
li tardare relaxa facinora plebi tue.
Euāgelium. Anno quinto. Re-
quire retro in isto folio. Credo.
Offꝫ. Aue maria gratia plena do
minus tecū benedicta tu in mulieri-
bus et benedictus fruitꝰ vētris tui.
Sacrificijs p̄ñtibꝰ Secre.
dñe q̄s placatꝰ intēde. vt et
deuotioni nr̄e pficiāt ꝛ saluti. p.
Cō. Ecce virgo ꝯcipiet ꝛ pariet fi
liū ꝛ vocabit nomē eius hemanuel.
Sumptis muneribꝰ Cōpl'.
dñe q̄s vt cū frequētatione
mysterij crescat nr̄e salutis effe-
ctu. Per. In vigilia natalis dñi
Hodie scietis qr veniet dñs
ꝛ saluabit nos ꝛ mane vide
bitis gl'ia eiꝰ. ℣. Dñi est ter
ra ꝛ plenitudo eiꝰ orbis terraꝝ: ꝛ vni
uersi qui habitāt in eo. Gloria pr̄i
Et non dicit gl'ia in excelsis nec
credo nisi venerit ī dñica. Orō.

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta vnigenitū tuum quē redemptorē leti suscipim⁹. venientē quoqȝ iudicē securi videamus. dn̄m nr̄m iesum xp̄m filiū tuū. Qui tec. Lc. esa. pphe. lxij. c.

Hec dicit dominus. ppter syō nō tacebo: ꝛ ppter hierusalē nō quiescam: donec egrediatur vt splendor iustus eius: ꝛ saluator eius vt lāpas accēdat. Et videbunt gētes iustū tuum: et cuncti reges inclitum tuū. Et vocabit tibi nomē nouū: qd̄ os dn̄i noīauit. Et eris corona glīe in manu dn̄i: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: ꝛ terra tua nō vocabitur ampli⁹ desolata: sed vocaberis volūtas mea in ea. et terra tua inhabitabit: q꞉ cōplacuit dn̄o in te. Lc. e. b. p. a. ad rom. j. c.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite esse solliciti in crastinū. Crastinus enim dies: sollicitus est sibi ipsi. Sufficit eī̄ diei malitia sua. Nolite iudicare: vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. Et in qua mensura mensi fueritis: remecietur vobis. Quid aūt vides festucaꝫ in oculo fratris tui. et trabē in oculo tuo nō vides? Aut quomodo dicis fratri tuo. frater sine eijciā festucam de oculo. ꝛ ecce trabes est in oculo tuo? Ipocrita: eijce primum trabem de oculo tuo: et tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Feria sexta ad colosenses. j. c.

Frēs. Gr̄as agim᷒ deo et patri dn̄i nr̄i iesu xp̄i. semp ꝑ vobis orantes: audiētes fidē vestrā in xp̄o iesu. et dilectionē quā habetis in oēs sanctos, ꝑpter spem que reposita est vobis ī celis: quā audistis in verbo veritatis. ꝛ euāgelij qd̄ peruenit ad vos sicut ꝛ vniuerso mūdo est: ꝛ fructificat ꝛ crescit. sicut in vobis. ex ea die qua audi-

stis et cognouistis gratiā dei in
veritate: sicut didicistis ab epa-
phra kmo conseruo nr̄o. qui est
fidelis ꝓ vobis minister iesu xp̄i
qui etiā manifestauit nobis di-
lectionem vestrā in spū. Ideo ꝛ
nos ex qua die audiuimus: non
cessamus ꝓ vobis orantes ꝛ po-
stulātes. vt impleamini in agni-
tione voluntatis eius. in oī sa-
piētia ꝛ ītellectu spirituali: in xp̄o
iesu dn̄o nr̄o. Scd̄z lucā. xviij. c.
In illo tp̄e. Dicebat ih̄s ad
discipulos suos parabolā.
qm̄ oportet semp orare. et nō de
ficere: dicēs. Iudex quidā erat
in ciuitate quadam: qui deū nō
timebat. ꝛ hoīem nō reuerebat.
Vidua aūt quedam erat in ciui
tate illa: et veniebat ad eū dicēs.
Vindica me: de aduersario meo
Et nolebat ꝑ multum tempus.
Post hec aūt: dixit intra se. Et si
deum nō timeo. nec hominē re
uereor: tamē q₂ molesta est mihi
hec vidua vindicabo illam. ne in
nouissimo veniēs suggillet me.
Ait autē dn̄s. Audite: quid iu-
dex iniquitatis dixit. Deus aūt
nō faciet vindictam electoꝝ suo-
rum. clamantiū ad se die ac no-
cte. et patientiā habebit in illis:
Dico vobis: quia cito faciet vin-
dictam illorū. Verūtamē filius
hoīs veniēs putas inueniet fidē
super terrā: Dn̄ica. v. Orō.
Familiam tuam q̄s dn̄e cō-
tinua pietate custodi vt q̄ in sola
spe gr̄e celestis innititur: tua semꝑ
protectiōe muniatur. Per. lctō
ep̄le. b. pa. a. ad colocenses. iij. c.
Fratres. Induite vos sicut
electi dei. sancti ꝛ dilecti vi-
scera mīe: benignitatem. humili
tatē. modestiam. patientiā: sup-
portantes inuicem et donantes
vobismetipis. siquis habet que-
relā aduersus aliquē: sicut dn̄s
donauit nobis, ita ꝛ vos. Sup
oīa. aūt hec. charitatem habete:
quod est vinculū perfectionis.
Et pax xp̄i exultet in cordibus
vestris. in qua vocati estis ī vno
corpore: et grati estote. Verbū
xp̄i habitet in vobis habūdāter
in oī sapiētia. docentes et cōmo-
nentes vosmetipos in psalmis.
et hymnis. ꝛ canticis spiritalibꝰ
in gr̄a cantantes in cordibus ve
stris domino. Omē quodcūq₃
facitis in verbo. aut in opere: oīa
in nomine dn̄i ih̄u xp̄i. gr̄as agē
tes deo patri: per iesum christū
dn̄m nostrum. Scd̄m mat. xj. c.
In illo tp̄e. Respondēs ih̄s
dixit. Confiteor tibi domi
ne pr̄ celi ꝛ terre: q̄ abscōdisti hec
a sapiētibus ꝛ prudētibus: ꝛ re-
uelasti ea paruulis. Ita pr̄: qm̄
sic fuit placitū ante te. Oīa mi-
hi tradita sunt: a patre meo. Et
nemo nouit filiū nisi pater: neq₃
patrem quis nouit nisi filius: et
cui voluerit filius reuelare. Ve-

nite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est: et onus meum leue. Secr.

Hostias tibi domine placationis offerimus. vt et delicta nostra miseratus absoluas et nutantia corda tu dirigas. p d. Compl.

Quesumus omnipotens deus vt illius salutaris capiamus effectum. cuius per hec mysteria pignus accepimus. Qui.

Feria quarta ad romanos. v. c.

Fratres. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per vnius iusticiam in omnes homines in iustificationem vite. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis. peccatores constituti sunt multi: ita et per vnius hominis obedientiam. iusti constituuntur multi. Lex autem subintrauit: vt abundaret delictum. Ubi autem abundauit delictum: super abundauit et gratia vt sicut regnauit peccatum in morte: ita et gratia regnet per iusticiam in vitam eternam: per iesum christum dominum nostrum. Secundum lucam. ix. c.

In illo tempore. Factum est euntibus illis in via: dixit quidam ad iesum. Sequar te quocunque ieris. Et iesus ait illi. Uulpes foueas habent. et volucres celi nidos. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Domine: permitte mihi primum ire et sepelire patrem meum. Dixitque ei iesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem vade: et annuncia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domine: sed primum permitte mihi ire et renunciare his qui domi sunt. Et ait ad illum iesus. Nemo mittens manum suam ad aratrum. et aspiciens retro: aptus est regno dei. Fer. vi. ad rom. ix. c.

Fratres. Non omnes qui ex israel sunt. hi sunt israelite: neque qui semen sunt abrahe: omnes filii sunt: sed in ysaac vocabitur tibi semen idest non qui filii carnis. hi filii dei: sed qui filii promissionis sunt estimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est. Secundum hoc tempus veniam: et erit sare filius. Non solum autem illa: sed et rebecca ex vno concubitu habens ysaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent. aut aliquid egissent boni aut mali vt secundum electionem propositum dei maneret: non ex operibus sed ex vocante dictum est ei. quia maior seruiet minori: sicut scriptum est. Iacob dilexi: esau autem odio habui. Quid ergo dicemus: Nunquid iniquitas est apud deum: Absit. Moysi enim dicit. Miserebor cui misereor: et

misericordiā prestabo. cui mise-
reor. Igitur: non volentis neq;
currentis: sed miserētis est dei.
In illo tpe Secūdū mar. x. c.
Offerebant ad iesum par-
uulos: vt tangeret eos. Discipu
li autem: cōminabantur offeren
tibus. Quos cum vidisset iesus
indigne tulit et ait illis. Sinite
paruulos venire ad me: et ne pro
hibueritis eos. Talium est eni re
gnum celorum. Amen dico vobis.
quisquis nō receperit regnū dei
velut paruulus: non intrabit in
illud. Et cōplexās eos. et impo-
nēs man⁹ sup illos benedicebat
eos. Dñica in septuagesima.



Circūdederūt me gemitus
mortis dolores inferni cir-
cūdederūt me et in tribula-
tione mea inuocaui dñm et exaudi-
uit de templo sancto suo vocē meam.
℣. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs
firmamētum meum et refugiū meū
et liberator meus. Gl'ia pri. Oro.
Preces populi tui quesum⁹
domine clementer exaudi:
vt qui iuste pro peccatis nostris
affligimur. pro tui nominis glo
ria misericorditer liberemur. p
dñm. lc. e. b. p. a. ad. corinth. ix. c.
Fratres. Nescitis q hi qui
in stadio currunt. omnes
quidem currunt. sed vnus acci-
pit brauium. Sic currite: vt cō-
prehendatis. Omnis enim qui
in agone contēdit: ab omnibus
se abstinet. Et illi quidem vt cor
ruptibilem coronam accipiant:
nos autem incorruptam. Ego
igitur sic curro: nō quasi in incer
tum. Sic pugno non quasi aerē
verberās: sed castigo corp⁹ meū
et in seruitutē redigo. ne forte cū
aliis predicauerim. ipse reprob⁹
efficiar. Nolo enim vos ignora-
re fratres: quoniā patres nostri
omnes sub nube fuerūt. et omēs
mare transierūt: et omēs in moy
se baptizati sunt in nube et in ma
ri. Et omnes eādem escam spiri
talem manducauerūt: et omnes
eūdem potum spiritalem bibe-
runt. Bibebant autem de spiri
tali: consequente eos petra. Pe-
tra autem erat christus. ℟. Ad
iutor in oportunitatibus in tribula-
tione sperāt in te q nouerunt te quo
niam non derelinquis querentes te
domine. ℣. Quoniā non in finē ob-
liuio erit pauperis patientia paupe
rum non peribit in eternum exurge
dñe non preualeat homo. Tractū.
De profundis clamaui ad te domi-
ne domine exaudi vocem meam. ℣.
Fiant aures tue intendentes in ora
tionem serui tui. ℣. Si iniquitates
obseruaueris domine domine quis
sustinebit. ℣. Quia apud te ppicia-
tio est et propter legē tuam sustinui
te domine. Secūdū matheū. xx. ca.
In illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis parabolam hāc.
Simile ē regnū celorum hoī prifa-
milias: qui exiit primo

mane. cōducere operarios in vineam suam. Conuētione autē facta cum operariis ex denario diurno: misit eos in vineam suā. Et egressus circa horam tertiā. vidit alios stātes ī foro ociosos. et illis dixit. Ite ꝛ vos in vineaȝ meam: ꝛ quod iustū fuerit dabo vobis. Illi autēȝ abierunt. Iterum autem exiit circa sextā et nonam horā: et fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit. ꝛ inuenit alios stātes. et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei. Quia nemo nos ꝯduxit. Dicit illis. Ite ꝛ vos in vineaȝ meā. Cum sero autem factū esset: dicit dn̄s vinee ꝓcuratori suo. Voca operarios ꝛ redde illis mercedem: incipiēs a nouissimis vsqȝ ad primos. Cum venissent ergo hi qui circa vndecimā horam venerāt: acceperūt singulos denarios. Veniētes autem et primi: arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes: murmurabāt aduersus patremfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti. q̄ portauimꝰ pōdus diei ꝛ estus? At ille respōdēs vni eorum: dixit. Amice: nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle quod tuū est: ꝛ vade. Volo autē ꝛ huic nouissimo dare: sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuꝰ nequam est: quia ego bonꝰ sum. sic erūt nouissimi primi: ꝛ primi nouissimi. Multi eñ sunt vocati: pauci vero electi. Offr. Bonū est ꝯfiteri dn̄o ꝛ psallere nomini tuo altissime. Secre.

Muneribus nostris q̄s dn̄e precibusqȝ susceptis. ꝛ celestibus nos munda mysteriis: et clemēter exaudi. Per. Cōio. Illumina facieȝ tuam super seruū tuū et saluū me fac in tua mīa dn̄e nō cōfundar q̄m inuocaui te. Compl.

Fideles tui deꝰ per tua dona firment̄: vt eadē ꝑcipiē do requirāt. et querēdo sine fine ꝑcipiāt. P. Fer. iiii. ad gal. iiii. c.

Fratres. Obsecro vos: nihil me lesistis. Scitis autē quia per infirmitatē carnis euāgelizaui vobis iampridem: ꝛ tētationem vestrā in carne mea nō spreuistis. neqȝ respuistis: sed sicut angelum dei excepistis me: sicut ihm xp̄ȝ. Ubi est ergo beatitudo vr̄a? Testimoniū eñ perhibeo de vobis: qꝛ si fieri potuisset. oculos vr̄os eruissetis. ꝛ dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum: verum dicēs vobis. Emulantur vos nō bene: sed excludere vos volūt. vt illos emulemini. Bonū autē emulamini in bono semper: ꝛ nō tantuȝ cū presens sum apud vos. Filioli mei quos iterū parturio. donec for-

metur xp̄s in vobis. Vellē autē esse apud vos modo. et mutare vocē meā: qm̄ confundor in vobis. Dicite mihi q̄ sub lege vultis esse: legē nō legistis. Scḋm

In illo tpe. Prin lu.xxij.c. cipes sacerdotū et scribe. et principes plebis querebāt ihm perdere: et nō inueniebāt quid facerent illi. Omnis enim ppl's suspensus erat. audiens illum.

Feria sexta adromanos.xiiij.c.

Fratres. Carnis curā ne feceritis: i desiderijs. Infirmū aūt in fide assumite: nō in disceptationib' cogitationū. Ali' enim credit mādūcare se oīa. Qui aūt infirmus est: olus mādūcet. Is qui māducat. nō mādūcantem nō spernat: et qui nō manducat. manducantē non iudicet. Deus enim illū assumpsit Tu quis es qui iudicas alienū seruū: Dn̄o suo stat: aut cadit. Stabit aūt. Potēs est em̄ de': statuere illum. Nā alius iudicat diē inter diē: ali' aūt iudicat oēm diē. Vnusq̄sq3 in suo sensu abūdet. Qui sapit diē dn̄o sapit. Et q̄ māducat: dn̄o māducat. Gratias em̄ agit deo. Et q̄ nō māducat. dn̄o nō māducat: et gratias agit deo. Nemo em̄ vr̄m sibi viuit. aut nemo sibi morit'. Siue em̄ viuim'. dn̄o viuim'. siue morimur. dn̄o morimur. Siue morimur. siue viuim': dn̄i sum'. In hoc em̄ xp̄s mortu' est et resurrexit: vt et viuor̄ et mortuor̄ dn̄et'. Tu aūt q̄d iudicas fratrē tuū: Aut tu quare spernis fratrē tuū Oēs em̄ stabimus: ante tribunal xp̄i. Scriptū est em̄. Viuo ego dicit dn̄s: quia mihi flectet' omne genu: et oīs lingua cōfitebitur deo. Itaq3 vnusquisq3 nostrū: pro se rationē reddet deo. Non ergo amplius inuicē iudicemus: sed hoc iudicate magis. ne ponatis offendiculum fratri vel scandalū. Scio et confido in domino iesu: quia nihil cōmune per ihm. nisi ei qui existimat q̄d cōmune esse. illi cōmune est. Si em̄ ppter cibum frater tuus cōtristatur: iam non scḋm charitatē ambulas. Noli cibo tuo illū perdere: p quo xp̄us mortu' est. Nō ergo blasphemet' bonū nostrū. Non est em̄ regnū dei esca et pot': sed iusticia et pax et gaudiū in spū sancto. Scḋz lucā.vij.ca.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cui similes dicam hoīes generatiōis huius: Cui similes sunt. Similes sunt pueris sedētib' in foro: et loquētibus adinuicē et dicentib'. Cātauimus vobis tibijs: et nō saltastis. Lamentauim': et non plorastis: Venit em̄ iohes baptista. neq3 māducās panē neq3 bibēs vinū: et dicitis. Demoniū h3. venit fili' hoīs māducās et bibēs:

⁊ dicitis. Ecce homo deuorator et bibẽs vinũ: ⁊ amicus publicanorũ. Et iustificata ẽ sapiẽtia. ab oĩb⁹ filijs suis. Dñica i. lx. offm̃.



Exurge q̃re obdormis dñe exurge et ne repellas in finem quare faciez tuã auertis obliuisceris tribulationẽ nostrã adhesit in terra vẽter noster exurge dñe adiuua nos ⁊ libera nos. ℣. Deus auribus nostris audiuimus: patres nr̃i annũciauerũt nobis. Glĩa pr̃i.

Deus qui cõspicis qꝛ Oro. ex nulla nr̃a actione cõfidimus: concede ꝓpitius. vt cõtra aduersa oĩa doctoris gentiũ ꝓtectione muniamur. Per. Lectõ ep̃le. b. pa. a. ad corinth. xi. cap̃.

Fratres. Libenter suffertis insipiẽtes: cum sitis ipsi sapiẽtes. Sustinetis eñ si q̃s vos in seruitutez redigit: si q̃s deuorat. si quis accipit: si q̃s extollit. si quis in faciẽ vos cedit. Scd̃m ignobilitatez dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: in insipiẽtia dico: audeo et ego. Hebrei sunt: et ego. Israelite sunt ⁊ ego. Semẽ abrae sunt: et ego. Ministri xp̃i sunt: et ego. Ut minus sapiens dico: plus ego. In laborib⁹ plurimis. in carcerib⁹ abũdanti⁹: in plagis supra modũ. in mortib⁹ frequẽter. A iudeis. quinquies quadragenas: vna min⁹ accepi. Ter virgis cesus suz: semel lapidat⁹ sum: ter naufragiũ feci. Nocte ac die in profundo maris fui In itinerib⁹ sepe. ꝑiculis fluminũ: periculis latronũ. ꝑiculis ex genere: ꝑiculis ex gentib⁹. Periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis ĩ mari: ꝑiculis ĩ falsis fratrib⁹. In labore ⁊ erũna: in vigilijs multis. In fame ⁊ siti: in ieiunijs multis. In frigore: ⁊ nuditate. Preter illa que extrinsec⁹ sunt: instãtia mea quotidiana. sollicitudo oĩm ecclesiarꝫ Quis infirmatur ⁊ ego nõ infirmor: Quis scãdalizatur. et ego non vror: Si gl̃iari oportet: que infirmitatis mee sunt gl̃iabor. Deus ⁊ pr̃ dñi nr̃i iesu xp̃i scit. q̇ est bñdictus in secula: qd̃ nõ mẽtior. Damasci prepositus gẽtis arete regis. custodiebat ciuitatẽ damascenorum: vt me comprehẽderet. Et per fenestrã in sporta demissus sum per murum: et sic effugi manus ei⁹. Si gloriari oportet: nõ expedit quidez. Ueniam autem ad visiones: ⁊ reuelationes domini. Scio hominẽ in christo ante annos quatuordecim. siue in corpore. siue extra corpus nescio. deus scit: raptuz huiusmodi vsqꝫ ad tertiũ celuz. Et scio huiusmodi hoĩez. siue in corpore siue extra corp⁹ nescio. deus scit: qm̃ raptus est in paradisuz. et audiuit archana verba: que non licet hoĩ loqui. Pro hu

iusmodi gloriabor. pro me autē nihil gloriabor: nisi in infirmitatibus meis. Nā et si voluero gloriam: nō ero incipiēs. Veritatē em̄ dicā. parco aūt: ne q̄s me existimet supra id qđ videt me: aut audit aliq̄d ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee. angelus sathane: vt me colafizet. Propter qđ ter dn̄m rogaui. vt discederet a me: et dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtus in infirmitate pficit. Libēter igitur gloriabor ī infirmitatibus meis: vt inhabitet ī me virtus xp̄i. ℞. Sciant gentes q̄m nomē tibi deus tu solus altissim⁹ super oēm terram. ℣. Deus me⁹ pone illos vt rotā ꝛ sicut stipulam ante faciez venti. Tractū. Commouisti domine terrā et cōturbasti eaz. ℣. Sana contritiones eius quia mota est. ℣. Ut fugiant a facie arcus vt liberent dilecti tui. Scđꝫ lucā. viij. c.

In illo tpe. Cū turba plurima cōueniretꝫ ꝛ de ciuitatibus properarēt ad iesum: dixit per similitudinē. Exijt qui seminat: seminare semen suū. Et dū seminat. aliud cecidit secus viā. et conculcatū est. et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrā: ꝛ natuz aruit qꝛ non habebat humorē. Et aliud cecidit inter spinas: ꝛ simul exorte spine. suffocauerunt illud. Et aliud cecidit ī terrā bonā: ꝛ ortū fecit fructū centuplū. Hec dicēs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant aūt eū discipuli ei⁹: que esset hec parabola. Quib⁹ ipse dixit. Uobis datum est nosse mysteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis vt vidētes non videāt: ꝛ audientes non intelligant. Est aūt hec parabola. Semen est verbū dei Qui aūt secus viā: hi sunt q̄ audiunt. Deinde venit diabolus. et tollit verbū de corde eoꝝ: ne credentes salui fiant. Nam qui supra petrā: qui cum audierint cum gaudio suscipiūt verbū. Et hi radices nō habēt: quia ad tēpus credunt. et in tempore tētationis recedūt. Qđ autez in spinis cecidit: hi sunt q̄ audierunt. et a sollicitudinibus ꝛ diuitijs ꝛ voluptatibus vite euntes suffocātur: et non ferunt fructū. Qđ autem in bonā terram: hi sunt q̄ in corde bono ꝛ optimo. audientes verbum retinent. Et fructū afferunt in patiētia. Offr̄. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea inclina aurē tuā ꝛ exaudi verba mea mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te dn̄e. Secre.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper ꝛ muniat. Per dn̄m nostrum iesuz. Cōio. Introibo ad altare dei

ad deū q̄ letificat iuuētutem meam.
Supplices te roga Cōpl. mus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramētis. tibi etiam et placitis moribus dignanter deseruire ꝯcedas. Qui vi.
Fer. iiij. lc. esa. pphe. v. cap.
In diebus illis. dixit esaias Ve qui ꝯsurgitis mane ad ebrietatem sectandaꝫ. et potandum vsqꝫ ad vesperam: vt vino estuetis. Cithara. et lira. et tympanū. ꝛ tibia. et vinū in cōuiuiijs vestris: ꝛ opus dn̄i nō respicitis nec opa manuū eius ꝯsideratis Propterea captiuus ductus est ppl's meus. quia nō habuit sciētiam: et nobiles eius interierūt fame. et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus aīam suā. ꝛ aperuit os suū absqꝫ vllo termino: et descendēt fortes eius ꝛ ppl's eius. et sublimes gloriosiqꝫ eiꝰ ad eum: et incuruabitur homo. et humiliabitur vir: et oculi sublimium deprimētur. Et exaltabitur dn̄s exercituū ī iudicio ꝛ deꝰ sctūs scīficabit' ī iusticia.
Scd̄ꝫ marcū. ix. c.
In illo tempore. Egressus iesus ibat per galileaꝫ: nec volebat quemq̄. scire. Docebat autē discipulos suos. et dicebat illis: qm̄ filius hoīs tradetur in manus hominū. et occident eū. et occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt verbū. ꝛ timebant eum interrogare. Et venerūt capharnauꝫ. Qui cū domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis: At illi tacebāt. Siqdē inter se in via disputauerāt: quis eoꝝ esset maior. Et residēs vocauit duodeciꝫ: ꝛ ait illis. Siq̄s vult primꝰ esse: erit oīm nouissimꝰ. et oīm minister. et accipiēs puerū: statuit eū in medio eorū. Quē cū cōplexus esset: ait illis. Quisq̄s vnū ex huiusmodi pueris receperit ī noīe meo: me recipit. Et quicunqꝫ me susceperit non me solum suscipit: sed eum me misit.
Feria sexta.
Lectio ezechielis pphe. xviij. c.
Hec dicit dn̄s. Conuertimini et agite penitentiā ab oībus iniquitatibꝰ vr̄is: et nō erit vobis in ruinaꝫ iniquitas. Proijcite a vobis oēs preuaricationes vr̄as. in quibus preuaricati estis: et facite vobis cor nouū et spm̄ nouū. Et quare moriemini domꝰ israel: Quia nolo morteꝫ moriētis dicit dn̄s deus. Reuertimini et viuite dicit dominꝰ omnipontens.
Scd̄m lucam. ix. c.
In illo tempore. Factuꝫ est duꝫ complerentur dies assumptionis iesu: et ipse faciem suam firmauit. vt iret in hierusalē: et misit nūcios ante cōspectū suū. Et eūtes. intrauerūt in ciuitatē samaritanoꝝ: vt pararēt illi Et nō receperūt eū: quia facies

eius erat euntis hierusalē. Cuꝫ vidissent aūt discipuli eius. iacobus ꝛ iohānes: dixerunt. Dn̄e: vis dicimus vt ignis descendat de celo. et consumat illos? Et cōuersus increpauit illos: et dixit. Nescitis cuius spūs estis. Filiꝰ aūt hoīs nō venit aīas pdere. ſꝫ saluare. Dn̄ica in .l. Officium.

Esto mihi in deuꝫ protectorem ꝛ in locū refugij vt saluuꝫ me facias qm̄ firmamētū meū ꝛ refugiū meū es tu ꝛ ppter nomē tuū dux mihi eris ꝛ enutries me. ℣. In te dn̄e speraui nō confundar ī eternū: ī iusticia tua libera me. Gloria patri ꝛ filio. Oratio.

Preces nostras q̄s domine clemēter exaudi. atqꝫ a peccatoꝝ vinculis absolutos. ab oī nos aduersitate custodi. Per d. Lctō. e. b. p. a. ad corinth. xiij. c.

Fratres. Si linguis hoīm loquar ꝛ angelorum. charitatem autē non habeam: factus sum velut es sonans. aut cymbalum tinniens. Et si habuero pphetiā. et nouerim mysteria oīa et omnē scientiā. et habuero oēs fidem. ita vt montes transferaꝫ: charitatem aūt non habuero: nihil suꝫ. Et si distribuero ī cibos pauperuꝫ oēs facultates meas. ꝛ si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem auteꝫ nō habuero: nihil prodest. Charitas: patiēs est benigna est. Charitas non emulatur. non agit pperam: non inflatur. non est ambitiosa: non querit que sua sunt. Non irritatur. non cogitat malum. non gaudet super iniquitatem: congaudet autem veritati. Omnia suffert: oīa credit: oīa sperat: oīa sustinet. Charitas nunq̄ excidit. siue pphetie euacuabūtur: siue lingue cessabunt siue scientia destruetur. Ex parte eīn cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cū autem venerit qđ perfectū est: euacuabit qđ ex parte est. Cū essem paruulus loquebar vt paruulus: sapiebaꝫ vt paruulus. cogitabam vt paruulus. Quādo autē factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nūc per speculum in enigmate: tūc autē facie ad faciē Nūc cognosco ex parte: tunc cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc aute manent. fides. spes. charitas. tria hec. Maior auteꝫ his est charitas. ℟. Tu es deus q̄ facis mirabilia solꝰ notā fecisti ī gētibus virtutē tuā. ℣. Liberasti ī brachio tuo ppl'm tuū filios isrl' ioseph. Tractū. Iubilate dn̄o oīs terra seruite dn̄o in leticia. ℣. Intrate in cōspectu eiꝰ ī exultatiōe. ℣. Scitote qđ dn̄s ipse est deꝰ. ℣. Ipse fecit nos et nō ipi nos: nos aūt ppl'us eius et oues pascue eiꝰ. Scđꝫ lucā. xviij. c.

In illo tpre. Assumpsit ih̄s duodeciꝫ discipl'os suos: ꝛ

ait illis. Ecce ascẽdimus hiero-
solymam: et consummabuntur
omnia que scripta sunt per pro-
phetas de filio hominis. Trade
tur enim gentibus: et illudetur.
et flagellabitur. ꝛ cõspuetur. Et
postq̃ flagellauerint occidẽt eũ:
et die tertia resurget. Et ipsi ni-
hil horum intellexerũt. Erat au
tem verbum istud absconditum
ab eis. ꝛ non intelligebãt que di
cebantur. Factum est autẽ cum
appropinquaret hierico: cecus
quidam sedebat secus viam mẽ
dicans. Et cum audiret turbaȝ
pretereũteȝ: interrogabat quid
hoc esset. Dixerunt aũt ei: q̃d ie-
sus nazarenus transiret. Et cla
mauit dicẽs. Jesu fili dauid: mi
serere mei. Et qui preibãt: incre
pabant eum vt taceret. Ipse ve-
ro: multo magis clamabat. Fili
dauid: miserere mei. Stãs autẽ
iesus: iussit euȝ adduci ad se. Et
cuȝ appropinquasset: interroga
uit illum dicẽs. Quid tibi vis fa
ciaȝ? At ille dixit. Dñe: vt videã.
Et iesus dixit illi. Respice: fides
tua te saluum fecit. Et cõfestim
vidit: ꝛ sequebatur illum magni
ficans deuȝ. Et omnis plebs vt
vidit dedit laudem deo. Offꝛ.
Benedictus es domĩe doce me iu-
stificatiões tuas benedictus es do-
mine doce me iustificationes tuas
in labijs meis pronunciaui omnia
iudicia oris tui. Secreta.

Hec hostia domĩe quesum⁹:
emundet nostra delicta. et
ad sacrificium celebrãdum: sub
ditorũ tibi corpora mẽtesq̃ȝ san
ctificet. Per. Cõio. Manducaue
runt et saturati sunt nimis ꝛ deside
rium eorum attulit eis dñs nõ sunt
fraudati a desiderio suo. Cõpl.
Quesumus omnipotẽs de⁹
vt qui celestia alimenta per
cepimus. per hec contra omnia
aduersa muniamur. Per dñm.
Sequitur. Officiuȝ. Feria. iiij.
in capite ieiunioꝝ. In hac die sa
cerdos te induto vestimentis sa
cerdotalibus. preter casulam. et
coram altare benedicat cineres
sequitur ordo ad benedicẽdum
cineres. ℣. Adiutorium nostrum
i noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ꝛ terrã.
℣. Sit nomẽ dñi bñdictuȝ. ℟. Ex
hoc nũc ꝛ vsq̃ȝ i scl'm. ℣. Dñe exaudi
℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo.
Deus q̃ nõ mortẽ sed Orõ.
penitẽtiã desideras pctõꝝ.
fragilitatẽ ꝯditiõis humane be
nignissime respice: et hos cine-
res quos causa preferẽde humi
litatis atq̃ȝ promerẽde: venie ca
pitib⁹ nr̃is iponi decernim⁹. be-
ne✠dicere ꝑ tua pietate digne
ris vt q̃ nos cineres esse. ꝛ ob pra
uitatis nr̃e meritũ in puluerẽ re
uersuros cognoscim⁹: pctõꝝ oĩȝ
veniã. ꝛ p̃mia penitentib⁹ repro-
missa misericorditer cõsequi me
reamur. Per dñȝ. Alia oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹ qui primo hoī trāsgredienti mandatū tuū. nec confitenti pctm̄ ꝓpriū: denūciasti quod cinis esset ⁊ ī cinerē reuerterent̄: te suppliciter exposcim⁹ vt parcas nobis pctā nr̄a tibi veraciter cōfitentib⁹. et da vt ꝑ impositionē hui⁹ cineris veniā cōsequamur: et de pctō ad iusticiam. de corruptione ad ī corruptionē: de morte ad vitā. peruenire mereamur eternam. Per dn̄m. Alia oratio.

Deus qui humiliatione flecteris. et satisfactiōe placaris aurē tue pietatis. inclina precibus nr̄is: ⁊ capitib⁹ seruorum tuoꝝ hoꝝ cineruz aspersione attactis. effunde ꝓpitius gratiaz tue benedictionis: vt eos et spū cōpunctionis repleas. et que iuste postulauerint efficaciter tribuas: et cōcessa ꝑpetua stabilitate manere ītacta decernas. Per dn̄m. Postea aspergat̄ aqua benedicta sup̄ cineres. et circa altare et dicat cantor in choro. an̄. q̄ seq̄tur. Exaudi nos. Deinde sacerdos accipiat cineres ⁊ det eis vnicuiqꝫ dicēs. Memēto hō qꝛ puluis es ⁊ ī puluerē reuerteris.

Exaudi nos domine quoniam benigna est mīa tua secundūz multitudinem miserationū tuarum respice nos domie. ps. Saluū me fac de⁹: qm̄ ītrauerūt aq̄ vsqꝫ ad aīaz meā. Orō post asꝑsionē aq̄

Concede nobis dn̄e p̄sidia militie xp̄iane sctis inchoare ieiunijs. vt contra spiritales nequitias pugnaturi. cōtinētie muniamur auxilijs. Per d. Postea incipit cātor antiphonaz sequētem. an̄. Immutemur habitu in cinere ⁊ cilitio ieiunemus ⁊ ploremus ante dn̄m qꝛ multū misericors est dimittere pctā nostra de⁹ noster. an̄. Iuxta vestibulū ⁊ altare plorabāt sacerdotes ⁊ leuite ministri dn̄i et dicentes parce dn̄e parce populo tuo ⁊ ne dissipes ora canentiū ad te domine. Ad missam. Officium.

Misereris omniū dn̄e et nihil odisti eorum que fecisti dissimulans pctā hoīm propter penitentiā ⁊ parcens illis quia tu es dn̄s deus noster. ℣. Miserere mei deus miserere mei: qm̄ in te cōfidit anima mea. Glīa patri. Orō.

Presta domine fidelib⁹ tuis vt ieiunioꝝ veneranda solēnia. ⁊ congrua pietate suscipiāt. et secura deuotiōe ꝑcurrāt. Per dn̄m. Lctō ioelis prophete. ij. c.

Hec dicit dn̄s deus. Cōuertimini ad me in toto corde vestro. in ieiunio. et in fletu. et in planctu. et scindite corda vestra et nō vestimenta vestra. et cōuertimini ad dn̄z deū nr̄m. qꝛ beninus ⁊ misericors ē: patiēs ⁊ multū misericors. et p̄stabilis super malitia. Quis scit si ꝯuertatur ⁊ ignoscat. et relinq̄t post se bn̄di-

ctiones: Sacrificiū & libamē do
mino deo nostro. Canite tuba
in syon: sctificate ieiuniū. vocate
cetū. cōgregate pplm: sctificate
ecclesiam. Coadunate senes. cō
gregate paruulos. & suggentes
vbera. Egrediatur sponsus de
cubili suo: et sponsa de thalamo
suo. Inter vestibulum et altare
plorabunt sacerdotes ministri
dñi: et dicent. Parce dñe parce
pplo tuo: et ne des hereditatem
tuam in opprobriū: vt dñentur
eis nationes. Quare dicunt in
populis. vbi est deus eorū: zelat⁹
est dñs terrā suā: & pepercit po
pulo suo. Et respōdit dñs: & di
xit pplo suo. Ecce ego mittā vo
bis frumētum: et vinū. et oleum
et replebimini in eis. et nō dabo
vos vltra in opprobrium in gen
tibus. Dicit domin⁹ ōmipotēs.
℟. Miserere mei de⁹ miserere mei
qm̄ i te confidit anima mea. ℣. Mi
sit de celo et liberauit me dedit i op
probriū conculcātes me. Tractus.
Dñe non scd̄m pctā nostra facias
nobis neqꝫ scd̄m iniqtates nostras
retribuas nobis. ℣. Domine ne me
mineris iniquitatū nostrarū cito an
ticipent nos mīe tue quia pauperes
facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos
deus salutaris noster & ꝓpter glīaꝫ
nōis tui libera nos & ꝓpiti⁹ esto pec
catis nostris propter nomen tuum.
In illo tpe. Scd̄ꝫ mat. vi. c.
Dixit iesus discipulis suis
Cum ieiunatis: nolite fieri sicut
hypocrite tristes. Exterminant
enim facies suas: vt pareant ho
minibus ieiunātes. Amen dico
vobis: quia receperūt mercedeꝫ
suam. Tu autē cum ieiunas. vn
ge caput tuum & faciem tuam la
ua: ne videaris hominibus ie
iunās. sed patri tuo qui est in ab
scondito. Et pater tu⁹ qui videt
i abscōdito: reddet tibi. Nolite
thesaurizare vobis: thesauros
in terra. vbi erugo & tinea demo
litur: et vbi fures effodiunt & fu
rantur. Thesaurizate vobis the
sauros in celo. Ubi neqꝫ erugo
neqꝫ tinea demolitur: et vbi fu
res non effodiunt nec furantur.
Ubi enim est thesaurus tuus:
ibi est & cor tuum. Offr. Exalta
bo te domie qm̄ suscepisti me nec de
lectasti inimicos meos sup me dñe
clamaui ad te & sanasti me. Secre.
Hec nos quesumus domie:
his muneribus offerēdis
cōuenienter aptari: quib⁹ ipsius
venerabilis sacramenti celebra
mus exordiū. Per. Prephatio.
Qui corpali ieiunio. Cō. Qui
meditabit i lege dñi die ac nocte da
bit fructū suū in tpe suo. Compl.
Percepta nobis domie pre
beant sacramenta subsidi
um: vt et tibi grata sint nostra ie
iunia. et nobis proficiant ad me
delam. Per dominū nostrum ie
sum christū filiū. Super pplm.

Inclinantes se domine maiestati tue propiciatus intende: vt q̄ diuino munere sunt refecti: celestib⁹ semp nutriant̄ auxiliis. Per d. Feria q̄nta. Offm̄.

Dum clamarē ad dn̄m exaudiuit vocem meā ab his q̄ appropinquant mihi ꝛ humiliauit eos qui est āte scl'a ꝛ manet in eternum iacta cogitatū tuū in domino ꝛ ipse te enutriet. ℣. Exaudi de⁹ orationē meam ꝛ ne despexeris deprecationem meam: intende mihi ꝛ exaudi me. Gloria patri. Oro.

Deus qui culpa offenderis. penitentia placaris. preces populi tui supplicātis ꝑpiti⁹ respice: ꝛ flagella tue iracūdie que ꝓ peccatis nr̄is meremur averte. p. Lc. esaie prophete. xxxviii. c.

In diebus illis. Egrotauit ezechias vsq₃ ad mortē: et introiuit ad eū esaias fili⁹ amos propheta: ꝛ dixit ei. Hec dicit dominus. Dispone domui tue: q₂ morieris tu ꝛ non viues. Et conuertit ezechias faciē suam ad parietem: et orauit ad dn̄m ꝛ dixit. Obsecro domine: memēto queso quomodo ambulauerim coram te in veritate ꝛ in corde perfecto. ꝛ qd̄ bonū est ī oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Factūq₃ est verbum domini ad esaiam dicēs. Uade: et dic ezechie. Hec dicit dn̄s deus dauid p̄ris tui. Audiui orationem tuam: ꝛ vidi lachrymā tuā. Ecce ego adiiciā sup dies tuos quindecim annos: ꝛ de manu regis assyrioꝝ eruam te. ꝛ ciuitatē istam: et protegam eā. Dixit dominus omnipotēs. R. Iacta cogitatum tuū in domino ꝛ ipse te enutriet. ℣. Dum clamarē ad dn̄m exaudiuit voce₃ meam ab his qui appropinquāt mihi. Scd̄m mat. viii. c.

In illo tempore. Cū intrasset iesus capharnaum: accessit ad eum centurio. rogās eū et dicēs. Domine. puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi iesus. Ego veniam: et curabo eu₃. Et respōdens centurio: ait. Dn̄e. nō su₃ dignus vt intres sub tectū meū: sed tantū dic verbo. ꝛ sanabitur puer me⁹. Nam et ego homo su₃ sub potestate cōstitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade. et vadit. et alio veni. et venit. et seruo meo. fac hoc: ꝛ facit. Audiens aūt iesus miratus est: ꝛ sequētibus se dixit. Amen dico vobis: nō inueni tantam fidem in israel. Dico autē vobis: ꝙ multi ab oriente ꝛ occidēte veniēt. ꝛ recumbent cū abraam. ysaac. et iacob. in regno celoꝝ. Filii autem regni hui⁹: eiiciētur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Et dixit iesus centurioni. Uade: et sicut credidisti fiat tibi. et sanatus est puer illi⁹.

in illa hora. Offe. Ad te dñe leuaui aĩam meã deus me⁹ in te ɔfido non erubescã neqȝ irrideant me inimici mei ꝛ eñi vniuersi q̃ te expectãt non confundentur. Secreta.

SAcrificijs presentib⁹ domine q̃s intende placatus: vt et deuotioni nr̃e ꝓficiãt ꝛ saluti. Per. Cõio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes ꝛ holocausta sup altare tuum domine. Cõpl.

CElestis doni benedictione percepta. supplices te deus omnipotẽs deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramenti causa sit ꝛ salutis. Per. Sup populũ.

PArce dñe parce pp̃lo tuo: vt dignis flagellatiõib⁹ castigat⁹ in tua miseratione respiret. Per dñm. Feria sexta.

AUdiuit dominus ꝛ misert⁹ est mihi dñs fact⁹ est adiutor me⁹. ℣. Exaltabo te domine qm̃ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me. Gl'ia pri.

INchoata ieiunia q̃s Orõ. domine benigno fauore ꝓsequere: vt obseruantiã quã corporaliter exhibem⁹. mẽtib⁹ etiaȝ sinceris exercere valeam⁹. Per.

Lectio esaie prophete. lviij. cap.

HEc dicit dñs deus. Clama ne cesses. Quasi tuba exalta vocẽ tuã: ꝛ annũcia pp̃lo meo scelera eoꝝ et domui iacobi pctã eoꝝ. Me ꝛ eñi de diei ĩ diẽ querũt et scire vias meas volunt: quasi gens que iusticiam fecerit. et iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iusticie: ꝛ appropinquare deo volũt. Quare ieiunauim⁹ et nõ aspexisti. humiliauim⁹ aĩas nr̃as ꝛ nescisti: Ecce in die ieiunij vr̃i inuenitur volũtas vr̃a: ꝛ oẽs debitores vr̃os repetitis. Ecce ad lites ꝛ contentiones ieiunatis: et pcutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsqȝ ad hanc diem: vt audiatur in excelso clamor vr̃. Nũquid tale est ieiuniũ quod elegi p diem affligere hominẽ animã suam: Nunquid cõtorquere quasi circulũ caput suũ. ꝛ saccum ꝛ cinerẽ sternere: Nunquid istud vocaui ieiuniuȝ. et diẽ acceptabilẽ dño: Nonne hoc est magis ieiunium qđ elegi: Dissolue colligatiões impietatis: solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui cõfracti sunt liberos: ꝛ om̃e onus dirũpe. Frange esurienti paneȝ tuum: et egenos vagosqȝ induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum: et carnẽ tuaȝ ne despexeris. Tũc erũpet quasi mane lumẽ tuũ: et sanitas tua citius orietur: et anteibit faciem tuam iusticia tua: ꝛ gloria domini colliget te. Tunc inuocabis. ꝛ dominus exaudiet. Clamabis. et dicet. Ecce ad sum: quia misericors sum: domin⁹ deus tu⁹. ℟.

Unã petij a domino hãc requirã vt

inhabitem in domo dñi. ℣. Ut videã volũtatem dñi ꝛ protegar a templo sancto eius. Scdm matheũ .v.c.

In illo tempore. Dixit ihus discipulis suis. Audistis: quia dictum est. Diliges proximũ tuũ: et odio habebis inimicum tuum. Ego aũt dico vobis. Diligite inimicos vr̃os: benefacite his qui oderunt vos. et orate pro psequentib' ꝛ calũniantibus vos: vt sitis filij patris vr̃i q̃ in celis est. qui solem suũ oriri facit sup bonos ꝛ malos: ꝛ pluit super iustos ꝛ iniustos. Si eñ diligitis eos qui vos diligũt: quã mercedẽ habebitis? Nõne ꝛ publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vr̃os tantũ: quid amplius facietis? Nõne ꝛ ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos pfecti: sicut ꝛ pr̃ vr̃ celestis pfect' est. Attẽdite. ne iusticiã vestrã faciatis coram hoib': vt videamini ab eis. Alioquin: mercedem nõ habebitis apud patrẽ vr̃m q̃ in celis est. Cũ ergo facis elemosynã. noli tuba canere ãte te. sicut hypocrite faciũt ĩ synagogis. et vicis: vt honorificent̃ ab hoib'. Amẽ dico vobis: receperũt mercedẽ suã. Te aũt faciẽte elemosynã. nesciat sinistra tua q̃d faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito. Et pr̃ tu' q̃ videt in abscõdito. reddet tibi. Offr̃.

Dñe viuifica me scdm eloquiũ tuũ vt sciã testimonia tua. Secre. orõ.

Sacrificium dñe obseruantie paschalis offerim'. p̃sta q̃s: vt tibi et mẽtes nr̃as reddat acceptas. et cõtinẽtie promptioris nobis tribuat facultatẽ. per.

Cõio. Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore apprehẽdite disciplinã ne peatis de via iusta

Spiritum nobis Compl̃. dñe tue charitatis infunde vt quos vno celesti pane satiasti. tua facias pietate pcordes. Per eiusdem dominũ. Sup ppl̃m.

Tuere ppl̃m tuum dñe. et ab oĩbus pctĩs clemẽter emũda. quia nulla ei nocebit aduersitas. si nulla dñetur iniquitas. p

Sabbato. In vigilia .xl. dicitur officiũ ꝛ or̃ones. ad missam ꝛ ad alias horas diei de precedẽti sexta feria. Lcõ esaie pphe. lviij. c.

Hec dicit dñs. Si abstuleris de medio tui cathenã. ꝛ desieris digitũ extẽdere. ꝛ loqui qd non pdest: cũ effuderis esurienti aĩam tuã. ꝛ aĩam afflictam repleueris: orief̃ in tenebris lux tua. ꝛ tenebre tue erũt sicut meridies. Et requiẽ dabit tibi dominus semp: et implebit splendoribus aĩam tuam: et ossa tua liberabit. Et eris sicut ort' irriguus: et sicut fons aquarum cuius nõ deficiẽt aque. Et edificabuntur in te deserta seculorũ: fundamẽta generationis ꝛ generationis

suscitabis. Et vocaberis edifica
toꝛ sepiũ auertẽs semitas iniqta
tũ. si auerteris a sabbato pedez
tuũ. facere volnntatez tuã in die
sctõ meo: et vocaueris sabbatuz
delicatũ. et sctm̃ dñi glorioſum:
et glorificaueris eum dũ non fa
cis vias tuas. ⁊ nõ inuenitur vo
luntas tua vt loquaris sermonẽ
tunc delectaberis sup dño. et su
stollã te sup altitudinẽ terre: ⁊ ci
babo te hereditate iacob patris
tui. Os enim domini locutum
est. Scdm marcum. xv. cap.

IN illo tpe. Cũ sero esset fa
ctum: erat nauis in medio
mari. et iesus solus in terra. Et
vidit eos laboꝛantes in remigã
do: erat em̃ vẽtus cõtrari⁹ eis. et
circa quartã vigiliã noctis venit
ad eos. ambulãs sup mare: ⁊ vo
lebat p̃terire eos. At illi vt vide
rũt eũ ambulantẽ sup mare: pu
tauerũt fantasma esse. Et excla
mauerũt. Oẽs em̃ eũ viderũt: ⁊
cõturbati sunt. Et statim locut⁹
est cũ eis ihs: ⁊ ait illis. Confidi
te. Ego sum. Nolite timere. Et
ascendit ad illos in nauẽ: ⁊ cessa
uit vẽtus. Et plus magis intra
se stupebãt. Nõ em̃ intellexerãt
de panibus. Erat em̃ coꝛ illoꝛũ
obcecatũ. Et cũ transfretassent
ꝑuenerũt in terrã genesareth: et
applicuerũt. Cũq3 egressi essent
de naui: continuo cognouerunt
eũ. Et ꝑcurrentes vniuersam re
giones illã: ceperũt in grabatis
eos q̃ se male habebant circũfer
re: vbi audiebãt eũ esse. Et quo
cũq3 introibat ĩ vicos. aut in vil
las. aut ciuitates: in plateis po
nebant infirmos. ⁊ depꝛecaban
tur eũ: vt vel fimbꝛiam vestimen
ti eius tangerent. Et quotquot
tangebant eum salui fiebant.

Dominica in quadragesima.

INuocauit me et ego exau
diã eũ eripiã eũ ⁊ glorifica
bo eũ lõgitudinẽ dierũ adi
plebo eum. ℣. Qui habitat in adiu
toꝛio altissimi: in protectione dei ce
li cõmoꝛabitur. Glꝛia pr̃i. Orõ.

DEus qui ecclesiã tuam an
nua quadragesime obser
uatiõe purificas: pꝛesta familie
tue. vt qd̃ a te obtinere abstinen
do nititur: hoc bonis operibus
exequatur. Per. Lectio epistole
beati pauli apl̃i ad coꝛinth. ij. vj. c

FRatres. Oꝛtamur vos: ne
in vacuũ gr̃az dei recipiatis.
Ait em̃. Tẽpoꝛe accepto exaudi
ui te: et in die salutis adiuui te.
Ecce nũc tẽpus acceptabile ecce
nũc dies salutis. Nemini dãtes
vllã offensionez: vt nõ vituperet̃
ministeriũ nr̃m. sed in oĩbus ex
hibeam⁹ nosmetipsos sicut dei
ministros: in multa patiẽtia. in
tribulationib⁹. in necessitatib⁹.
in angustijs. in plagis. in carce
ribus. in seditionib⁹. in laboꝛib⁹
in vigilijs. in ieiunijs. in castita

te. in sciētia. in lōganimitate. in suauitate. in spū scō: in charitate nō ficta. in verbo veritatis. in virtute dei. Per arma iusticie: a dextris & a sinistris. Per gloriā et ignobilitatē. Per infamiā: et bonam famā. Ut seductores: & veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quasi moriētes: & ecce viuimus. Ut castigati: et nō mortificati. Quasi tristes: semp aūt gaudentes. Sicut egētes: multos aūt locupletātes. Tanq̄ nihil habentes: & omnia possidentes. ℟. Angelus suis mādauit de te vt custodiāt te in oīb⁹ vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabūt te ne vnq̄ offēdas ad lapidē pedē tuū. Tractus.

Qui habitat in adiutorio altissimi in protectiōe dei celi cōmorabitur. ℣. Dicet dño susceptor me⁹ es tu & refugium meum deus meus sperabo meū. ℣. Quoniā ipe liberauit me de laqueo venātiū et a verbo aspero. ℣. Scapulis suis obūbrabit tibi et sub pennis eius sperabis. ℣. Scuto circūdabit te veritas ei⁹ non timebis a timore nocturno. ℣. A sagitta volāte per diē a negocio p ambulante in tenebris a ruina & demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille & decē milia a dextris tuis tibi autem non appropinquabit. ℣. Qm̄ angelis suis mandauit de te vt custodiant te in oībus vijs tuis. ℣. In manib⁹ portabūt te ne vnq̄ offēdas ad lapidē pedez tuū. ℣. Super aspidē & basiliscū ambulabis & ꝯculcabis leonē & draconē. ℣. Qm̄ i me sperauit liberabo eū ꝓtegā eū qm̄ cognouit nomē meum. ℣. Inuocauit me & ego exaudiā eū cū ipso sū in tribulatione. ℣. Eripiā eū & glorificabo eū longitudine dierum adimplebo eum et ostendam illi salutare meum. Scdm matheum. iiij. ca.

In illo tēpore. Ductus est iesus in desertū a spū: vt tētaretur a diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctib⁹: postea esuriit Et accedens tētator: dixit ei. Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Qui respōdens: dixit ei. Scriptū est. Non in solo pane viuit homo: sed i oī verbo qd̄ ꝓcedit de ore dei. tūc assumpsit eum diabolus in sanctā ciuitatē et statuit eū supra pinnaculū tēpli: et dixit ei. Si fili⁹ dei es: mitte te deorsū. Scriptū est eñ: qr angelis suis mandauit de te. vt i manib⁹ tollāt te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Ait illi iesus. Rursū. Scriptū est. Nō tentabis dñm deum tuum. Iterum assumpsit eū diabolus in montem excelsum valde. et ostēdit ei omnia regna mūdi. & gloriam eorum: et dixit illi. Hec oīa tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus. Uade sathana. Scriptum est enim. Dominū deum tuum adorabis: et

illi soli seruies. Tūc reliquit eū diabolus. Et ecce angeli accesse runt: et ministrabant ei. Offr̄.
Scapulis suis obūbrabit tibi dn̄e ꝛ sub pēnis eius sperabis scuto circū dabit te veritas eius. Secreta.
Sacrificiū quadragesimalis initij solēniter immolamus. te dn̄e deprecantes: vt cū epularum restrictione carnaliū. a noxijs quoqꝫ voluptatibus tē peremur. Per. Cōio. Scapulis suis obumbrabit tibi et sub pennis eius sperabis scuto circūdabit te veritas eius. Complendum.
Tui nos dn̄e sacramēti libatio scā restauret: et a vetustate purgatos. in mysterij salutaris faciat transire consortiū. Qui viuis. Feria.ij. Officium.
Sicut oculi seruorū in manibus dominoꝝ suorū: ita oculi nostri ad dn̄m deum nostrū donec misereatur nostri miserere nobis domie miserere nobis ℣. Ad te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis. Gloria prī. Orō.
Conuerte nos deus salutaris noster: et vt nobis ieiunium quadragesimale proficiat mentes nostras celestib⁹ instrue disciplinis. Qui viuis ꝛ regnas. Lctō ezechielis pphe. xxxiiij. c.
Hec dicit dominus de⁹. Ecce ego ipse requiram oues meas: et visitabo illas. Sicut visitat pastor gregē suum. in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarū: sic visitabo oues meas. ꝛ liberabo eas de oībus locis ī quibus disperse fuerāt. in die nubis ꝛ caliginis. Et educam eas de ppl'is. ꝛ cōgregabo eas de terris: ꝛ inducam eas in terram suam. et pascā eas in mōtibus israel: in riuis ꝛ in cunctis sedib⁹ terre. in pascuis vberrimis pascā eas: et in montib⁹ excelsis israel erunt pascue earū Ibi requiescent in herbis virentibus: et in pascuis pinguibus pascētur sup mōtes israel. Ego pascā oues meas. ꝛ ego accubare eas faciā: dicit dn̄s de⁹. Qđ perierat requiram. ꝛ qđ abiectū fuerat reducam: ꝛ qđ confractū fuerat alligabo. et qđ infirmum fuerat consolidabo. et quod pingue et forte custodiā: et pascam illas in iudicio. Dicit dn̄s ops.
℟. Protector noster aspice deus ꝛ respice super seruos tuos. ℣. Domine de⁹ virtutū exaudi preces seruoꝝ tuorum. Scdm matheum. xx. c.
In illo tempore. Dixit ihus discipulis suis. Cū venerit fili⁹ hominis in maiestate sua. et oēs angeli cū eo. tūc sedebit sup sedē maiestatis sue. ꝛ ꝯgregabūtur ante eū oēs gentes: ꝛ separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. ꝛ statuet oues quidem a dextris suis: hedos autē a sinistris. Tunc dicet

rex his. qui a dextris eius erunt
Venite benedicti pr̃is mei: pos
sidete paratu3 vobis regnum. a
cõstitutione mũdi. Esuriui em̃:
et dedistis mihi mãducare. Si
tiui: ꝛ dedistis mihi bibere. Hos
pes eram: et collegistis me. Nu
dus: et operuistis me. Infirm⁹:
et visitastis me. In carcere era3:
et venistis ad me. Tũc responde
bunt ei iusti: dicẽtes. Dñe: quã
do te vidimus esuriẽtem ꝛ paui
mus te. sitientẽ. et dedimus tibi
potũ: Quãdo autem te vidim⁹
hospitem. ꝛ collegimus te: Aut
nudum. ꝛ cooperuimus te: Aut
qñ te vidimus infirmum. aut in
carcere. et venimus ad te: Et re
spondens rex: dicet illis. Amen
dico vobis: q̃diu fecistis vni de
his fratrib⁹ meis minimis: mi
hi fecistis. Tunc dicet et his: qui
a sinistris eius erũt. Discedite a
me maledicti in ignem eternu3:
qui preparatus est diabolo ꝛ an
gelis eius. Esuriui em̃: et nõ de
distis mihi mãducare. Sitiui:
et non dedistis mihi potũ. Hos
pes eram: et non collegistis me.
Nudus: et non operuistis me.
Infirmus. et in carcere: ꝛ non vi
sitastis me. Tunc respondebũt
ei ꝛ ipsi: dicentes. Domine: quã
do te vidimus esuriẽtem. aut si
tientem. aut hospitẽ. aut nudũ.
aut infirmũ. vel in carcere: et nõ
ministrauimus tibi: Tũc respõ
debit illis. dicens. Amẽ dico vo
bis. q̃diu non fecistis vni de mi
norib⁹ his: nec mihi fecistis. Et
ibunt hi: in supplicium eternu3.
Iusti autem. in vitam eternam.
Offẽ. Leuabo oculos meos ꝛ cõ
siderabo mirabilia tua domĩe vt do
ceas me iusticiam tuam da mihi in
tellectu3 vt discam mãdata tua dñe.
Munera domine Secreta.
oblata sanctifica nosq3 per
hec a peccatoru3 nostrorum ma
culis emunda. Per. Cõio. Vo
ce mea ad dominũ clamaui et exau
diuit me de monte sancto suo non ti
mebo milia populi circũdantis me.
Salutaris tui dñe Compl.
munere satiati. supplices
exoramus: vt cuius letamur gu
stu renouemur effectu. Per eun
dem. Super populum.
Absolue quesumus domĩe
nostroru3 vincula peccato
rũ: et quicq̃d ꝑ eis meremur ꝓ
pitiat⁹ auerte. p. Fer. iij. Offm̃.
Domine refugiu3 factus es
nobis a generatione et pro
genie a sc̃lo i sc̃lm tu es. ℣.
Priusq̃ mõtes fierẽt aut formaret
terra: ꝛ orbis a sc̃lo tu es de⁹. Gl̃ia.
Respice dñe familiã Orõ.
tuã: et p̃sta. vt apud te mẽs
nr̃a tuo desiderio fulgeat. que se
carnis maceratiõe castigat. per.
In dieb⁹ ill. Lc. esa. pph. lv. c
Locut⁹ ẽ esaias pph̃a dicẽs
Querite dñ3 dũ inueniri potest

inuocate eum dū prope est. Derelinquat impius viā suam. et vir iniquus cogitationes suas: et reuertatur ad dnm et miserebitur eius: et ad deū nrm. qm multus est ad ignoscēdum. Nō em̄ cogitationes mee cogitationes vre. neqz vie vre vie mee dicit dns: qr sicut exaltātur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris et cogitationes mee a cogitationibus vris. Et quomodo descēdit ymber et nix de celo. et illuc vltra non reuertit. sed inebriat terram et infundit eā. et germinare eam facit. et dat semen serēti et panem comedenti: sic erit verbum meuz qd egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quecūqz volui. et pspe rabitur in his ad que misi illud. Ait dns omipotēs. R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo domine. V. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Scdm matheum. xxi. cap.

In illo tempore. Cū intrasset iesus hierosolymā: commota est vniuersa ciuitas dicēs. Quis est hic? Populi autem dicebant. Hic est iesus ppheta: a nazareth galilee. Et intrauit iesus in tēpluz dei. et eijciebat oēs vendentes et emētes in templo: et mensas nūmulariorum. et cathedras vendētium columbas euertit: et dicit eis. Scriptuz est: qr domus mea domus orōnis vocabitur. Vos aūt fecistis eā speluncaz latronū. Et accesserūt ad eū ceci et claudi in templo: et sanauit eos. Vidētes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit. et pueros in templo clamantes et dicentes. osanna filio dauid: indignati sunt. et dixerūt ei. Audis quid isti dicūt? Ihs autem dixit eis. Utiqz. Nūquā legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudez? Et relictis illis. abijt foras extra ciuitatez in bethaniam: ibiqz mā sit. Offr. In te speraui domie dixi tu es deus meus in manibus tuis tempora mea. Secreta. Oratio.

Oblatis qs domine placare muneribus: et a cunctis nos defende piculis. per. Cōio.

Cum inuocarē te exaudisti me de iustitie mee in tribulatione dilatasti me miserere mihi domine et exaudi orationem meam. Compl.

Quesumus omnipotēs de: vt illius salutaris capiam effectū cui p hec mysteria pign accepim. Qui te. Sup ppl'm.

Ascendāt ad te dne preces nre. et ab eccl'ia tua cūctā repelle nequitiam. Per dominuz.

Feria. iiii. quattuor temporum.



Reminiscere miserationum tuaꝝ dne et mie tue q a sclo sunt ne vnqꝫ dnent nobis inimici nostri libera nos de isrl' ex

oib⁹ angustijs nostris. ℣. Ad te dñe leuaui aiam meã: de⁹ meus in te cõfido nõ erubescã. Glřia pri. Oro.

PReces nřas qs dñe clemẽt exaudi. et ↄtra cũcta nobis aduersantia dexterã tue maiestatis extẽde. p. Lc. li. exodi. xxiiij. c.

IN diebus illis. Dixit dñs ad moysen. Ascẽde ad me in monte3: et esto ibi. Daboq3 tibi duas tabulas lapideas. et lege3 ac mãdata que scripsi: vt doceas filios isrł. Surrexerũt aũt moyses et iosue minister ei⁹. ascẽdensq3 moyses in montẽ dei: senioribus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur: vobiscũ. Si qd natũ fuerit questionis referetis ad eos. Cũq3 ascẽdisset moyses operuit nubes montẽ. et habitauit glřia dñi sup sinay. tegẽs illũ nube sex diebus. Septimo aũt die: vocauit eu3 de medio caliginis. Erat autẽ species glřie dñi: quasi ignis ardẽs sup verticem mõtis. in cõspectu filiorũ israel. Ingressusq3 moyses mediũ nebule: ascẽdit in mõtẽ. Et fuit ibi quadragita dieb⁹. et qdraginta noctib⁹. ℟. Tribulatiões cordis mei dilatate sunt de necessitatibus meis eripe me dñe. ℣. Uide hũilitatẽ meã et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. Alia oratio.

DEuotione3 populi tui quesumus domine benignus intende: vt qui p abstinẽtia3 macerantur in corpore. per fructu3 boni operis reficiant̃ in mente. Per. Lctõ libri regum. iij. xix. c.

naaman ad dñm suũ: et nuncia
uit ei dicens. Sic et sic locuta est
puella de terra israel. Dixitqz ei
rex syrie. Uade: et mittam litte-
ras ad regẽ israel. Qui cum ꝓfe
ctus esset. et tulisset secũ decem ta
lenta argẽti. et sex milia aureos.
et decem mutatoria vestimento-
rum: detulit litteras ad regẽ isrl'
in hec verba. Cum acceperis epi
stolã hãc: scito ꝙ miserim ad te
naaman seruũ meũ. vt cures eũ
a lepra sua. Cũqz legisset rex isrl'
litteras: scidit vestimẽta sua et ait
Nunquid deus sum vt occidere
possim et viuificare. quia iste mi-
sit ad me. vt curem hoĩez a lepra
sua? Aiaduertite et videte. quot
occasiones querat aduersuz me
Quod cuz audisset heliseus vir
dei. scidisse videlicet regez israel
vestimenta sua: misit ad eum di-
cẽs. Cur scidisti vestimẽta tua?
Ueniat ad me: et sciat prophetã
esse i israel. Uenit ergo naaman
cum equis et curribus: et stetit
ad hostiũ dom' helisei. Misitqz
ad eum heliseus nunciũ: dicẽs.
Uade et lauare septies in iorda
ne: et recipiet sanitatem caro tua
atqz mundaberis. Iratus naa-
man: recedebat dicẽs. Putabã
ꝙ egrederetur ad me. et stãs in-
uocaret nomen dei sui. et tange-
ret manu sua locuz lepre. et cura-
ret me. Nunquid non meliores
sunt abana et pharphar fluuij
damasci omnibus aquis israel:
vt lauer in eis et munder? Cum
ergo auertisset se et abiret indi-
gnãs: accesserũt ad eũ serui sui:
et locuti sunt ei dicẽtes. Pater. et
si rem grandem dixisset tibi pro-
pheta: certe facere debueras.
Quanto magis quia nũc dixit
tibi lauare et mundaberis? De-
scendit ergo et lauit in iordane
septies iuxta sermonem viri dei:
et restituta est caro eius sicut ca-
ro pueri paruuli. et mundatus
est a lepra. Reuersusqz ad viruz
dei cum vniuerso comitatu suo:
venit et stetit coram eo et ait. Ue
re scio ꝙ nõ sit deus in vniuersa
terra: nisi tantuz deus israel. ℟.
Deus vitam meam annunciaui ti-
bi posuisti lachrymas meas in con-
spectu tuo. ℣. Miserere mihi domi-
ne quoniã conculcauit me homo to-
ta die bellans tribulauit me. Scđz
lucam. iiij. c.
In illo tempo-
re dixerũt pharisei ad ihm
Quanta audiuimus facta in ca
pharnauz: fac et hic in patria tua

Ait autem. Amen dico vobis: quia nemo ꝓpheta acceptus est ĩ patria sua. In veritate dico vobis. ꝙ multe vidue erant in diebus helie in israel: quando clausum est celuꝫ annis tribus et mẽsibus sex. cum facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarũ missus est helias. nisi in sareptam sydonie ad mulierẽ viduam. Et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et nemo eorum mundatus est. nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt. ⁊ eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt eum vsqꝫ ad supercilium montis. super quem ciuitas eorum erat edificata: vt precipitarent eũ. Ipse aũt transiẽs. ꝑ medium illoruꝫ ibat. Offer. Exaudi deus orationem meam ⁊ ne despexeris deprecationẽ meam intende in me et exaudi me. Secreta.

Munus qđ tibi dñe nr̃e seruitutis offerimus. tu salutare nobis perfice sacramẽtũ. p. Cõio. Quis dabit ex syõ salutare isrl' cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue exultabit iacob ⁊ letabit' isrl'.

Presta q̃s oṗs ⁊ misericors de': vt q̃ ore contingimus. pura mẽte capiam'. per dñm nostrum. Cõpl. Super ppl'm.

Subueniat nobis domine mĩa tua: vt ab ĩminẽtibus peccatorum nostroruꝫ periculis te mereamur protegẽte saluari. Per dñm nostrum iesum xp̄m filiũ tuũ. Feria tertia. Offm̃.



Ego clamaui qm̃ exaudisti me deus inclina aurem tuã et exaudi verba mea custodi me dñe vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. Exaudi domine iusticiam meam intende deprecationem meam. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spũi sctõ. Orõ.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus. ⁊ continẽtie salutaris ꝓpitius nobis dona concede. Per dñm nostrum.

Lectio libri regũ. iiij. iiij. caplo.

In dieb' illis. Mulier quedam clamabat ad heliseuꝫ prophetã: dicẽs. Seruus tuus vir meus mortuus est: ⁊ tu nosti quia seruus tu' fuit timens deũ. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad seruiendũ sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi: Dic mihi q̃d habes in domo tua. At illa respondit. Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea: nisi paruꝫ olei quo vngar. Cui ait. Uade ⁊ pete mutuo ab omnib' vicinis tuis vasa vacua non pauca: et ingredere et claude hostium cum intrinsecus fueris tu ⁊ filij tui: et mitte inde in oĩa vasa hec. Et cũ plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier ⁊ clausit ostiũ sup se

et sup filios suos. Illi offerebãt vasa: et illa infundebat. Cumqȝ plena fuissent vasa: dixit ad filiũ suuȝ. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitqȝ oleum. Venit aũt illa: ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vẽde oleuȝ: ⁊ redde creditori tuo. Tu auteȝ ⁊ filij tui. viuite de reliquo. ℟. Ab occultis meis mũda me domine ⁊ ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati tũc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo.

Secũm matheuȝ. xviij. capitulo.

In illo tempore. Respiciẽs iesus in discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te ⁊ ipm̃ solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuũ. Si auteȝ te nõ audierit: adhibe tecum adhuc vnũ vel duos vt in ore duoꝝ vel triũ testiũ stet omne verbũ. Quod si nõ audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis. quecũqȝ ligaueritis super terram: erũt ligata ⁊ in celis. Et quecũqȝ solueritis super terrã: erũt soluta et in celis. Iteruȝ dico vobis: quia si duo ex vobis cõsenserint super terram de omni re quãcunqȝ petierint. fiet illis a patre meo qui est in celis. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomĩe meo: ibi suȝ in medio eorũ. Tunc accedens petrus ad euȝ: dixit. Domine quotiẽs peccauerit in me frater me⁹. dimittam ei vsqȝ septies: Dicit illi ihs. Non dico tibi vsqȝ septies: sed vsqȝ septuagies septies.

Offr̃. Dextera domini fecit virtuteȝ dextera domini exaltauit me nõ moriar sed viuam et narrabo opera domini.

Secreta.

Per hec veniat q̃s dñe sacramẽta nostre redẽptionis effect⁹: qui nos ⁊ ab humanis retrahat semp excessibus. et ad salutaria cuncta pducat. Per. Cõio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in mõte sctõ tuo qui ingredit̃ sine macula et operatur iusticiam.

Complendum.

Sacris dñe mysterijs expiati ⁊ veniam consequamur ⁊ gratiam. Per.

Super ppl'm.

Tua nos q̃s dñe ptectione defende. ⁊ ab oĩ semper iniq̃tate custodi. p.

Fer. iiij. Offm̃.

Ego aũt in domino speraui exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem meam. ℣. In te domine speraui nõ confundar in eternuȝ: in iusticia tua libera me. Glia.

Oro

Presta nobis q̃s dñe. vt salutaribus ieiunijs eruditi. a noxijs quoqȝ vitijs abstinẽtes. ppiciationẽ tuã facil⁹ impetremus. Per. lc. libri exodi. xx. c.

Hec dicit dñs deus. Honora patrez tuum et matrem tuã: vt sis longeuus sup terraz: quã dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. nõ mechaberis: non furtũ facies: non loqueris contra proximũ tuũ falsuz testimoniuz: non cõcupisces domũ primi tui: nec desiderabis vxorem eius: non seruũ. nõ ancillã. non bouẽ. nõ asinũ: nec oĩa que illius sunt. Cunctus autẽ populus videbat voces et lãpadas. et sonitũ bucine. montẽqz fumigãtem: et perterriti ac pauore concussi steterũt pcul: dicẽtes moysi. Loquere tu nobis: et audiem9 Non loquat nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populũ. Nolite timere. Ut eñ probaret vos venit deus. et vt terror illius esset in vobis: et nõ peccaretis. Stetitqz populus a longe. Moyses autẽ accessit ad caliginẽ in qua erat deus. Dixit pterea dñs ad moysen. Hec dices filijs israel. Uos vidistis: q de celo locutus sim vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi. et offeretis sup illud holocausta et pacifica vr̃a: oues vr̃as et boues. in omni loco in quo memoria fuerit nomĩs mei. ℞. Miserere mihi dñe quoniã infirmus sum sana me dñe. ℣. Conturbata sunt oĩa ossa mea et anima mea turbata est valde.

Secundũ matheum. cap. xv.

In illo tpe: Accesserũt ad iesum ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediunt traditiones senior: Nõ eñ lauãt manus suas. cum panẽ manducãt. Ipse autẽ respondens: ait illis. Quare et vos trãsgredimini mãdatũ dei ppter traditionẽ vr̃az: Nam deus dixit Honora patrẽ tuum: et matrẽ tuã. Et qui maledixerit patri vl' matri: morte moriatur. Uos autẽ dicitis. Quicũqz dixerit patri vel matri. munus quodcũqz est ex me. tibi pderit. Et non honorificauit patrem suũ et matrẽ suã: et irritũ fecistis mandatũ dei. propter traditionẽ vestrã. Ypocrite: bñ pphetauit de vobis esaias ppheta dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eo longe est a me. Sine causa autẽ colũt me: docẽtes doctrinas et mãdata hominũ. Et cõuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite: et intelligite. Non qd intrat in os coinquinat hominẽ: sed qd procedit ex ore hoc coinqnat hoiez. Tũc accedẽtes discipuli ei9: dixerunt ei. Scis q pharisei audito hoc verbo scãdalizant: At ille respõdens: ait. Oĩs plãtatio quã nõ plãtauit pater me9 celestis: eradicabit. Sinite illos. Ceci sunt: et



duces cecoꝝ. Cecus autē si ceco
ducatū prestet: ambo in foueā
cadūt. Rñdens autē petrꝰ: dixit
ei. Edissere nobis parabolam
istā. At ille dixit. Adhuc et vos
sine intellectu estis? Nō intelli-
gitis qꝛ oē qđ in os intrat in ven
trē vadit. et in secessum emittitꝛ?
Que autē ꝑcedūt de ore: de cor
de exeunt. ⁊ ea coinqnāt hoīem.
De corde em̄ exeūt cogitatiōes
male. Homicidia. adulteria. for
nicationes. furta. falsa testimo-
nia. blasphemie. Hec sūt q̄ coin-
quināt hoīem. Nō lotis aūt ma
nibꝰ mādūcare: nō coinquinat
hoīez. Offꝫ. Dñe fac mecū miaꝫ
tuā ꝑpter nomen tuuꝫ quia suauis
est misericordia tua. Secreta.
Suscipe q̄s dñe preces ppl'i
tui cū oblatiōibꝰ hostiaꝝ. ⁊
tua misteria celebrātes. ab oībꝰ
nos defende periculis. Qui vi.
Cōio. Notas mihi fecistis vias vi
te adimplebis me leticia cum vultu
tuo domine. Complendū.
Sanctificet nos dñe qua pa
sti sumꝰ mēse celestis ꝑticipatio.
⁊ a cunctis erroribꝰ expiatos. su-
pernis promissionibꝰ reddat ac-
ceptos. Per. Sup ppl'm.
Concede q̄s oṗs deꝰ. vt qui
ꝑtectiōis tue grāꝫ q̄rimꝰ. libera
ti a malis oībꝰ. secura tibi mēte
seruiamꝰ. p. Fe. v. offiñ.



Salus populi ego sum dicit
dñs de quacunqꝫ tribula-
tione clamauerint ad me exaudiam
eos et ero illoꝝ dñs in perpetuū. ℣.
Attēdite popule meus legē meaꝫ:
inclinate aurē vestrā in verba oris
mei. Gloria patri. Oratio.
Magnificet te dñe sanctorū
tuorum cosme et damiani
btā solēnitas. qua et illis glíam
sempiternā. ⁊ opē nobis ineffabi-
li ꝑuidētia cōtulisti. per. Lectio
hieremie prophete ca. vij.
In diebꝰ illis: Factꝰ est ser-
mo dñi ad me: dicēs. Sta ī por-
ta domꝰ dñi: ⁊ predica ibi verbū
istud et dic. Audite verbum dñi
oīs iuda. q̄ ingredimini per por
tas has: vt adoretis dñm. Hec
dicit dñs exercituuꝫ deus israel.
Bonas facite vias vestras. et
studia vr̄a: ⁊ habitabo vobiscuꝫ
in loco isto. Nolite ꝯfidere ī ver-
bis mēdacijs: dicētes. Templum
dñi: templū dñi: templū dñi est.
Qm̄ si bn̄ direxeritis vias vr̄as et
studia vestra. si feceritis iudiciū
inter virū ⁊ ꝑximū eiꝰ: aduene et
pupillo ⁊ vidue non feceritis ca-
lūniam. nec sanguinē innocētēꝫ
effuderitis ī loco hoc: et post de-
os alienos non ambulaueritis
in malū vobismetipsis: habita-
bo vobiscuꝫ in loco isto. in terra
quā dedi patribus vr̄is: a secu-
lo et vsqꝫ in seculum. Ait domi-
nus omnipotens. ℟. Oculi bo-
minum in te sperant domine et tu
das illis escam in tp̄e oportuno. ℣.

Aperis tu manũ tuã et imples omne aĩal bñdictiõe. Scđm iohãnẽ.c.vj.

In illo tẽpore: Dixit iesus turbis. Operamini nõ cibũ qui perit: sed qui permanet in vitam eternã. quẽ filius hoĩs dabit vobis. Hũc eñ pater signauit deus. Dixerũt ergo ad eũ. Quid faciem⁹ vt operemur opera dei? Respondit iesus et dixit eis. Hoc est opus dei: vt credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Qđ ergo facis signũ vt videam⁹ et credam⁹ tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerũt mãna in deserto: sicut scriptũ est. Panẽ de celo dedit eis mãducare. Dixit ergo eis iesus. Amẽ amẽ dico vobis. nõ moyses dedit vobis panem de celo: sed pater me⁹ dat vobis panẽ de celo verũ. Panis enim dei est qui descẽdit de celo: ⁊ dat vitã mundo. Dixerunt ergo ei. Dñe: da nobis hunc panẽ. Dixit autẽ eis iesus. Ego sum panis vite. Qui venit ad me: non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet vnq̃. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine et super iram inimicorũ meorũ extendes manũ tuã ⁊ saluũ me fecit dextera tua. Secreta.

In tuorũ dñe preciosa morte iustorũ sacrificium illud offerimus. de quo omne martirium sumpsit principium. Per.

Cõio. Tu mãdasti mandata tua custodiri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custodiẽdas iustificationes tuas. Complendum.

Sit nobis dñe sacramenti tui certa saluatio: que cũ beatorũ tuorũ cosme et damiani meritis imploratur. Qui viu. Super ppłm.

Subiectũ tibi populum q̃s dñe ppiciatio celestis ãplificet. et tuis semp faciat seruire mãdatis. per. Feria .vj. Offm.



Fac mecũ dñe signũ in bonum vt videãt qui me oderunt et confundantur qm̃ tu dñe adiuuisti me ⁊ cõsolatus es me. ℣. Inclina dñe aurẽ tuam et exaudi me: quoniam inops et paup sum ego. Gloria patri. Oratio.

Ieiunia nostra quesumus dñe benigno fauore prosequere: vt sicut ab alimẽtis abstinemus in corpe. ita a viciis ieiunemus in mente. Per dominũ.

Lectio libri numeri caplo .xx.

In diebus illis: Conuenerunt filii israel ad moysen et aaron: et versi in seditionẽ dixerunt. Da nobis aquã: vt bibamus Ingressusq; moyses ⁊ aaron. dimissa multitudine tabernaculũ federis: corruerũt proni in terrã. clamaueruntq; ad dñm: atq; dixerũt. Dñe de⁹ audi clamorẽ populi hui⁹: ⁊ aperi eis thesaurũ tuũ. fontẽ aque viue. vt saciati cesset murmuratio eorũ. Et

apparuit glĩa dñi sup eos. Locutusq₃ est dñs ad moysen: dicẽs. Tolle virgã. ⁊ congrega populũ tu et aarõ frater tu⁹: et loq̃mini ad petrã corã eis. et illa dabit aquas. Cũq₃ eduxeris aquã de petra: bibet oĩs multitudo et iumẽta eius. Tulit igiẗ moyses virgã q̃ erat in ↄspectu dñi sicut preceperat ei dñs. Et ↄgregata multitudine ante petrã: dixitq₃ eis. Audite rebelles et icreduli. Nũq̃d de petra hac vobis aquã poterim⁹ eijcere: Cũq₃ eleuasset moyses manũ. percutiẽs virga bis silicẽ: egresse sunt aq̃ largissime. ita vt ppl's biberet ⁊ iumẽta. Dixitq₃ dñs ad moysen ⁊ aarõ. Quia nõ credidistis mihi vt sãctificaretis me corã filijs israel: non introducetis hos pplos in terrã quã dabo eis. Hec ẽ aqua cõtradictiõis: vbi iurgati sũt filij isrl' cõtra dñm. et scĩficat⁹ est in eis. ℞. In deo spauit cor meũ ⁊ adiut⁹ sũ ⁊ refloruit caro mea ⁊ ex volũtate mea confitebor illi. ℣. Ad te dñe clamaui de⁹ me⁹ ne sileas ne discedas a me. Scd'z iohẽz. c. iiij.

In illo tpe: Ibat iesus in ciuitatẽ q̃ diciẗ sichar: iuxta prediũ qđ dedit iacob ioseph filio suo. Erat aũt ibi fons iacob. Jesus autẽ fatigat⁹ ex itinere: sedebat sic sup fontẽ. Hora autez erat q̃si sexta. Uenit mulier de samaria: haurire aquã. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipli autẽ ei⁹ abierãt in ciuitatẽ: vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomõ tu iude⁹ cũ sis: bibere a me poscis. que sũ mulier samaritana: Nõ eñ coutunẗ iudei samaritanis. Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Si scires donũ dei. ⁊ q̃s est q̃ dicit tibi da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo. ⁊ dedisset tibi aquã viuaz. Dicit ei mulier. Dñe neq₃ ĩ quo haurias habes: ⁊ pute⁹ altus est Unde ergo habes aquã viuaz: Nũquid tu maior es patre nr̃o iacob: q̃ dedit nobis hũc puteũ. et ipse ex eo bibit. ⁊ filij ei⁹ ⁊ pecora eius: Rñdit iesus: et dixit ei. Oĩs q̃ bibit ex aqua hac: sitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei: nõ sitiet in eternum. sed aqua quã ego dabo ei: fiet in eo fons aq̃ saliẽtis in vitã eternã. Dicit ei mulier. Dñe: da mihi hãc aquã: vt nõ sitiã. neq₃ veniam huc haurire. Dixit ei iesus. Uade voca virũ tuũ: et veni huc. Rñdit mulier: ⁊ dixit. Non habeo virũ. Dicit ei iesus. Bñ dixistis: q₂ nõ habeo virũ. Quiq₃ eñ viros habuisti. et nũc quẽ habes nõ est tu⁹ vir. Hoc vere dixisti Dicit ei mulier Dñe: video q₂ ꝓpheta es tu. Patres nostri in mõte hoc adorauerũt: et vos dicitis q₂ hierosolimis ẽ locus: vbi adorare oportet. Dicit ei ie-

sus. Mulier crede mihi: quia veniet hora. qñ neqz in mõte hoc. neqz ĩ hierosolimis adorabitis patrẽ. Vos adoratis qđ nescitis. nos adoram⁹ qđ scimus. qꝛ salus ex iudeis est. Sꝫ venit hora et nunc est: quando veri adoratores adorabũt patrẽ. in spũ ꝛ veritate. Nã ꝛ pater tales querit: qui adorẽt eũ. Spũs est de⁹: et eos q̃ adorãt eum. in spũ ꝛ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio qꝛ messias venit: qui dicit xp̃s. Cũ ergo venerit: ille nobis annũciabit oĩa. Dicit ei iesus. Ego sũ q̃ loquor tecũ. Et ꝯtinuo venerũt discipuli ei⁹: ꝛ mirabant qꝛ cũ muliere loquebatur. Nemo tñ dixit ei q̃d queris: aut q̃d loqueris cũ ea. Reliquit ergo ydriã suam mulier: et abijt in ciuitatẽ: et dicit illis hominib⁹. Venite ꝛ videte hoĩeꝫ: q̃ dixit mihi oĩa q̃cũqꝫ feci. Nunquid ipse est xp̃s: Exierũt de ciuitate: et veniebãt ad eũ. Interea rogabãt eũ discipli ei⁹: dicẽtes. Rabbi: mãduca. Ille autẽ dixit eis. Ego cibũ habeo mãducare quẽ vos nescitis. Dicebãt ergo discipuli ei⁹ adinuicẽ. Nunquid aliq̃s attulit ei manducare: Dicit eis iesus. Me⁹ cib⁹ est: vt faciã voluntatẽ ei⁹ q̃ misit me: vt perficiaꝫ opus ei⁹. Nõne vos dicitis qđ adhuc quattuor mẽses sunt: ꝛ messis venit: Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros. ꝛ videte regiões: qꝛ albe sunt iã ad messem. Et q̃ metit mercedẽ accipit et cõgregat fructuꝫ in vitã eternam: vt ꝛ qui seminat simul gaudeat. ꝛ qui metit. In hoc eñ est verbũ verũ: qꝛ ali⁹ est q̃ seminat: ꝛ ali⁹ q̃ metit. Ego misi vos metere: qđ vos nõ laborastis. Alij laborauerunt: et vos in labores eoꝝ ĩtroistis. Ex ciuitate aũt illa m̃lti crediderũt in eũ samaritanoꝝ: ꝑpter v̱bũ mulieris testimoniuꝫ ꝑhibẽtis: qꝛ dixit mihi oĩa q̃cũqꝫ feci. Cũ venissẽt ergo ad illũ samaritani: rogauerunt euꝫ vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt ꝑpter sermonẽ ei⁹: ꝛ mulieri dicebãt: qꝛ nõ iã ꝑpter tuã loquelã credim⁹. Ipi eñ audiuim⁹ ꝛ scimus: qꝛ hic est vere saluator mũdi. Offꝫ. Intẽde voci oratiõis mee rex meus et deus me⁹ qm̃ ad te orabo domine. Secreta.

Respice dñe propiti⁹ ad munera q̃ sacramus: vt et tibi grata sint. et nobis salutaria sẽper existãt. per. Cõio. Qui biberit aquã quã ego dabo dicit dñs samaritane fiet in eo fons aque salientis in vitam eternã. Complendũ.

Huius nos dñe ꝑceptio sacramẽti mũdet a crimine. ꝛ ad celestia regna ꝑducat. Per.

Presta q̃s oĩps Sup pplꝫ. de⁹. vt q̃ in tua ꝓtectiõe cõ

fidimus. cũcta nobis aduersan
tia te adiuuãte vincamus. Per
dominũ. Sabbato Officium.


Erba mea aurib⁹ percipe
dñe intellige clamorẽ meũ
intende voci oratiõis mee.
℣. Qm̃ ad te orabo dñe: mane exau
dies vocẽ meã. Glia patri. Oro.

PResta q̃s ops deus: vt q̃ se
affligẽdo carne ab alimen-
tis abstinẽt: sectãdo iustitiam a
culpa ieiunent. Per. Lectio da-
nielis prophete capitulo. xiij.

IN diebus illis: Erat vir in
babylone: et nomẽ ei⁹ ioa-
chim. Et accepit vxorẽ noĩe su-
sannã filiã helchie: pulchrã ni-
mis ⁊ timentẽ deũ. Parẽtes eñ
illius cũ essent iusti: erudierũt fi
liam suã scd̃m legẽ moysi. Erat
autẽ ioachim diues valde: ⁊ erat
ei pomeriũ vicinũ domui sue: et
ad ipsum cõfluebãt iudei: eo q̃d
esset honorabilior oĩm. Et cõsti
tuti sunt duo senes iudices in
anno illo: de quib⁹ locut⁹ ẽ dñs:
qꝛ egressa est iniq̃tas de babylo
ne a senib⁹ iudicib⁹: q̃ videbant
regere ppl̃m. Isti freq̃tãbãt
domũ ioachĩ. ⁊ veniebãt ad eos
oẽs q̃ habebãt iudicia. Cũ autẽ
ppl̃s reuertisset meridie: ingre-
diebat susãna. ⁊ deãbulabat in
pomerio viri sui. Et videbãt eã
senes quotidie ingrediẽtẽ ⁊ de-
ambulantẽ: ⁊ exarserũt in ɔcupi
scẽtia ei⁹: ⁊ euerterũt sensũ suũ.
et declinauerũt oculos suos vt
nõ viderẽt celũ: neq3 recordarẽ-
tur iudicioꝝ iustoꝝ. Factum est
autẽ cum obseruarẽt diẽ aptũ.
q̃n eã possent inuenire solã: in-
gressa est aliq̃n sicut heri et nu-
diustertius: cũ duab⁹ solis puel
lis: voluitq3 lauari in pomerio.
Estus q̃ppe erat. Et nõ erat ibi
quisq̃ p̃ter duos senes abscõdi-
tos: cõtemplãtes eã. Dixit er-
go puellis. Afferte mihi oleũ ⁊
smigmata: ⁊ ostia pomerij clau-
dite vt lauer. Cum autẽ egresse
essent puelle: surrexerũt duo se-
nes. et accurrerũt ad eã: ⁊ dixe-
runt. Ecce ostia pomerij clausa
sũt ⁊ nemo nos videt. Quãobrẽ
assentire nobis: ⁊ cõmiscere no-
biscũ. Q̃d si nolueris. dicem⁹ te-
stimoniũ ɔtra te. q̃d fuerit tecũ
iuuenis: ⁊ ob hãc causã emiseris
puellas a te. Ingemuit susãna:
⁊ ait. Angustie mihi sũt vndiq3
Si eñ hoc egero: mors mihi ẽ.
Si autem nõ egero: nõ effugiã
man⁹ vr̃as. Sed meli⁹ mihi est
absq3 ope incidere ĩ man⁹ vr̃as:
q̃ peccare in ɔspectu dñi. Et ex-
clamauit voce magna susanna.
Exclamauerũt autẽ ⁊ senes: ad-
uersus eã. Cũ aũt audissent cla-
morem in pomerio famuli do-
mus: irruerunt per posticum. vt
viderẽt quidnam esset. Postq̃
aũt senes locuti sũt: erubuerũt
serui vehemẽter. qꝛ nunq̃ dict⁹

fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina Cũq3 venisset populus ad virũ ei⁹ ioachim: venerũt ꝛ duo p̄sbyteri. pleni iniqua cogitatiõe aduersus susannã: vt interficerent eã. Et dixerũt corã pp̄lo. Mittite ad susannã filiã helchie: vxorem ioachim. Et statim miserũt. Et venit cum parẽtib⁹: ꝛ filijs: ꝛ vniuersis cognatis suis Flebãt igit̃ sui: et oẽs qui nouerãt eam. Consurgẽtes itaq3 duo p̄sbyteri ĩ medio populi: posuerũt manus suas sup̄ caput eius. Que flẽs: suspexit ad celũ. Erat enim cor eius fiduciã habens in dño. Et dixerũt presbyteri. Cũ deãbularemus in pomerio soli: ingressa est hec cũ duab⁹ puellis: ꝛ clausit ostia pomerij: et dimisit a se puellas. Venitq3 ad eã adolescẽs q̃ erat abscõditus: ꝛ cõcubuit cum ea. Porro nos cũ essemus ĩ angulo pomerij: vidẽtes iniq̃tatẽ cucurrim⁹ ad eos: ꝛ vidim⁹ eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ nõ quiuim⁹ cõprehẽdere: q̃a fortior nobis erat. Et aptis ostijs exiliuit. Hãc autem cũ apprehẽdissem⁹: interrogauimus quisnã esset adolescens: et noluit indicare nobis. Hui⁹ rei testes sum⁹. Credidit eis multitudo quasi senib⁹ pp̄li ꝛ iudicib⁹: et condẽnauerunt eã ad mortẽ. Exclamauit autẽ voce magna susanna: et dixit. De⁹ eterne qui abscõditorꝫ es cognitor. q̃ nosti oĩa anteq̃ȝ fiãt: tu scis q̃m falsuȝ cõtra me tulerũt testimoniũ Et ecce morior: cũ nihil horꝫ fecerĩ: que isti maliciose composuerũt aduersum me. Exaudiuit autẽ dñs vocem ei⁹. Cũq3 duceret̃ ad mortẽ: suscitauit dñs sp̄m pueri iunioris: cui⁹ nomen daniel. Et exclamauit voce magna. Mundus ego suȝ a sanguine huius. Et reuersus oĩs populus ad eũ dixit. Quis est iste sermo quem locutus es? Qui cũ staret in medio eorũ: ait. Sic fatui filij isrl̃. Nõ iudicãtes neq3 qd̃ veruȝ est cognoscẽtes: condẽnastis filiaȝ israel. Reuertimini ad iudiciuȝ: q2 falsuȝ testimoniũ locuti sunt aduersus eã. Reuersus est ergo populus cũ festinatiõe. Et dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicem p̄cul: et dijudicabo eos. Cũ ergo diuisi essent alter ab altero. vocauit vnũ de eis: et dixit ad eũ. Inueterate dierꝫ malorũ: nunc venerũt pctã tua que op̄abaris pri⁹. iudicans iudicia iniusta: innocẽtes opprimẽs: et dimittens noxios: dicente dño. Innocentẽ ꝛ iustum nõ interficies. Nunc ergo si vidisti eã: dic sub qua arbore videris eos colloquẽtes sibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autẽ daniel. Recte mẽtitus es: ĩ caput tuũ. Et ecce an-

gelus dei accepta sētētia ab eo: scindet te mediū. Et amoto eo: iussit venire aliū. et dixit ei. Semen chanaā et nō iuda: species decepit te: ꝛ cōcupiscētia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiab⁹ israel: et ille timētes loquebanť vobis. Sed nō filia iuda sustinuit iniquitatē vestrā. Nūc ergo dic mihi: sub qua arbore cōprehēderis eos loquētes sibi Qui ait. Sub prino. Dixit aūt daniel. Recte mētitus es ꝛ tu: in caput tuū. Manet em̄ angelus dei gladiū habēs vt secet te medium: et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ oīs cetus voce magna: et bn̄dixerunt deo: q̄ saluat sperātes in se. Et ↄsurrexerunt aduersum duos p̄sbyteros: cōuicerat em̄ eos daniel ex ore suo falsum dixisse testimoniū. Feceruntqꝫ eis sicut male egerāt aduersum primū: et interfecerunt eos. Et saluat⁹ est sāguis innoxius in die illa. ℟. Si ambulauero ī medio vmbre mortis nō timebo mala qm̄ tu mecū es dn̄e. ℣. Uirga tua ꝛ baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Scd̄m iohannē. ca. viij.

In illo tp̄e: Perrexit iesus in montē oliueti: ꝛ diluculo iterū venit in templū: ꝛ oīs pp̄ls venit ad eū: ꝛ sedēs docebat eos Adducūt aūt scribe ꝛ pharisei: mulierē in adulterio dep̄hēsaꝫ: ꝛ statuerūt eā ī medio: et dixerūt ei. Magister: hec mulier modo dep̄hēsa est ī adulterio. In lege autē: moyses mandauit nobis hmōi lapidare. Tu ergo q̄d dicis: Hec autē dicebāt tēptātes eū: vt possēt accusare eū. Iesus autē inclinās se deorsuꝫ: digito scribebat in terra. Cuꝫ aūt p̄seuerarēt interrogātes euꝫ: erexit se et dixit eis. Qui sine pcō est vestrū: prim⁹ in illā lapideꝫ mittat. Et iteꝝ se īclinās: scribebat in terra. Audiētes autē vn⁹ post vnū exiebāt: incipiētes a senioribus. Et remansit solus iesus: et mulier ī medio stās. Erigēs āt se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sūt qui te accusabāt: Nemo te condēnauit. Que dixit. Nemo dn̄e Dixit aūt ei iesus. Nec ego te cōdēnabo. Uade: et amplius noli peccare. Offr̄. Gressus meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū vt nō dominet oīs iniustitia dn̄e. Secreta.

Concede q̄s op̄s de⁹: vt huius sacrificij mun⁹ oblatū: fragilitatē nr̄aꝫ ab oī malo purget semp ꝛ muniat. Per. Cōio. Nemo te cōdēnauit mulier nemo dn̄e nec ego te condēnabo iam amplius noli peccare. Complendū.

Quesumus op̄s de⁹ vt inter ei⁹ mēbra numeremur: cui⁹ corpi cōmunicauim⁹ et sanguini. Qui tecum. Super pp̄lm.

Pretēde dn̄e fidelibus tuis dexterā celestis auxilij: vt ꝛ

te toto corde perq̄rāt: et q̄ digne
postulāt cōsequi mereant̄. Per.

Dominica quarta. Officium.

L Etare hierusalē ⁊ conuen-
tum facite om̄s q̄ diligitis
eā gaudete cū letitia qui in
tristitia fuistis vt exultetis et satie-
mini ab vberib⁹ cōsolatiōis eius. ℣.
Letat⁹ sum in his q̄ dicta sunt mihi:
in domū dn̄i ibim⁹. Glia pri. Oro
C Oncede q̄s op̄s deus. vt q̄
ex merito nr̄e actiōis affli-
gimur: tue gr̄e cōsolatiōe respi-
remus. per. Lectio ep̄le btī pau
li apostoli ad galathas. cap. iiii.
F Ratres: Scriptū est: qm̄
abraā duos filios habuit.
Unū de ancilla: ⁊ vnū de libera.
Sed qui de ancilla: scd̄m carnē
natus est. Qui autē de libera: p
repromissionē. Que sunt p alle-
goriā dicta. Hec em̄ sūt: duo te-
stamēta. Unū quidē in mōte sy
na: in seruitutē generās: qd̄ est
agar. Syna em̄ mōs est in ara-
bia: qui cōiunct⁹ est ei q̄ nunc est
hierl'm: ⁊ seruit cū filiis suis. Il
la autē q̄ sursū est hierl'm: libe-
ra est: q̄ est mater nr̄a. Scriptū
est em̄. Letare sterilis q̄ non pa-
ris: erūpe ⁊ clama q̄ nō pturis:
q̄ multi filii deserte: magis q̄
ei⁹ q̄ habet virū. Nos autē fra-
tres: scd̄m ysaac pmissiōis filii
sum⁹. Sed quomō tunc q̄ scd̄m
carnē natus fuerat: persequeba
tur eū qui scd̄m sp̄m: ita et nūc.
Sed q̄d dicit scriptura: Eiice
ancillā: et filiū ei⁹. Nō em̄ heres
erit fili⁹ ancille: cum filio libere.
Itaq̄ frēs: iā nō sum⁹ ancille fi-
lii: sꝫ libere. Qua libertate: xp̄s
nos liberauit. ℟. Letat⁹ sum in
his que dicta sunt mihi i domū dn̄i
ibim⁹. ℣. Fiat pax in virtute tua et
abūdātia in turrib⁹ tuis. Tractus.
Qui cōfidūt in dn̄o sicut mōs syō
nō cōmouebit̄ in eternū qui habitat
in hierl'm. ℣. Mōtes in circuitu ei⁹
⁊ dn̄s in circuitu ppl'i sui ex hoc nūc
⁊ vsq̄ in scl'm. Scd̄m iohēm. c. vi.
I N illo tēpore: Abiit iesus
trās mare galilee: qd̄ est ty-
beriadis: ⁊ sequebat̄ eū mltitu-
do magna: q̄ videbant signa q̄
faciebat sup his q̄ infirmabant̄
Subiit ergo ī montē iesus: ⁊ ibi
sedebat cū discipulis suis. Erat
aūt pximū pascha: dies fest⁹ iu-
deorū. Cū subleuasset ergo ocu-
los iesus: ⁊ vidisset q̄ mltitudo
maria venit ad eū: dicit ad phi-
lippū. Un̄ emem⁹ panes vt mā-
ducēt hi? Hoc aūt dicebat tēptās
eū. Ipse em̄ sciebat: q̄d esset fa-
ctur⁹. R̄ndit ei philippus. Du-
centorū denariorū panes non
sufficiunt eis: vt vnusquisq̄ mo
dicum quid accipiat. Dicit ei
vn⁹ ex discipulis eius: andreas
frater symonis petri. Est puer
vnus hic: qui habet quinq̄ pa-
nes ordeaceos: et duos pisces.
Sed hec q̄d sunt inter tātos:

Dixit ergo iesus. Facite hoíes discũbere. Erat autẽ fenuz multum in loco. Discubuerũt ergo viri: numero quasi quiqz milia. Accepit ergo iesus panes: ⁊ cũ grãs egisset. distribuit discũbẽtib⁹. Similiter ex piscib⁹: q̃ntum volebãt. Ut aũt impleti sunt: dixit discipl'is suis. Colligite q̃ superauerũt fragmẽta: ne pereãt. Collegerũt ergo: et impleuerũt duodecim cophinos fragmẽtorum ex q̃nqz panib⁹ ordeaceis: que sup fuerũt his q̃ mãducauerant. Illi ergo hoíes cũ vidissẽt qd̃ fecerat signũ: dicebãt. Quia hic est vere ppheta qui vẽtur⁹ est in mundũ. Offr. Laudate dñm qz benignus est psallite noi eius qm̃ suauis est oĩa quecũqz voluit fecit in celo et in terra. Secreta.

Sacrificijs p̃sentib⁹ dñe q̃s intẽde placat⁹ vt ⁊ deuotiõi nr̃e pficiãt ⁊ saluti. p. Cõ. Hierusalẽ que edificat̃ vt ciuitas cuius participatio ei⁹ in idipm̃ illic eñi ascẽderũt tribus trib⁹ dñi ad cõfitendũ nomini tuo dñe. Complendũ.

Da nobis q̃s misericors de⁹ vt sancta tua quib⁹ incessanter explemur: sinceris tractem⁹ obsequijs. et fideli semp mente sumam⁹. Qui vi. Fer. ij. Offm̃.


Deus in noíe tuo saluuz me fac et in virtute tua iudica me deus exaudi orationez meam. ℣. Qm̃ alieni insurrexerunt aduersum me: et fortes quesierunt animã meã et nõ pposuerũt deum ante conspectũ suũ. Gloria patri.

Presta q̃s oĩps deus. Oro. vt obseruatiões sacras annua deuotiõe recolẽtes: et corpe tibi placeamus et mente. Per.

Lectio libri regum. iij. cap. iij.

In dieb⁹ illis: Venerũt due mulieres meretrices ad regem salomonẽ: steterũtqz coraz eo. Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe: ego et mulier hec habitabamus in domo vna: ⁊ peperi apd̃ eam in cubiculo. Tertia vero die postq̃ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eram⁹ simul. nullusqz alius in domo nobiscum: exceptis nobis duab⁹. Mortu⁹ est autẽ fili⁹ mulieris hui⁹ nocte. Dormiẽs quippe oppressit eũ. Et consurgens in tẽpeste noctis silẽtio: tulit filiũ meũ de latere meo ancille tue dormiẽtis: ⁊ collocauit in sinu suo. Suuz autẽ filiũ q̃ erat mortu⁹: posuit ĩ sinu meo. Cũqz surrexissam mane: vt darẽ lac filio meo: apparuit mortu⁹. Quẽ diligẽtius intuẽs clara luce: deprehẽdi nõ esse meũ quẽ genueram. Respõditqz altera mulier. Nõ est ita: sed fili⁹ tu⁹ mortuus est: meus autẽ viuit. Ecõtrario illa dicebat. Mẽtiris. Fili⁹ q̃ppe meus viuit: et filius tuus mortuus est. Atqz in hũc modũ cõtendebãt corã rege. Tũc rex ait.

Hec dicit: filius meus viuit: ⁊ fi
lius tuꝰ mortuꝰ est: et ista rñdet
nõ: sed filius tuus mortuus est:
meus autẽ viuit. Dixit ergo rex.
Afferte mihi gladiũ. Cũqꝫ at-
tulissent gladiũ corã rege. Diui
dite inqt infãtẽ viuũ ĩ duas par
tes: ⁊ date dimidiã partẽ vni ⁊ di
midiã ptẽ alteri. Dixit autẽ mu
lier cuiꝰ filiꝰ erat viuꝰ ad regẽ. Cõ
mota sũt qppe viscera eiꝰ: sup fi-
lio suo. Obsecro dñe. date illi
infantẽ viuũ: ⁊ nolite interficere
euꝫ. Ecõtrario illa dicebat. Nec
mihi nec tibi: sed diuidatur. Re-
spondit rex: et ait. Date huic in-
fantem viuũ: ⁊ nõ occidaẗ. Hec
est enĩ mater eiꝰ. Audiuit itaqꝫ
oĩs israel iudiciũ qd iudicasset
rex: et timuerũt regẽ: vidẽtes sa-
pientiã dei esse ĩ eo ad faciendũ
iudiciũ. ℟. Esto mihi in deũ pro-
tectorẽ et in locũ refugij vt saluũ me
facias. ℣. Deꝰ in te spaui dñe nõ cõ-
fundar ĩ eternũ. Scdꝫ iohẽ. c. ij.

In illo tẽpore: Prope erat
pascha iudeoꝝ: ⁊ ascẽdit ie-
sus hierosolimã: ⁊ inuenit in tẽ-
plo vẽdentes boues. ⁊ oues. ⁊ co
lũbas: ⁊ nũmularios sedentes.
Et cum fecisset quasi flagellũ de
funiculis. oẽs eiecit de templo:
oues quoqꝫ ⁊ boues. Et nũmu-
larioꝝ effudit es: ⁊ mensas sub-
uertit: ⁊ his q columbas vende-
bant: dixit. Auferte ista hinc: et
nolite facere domũ pr̃is mei: do
mum negociatiõis. Recordati
vero sunt discipuli eiꝰ: qꝛ scriptũ
est. zelus domꝰ tue comedit me.
Respõderunt ergo iudei: ⁊ dixe-
runt ei. Qd signũ ostendis no-
bis: qꝛ hec facis: Rñdit iesus: et
dixit eis. Soluite templũ hoc: ⁊
in tribꝰ diebꝰ excitabo illud. Di-
xerunt ergo iudei. Quadragin
ta et sex annis edificatũ est tem-
plum hoc: ⁊ tu in tribꝰ diebꝰ exci-
tabis illud: Ille aũt dicebat de
templo corpis sui. Cuꝫ ergo re-
surrexisset a mortuis. recordati
sunt discipuli eiꝰ qꝛ hoc dicebat
de templo corpis sui. Et credi-
derunt scripture: ⁊ sermoni quẽ
dixit iesus. Cum autẽ esset hie-
rosolimis in pascha in die festo:
multi crediderunt in noĩe eiꝰ. vi-
dentes signa eiꝰ q faciebat. Ipe
aũt iesus nõ credebat semetipꝫ
eis. eo qd ipse nosset oẽs: ⁊ quia
opus ei non erat. vt qs testimo-
nium phiberet de hoĩe. Ipe enĩ
sciebat qd esset in homĩe. Offꝫ.
Iubilate deo omnis terra iubilate
deo oĩs terra seruite dño in letitia
intrate in conspectu eius in exulta-
tione qꝛ dñs ipse est deꝰ. Secreta.

Oblatũ tibi dñe sacrificiuꝫ
viuificet nos semper et mu-
niat. Per dñm nostruꝫ. Cõio.
Ab occultis meis munda me do-
mine et ab alienis parce seruo tuo.

Sumptis Complenduꝫ.
dñe salutaribꝰ sacramẽtis

ad redẽptionis eterne quesum⁹ proficiamus augmentũ. Per.

Deprecationẽ Sup pplm. nostrã q̃s dñe benign⁹ exaudi. et quib⁹ supplicãdi p̃stas affectũ. tribue defensionis auxilium. Per. Feria .iij. Officium.

Exaudi de⁹ orationẽ meã ꝛ ne despexeris depcationẽ meã intẽde in me et exaudi me. ℣. Cõtristatus sum in exercitatione mea: ꝛ cõturbat⁹ sum a voce inimici ꝛ a tribulatione peccatoris. Gloria patri. Oratio.

Sacre nobis q̃s dñe obseruatiõis ieiunia: ꝛ pie conuersatiõis augmẽtũ: ꝛ tue ꝓpiciationis ꝯtinuũ prestẽt auxiliũ. per.

Lectio libri exodi. caplo. xxxij.

In dieb⁹ illis. Locut⁹ ẽ dñs ad moysen: dicens. Vade. descẽde. peccauit pplus tu⁹: quẽ eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quã ostẽdisti eis: fecerũtq; sibi vitulũ cõflatilẽ. et adorauerũt: atq; immolãtes ei hostias dixerũt. Isti sũt dij tui israel: q̃ te eduxerũt de terra egipti. Rursumq; ait dñs ad moysen. Cerno q̃d popul⁹ iste: dure ceruicis sit. Dimitte me: vt irascatur furor me⁹ cõtra eos: ꝛ deleam eos: faciãq; te in gentẽ magnam. Moyses autẽ orabat dominũ deũ suuz: dicẽs. Cur dñe irascit̃ furor tu⁹ ꝯtra pplm tuũ: quẽ eduxisti de terra egipti ĩ fortitudine magna. et in manu robusta: Ne queso dicant egiptij. callide eduxit eos. vt ĩterficeret in montibus: et deleret e terra. Quiescat ira tua: ꝛ esto placabilis sup neq̃tia populi tui. Recordare abrahã. ysaac. ꝛ isrł seruorum tuoꝝ: quib⁹ iurasti p temetipsum dicens. Multiplicabo semẽ vestrũ sicut stellas celi. ꝛ vniuersam terrã hanc de qua locut⁹ sum dabo semini v̄ro: ꝛ possidebitis eaz semp. Placatusq; est dñs: ne faceret maluz q̃d locut⁹ fuerat: aduersus pplm suũ. ℟.

Exurge dñe fer opẽ nobis et libera nos ꝓpter nomẽ tuũ. ℣. De⁹ aurib⁹ nostris audiuim⁹ patres nostri annũciauerũt nobis opus q̃d operat⁹ est in dieb⁹ eoꝝ in diebus antiquis.

Secundũ iohannem cap. vij.

In illo tpe: Iã die festo mediante: ascẽdit iesus in templũ: ꝛ docebat. Et mirabant̃ iudei: dicentes. Quomõ hic lr̃as scit cum nõ didicerit: Rñdit eis iesus: ꝛ dixit. Mea doctrina nõ est mea: sed ei⁹ q̃ misit me. Si q̃s voluerit voluntatẽ ei⁹ facere: cognoscet de doctrina vtrũ ex deo sit: an ego a meipõ loquar. Qui a semetipso loquitur: gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illuz: hic verax est: ꝛ iniustitia in illo nõ est. Nõne moyses dedit vobis legẽ. ꝛ nemo ex vobis facit le

gem: Quid me q̃ritis interfice-
re: Respondit ei turba: et dixit.
Demoniũ habes. Quis te q̃rit
interficere: Respõdit iesus: ꝛ di
xit eis. Unũ opus feci: ꝛ oẽs mi-
ramini. Propterea moyses de-
dit vobis circũcisionẽ. nõ qꝛ ex
moyse est sed ex patribꝰ: ꝛ in sab-
bato circũciditis hoiem. Si cir
cũcisionẽ accipit homo in sabba
to. vt non soluat̃ lex moysi: mihi
indignamini qꝛ totũ hominẽ sa
num feci in sabbato: Nolite iu-
dicare scd̃m faciẽ: sed iustũ iudi-
ciũ iudicate. Dicebãt ergo q̃dã
ex hierosolimis. Nonne hic est
quẽ querũt iuterficere: Ecce pa-
lam loquit̃: ꝛ nihil ei dicũt. Nũ-
quid vere cognouerũt pꝛincipes
qꝛ hic est xp̃s: Sed hunc scimꝰ:
vnde sit. Xp̃s autẽ cũ venerit: ne-
mo scit vñ sit. Clamabat ergo
docẽs in tẽplo iesus: et dicebat.
Et me scitis ꝛ vnde sim scitis: et
a meipso nõ veni. sed est verus q̃
misit me: quẽ vos nescitis. Ego
scio eum. Et si dixero qꝛ nõ scio
euꝫ: ero siñis vobis mẽdax. Ego
scio eum. qꝛ ab ipso sum: et ipse
me misit. Querebãt ergo eũ ap-
pꝛehẽdere: ꝛ nemo misit in illuꝫ
manus. qꝛ nondũ venerat hoꝛa
eius. De turba autẽ multi credi
derunt in euꝫ. Offr̃. Expectãs
expectaui dñm ꝛ respexit me ꝛ exau
diuit depꝛecationẽ meã et immisit
in os meũ canticũ nouum hymnuꝫ
deo nostro. Secreta.
Hec hostia dñe q̃s emũdet
nostra delicta. ꝛ ad sacrificiũ ce-
lebrãduꝫ. subditoꝝ tibi coꝛpoꝛa
mentesqꝫ scti̇ficet. Per. Cõio.
Letabimur i salutari tuo et in noie
domini dei nostri magnificabimur.
Huius nos dñe Cõplend.
perceptio sacramẽti mun-
det a crimie: et ad celestia regna
perducat. Per. Sup populuꝫ.
Miserere dñe populo tuo. et
cõtinuis tribulationibꝰ la-
boꝛantẽ. ꝑpitiꝰ respirare ꝯcede.
Per. Feria quarta. Officium.
Cum sanctificatus fuero in
vobis congregabo vos de
terris vniuersis ꝛ effundã
sup vos aquã mundã ꝛ mũdabimi-
ni ab oibꝰ inq̃namẽtis vestris et da-
bo vobis spm̃ nouũ. ℣. Bñdicã do
minũ in omni tempoꝛe: semp laus
eius in oꝛe meo. Glia patri. Oro
Deus q̃ ꝛ iustis p̃mia meri-
toꝝ. ꝛ pctõꝛibꝰ p ieiuniũ ve
niã pꝛebes. miserere supplicibꝰ
tuis: vt reatꝰ nr̃i ꝯfessio indulgẽ
tiaꝫ valeat pcipere delictoꝝ. per.
Lectio ezechielis ꝓphe. c. xxxvi.
Hec dicit dñs deꝰ. Sctifica
bo nomẽ meum magnũ. vt
sciãt gẽtes qꝛ ego sum dñs: cum
sctificatꝰ fuero in vobis coꝛã eis.
Tollã q̃ppe vos de gẽtibꝰ. ꝛ con
gregabo vos de vniuersis t̃ris:
ꝛ adducã vos i terrã vr̃aꝫ. ꝛ effũ-
dã sup vos aquã mũdã ꝛ mũda

bimini ab oībus inqnamentis vestris. ⁊ ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos: ⁊ dabo vobis cor nouū: ⁊ spiritū nouū ponam in medio vr̄i. Et auferā cor lapideū de carne vr̄a. ⁊ dabo vobis cor carneū: ⁊ spiritū meū ponam in medio vr̄i: ⁊ faciā vt ī preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis. et operemini. Et habitabitis in terra quā dedi patribꝰ vr̄is. et eritis mihi in pplm̄: ⁊ ego ero vobis in deū. Dicit dn̄s ops̄. ℞. Uenite filij audite me timorē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eū ⁊ illuminamini ⁊ facies vr̄e nō cōfundent. Alia oro

Presta q̄s ops̄ deꝰ. vt quos ieiunia votiua castigāt. ipa quoqꝫ deuotio sc̄a letificet: vt terrenis affectibꝰ mitigatis. facilius celestia capiamꝰ. Per do.

Lectio ysaie prophete. cap. j.

Hec dicit dn̄s deus. Lauamini. mūdi estote: auferte malū cogitationū vr̄arꝫ ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite bn̄facere. Querite iudiciū. subuenite oppsso: iudicate pupillo. defendite viduā: ⁊ venite ⁊ arguite me dicit dn̄s. Si fuerit pctā vr̄a vt coccinū quasi nix dealbabunt. Et si fuerit rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dn̄s ops̄. ℞. Beata gēs cuius est dn̄s deꝰ eorꝫ: populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Uerbo dn̄i celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Secundum iohannem. cap. ix.

In illo tp̄e: Preteriēs iesus vidit hoīem cecū a natiuitate. Et interrogauerunt eū discipuli eiꝰ. Rabbi: q̄s peccauit. hic aut parētes eiꝰ. vt cecus nasceretur: Rn̄dit iesus. Neqꝫ hic peccauit. neqꝫ parētes eiꝰ: sed vt manifestent opera dei in illo. Me oportet operari opa eiꝰ qui misit me: donec dies ē. Uenit nox: qn̄ nemo pōt operari. Quādiu in mūdo sum: lux sum mūdi. Hec cū dixisset: expuit in terrā. ⁊ fecit lutū ex sputo: et liniuit lutū sup oculos eiꝰ. ⁊ dixit ei. Uade et laua in natatoria siloe: qđ interp̄tatur missus. Abijt ergo et lauit: ⁊ venit vidēs. Itaqꝫ vicini. ⁊ qui viderāt eū priꝰ qꝛ mēdicus erat: dicebāt. Nōne hic est q̄ sedebat ⁊ mendicabat: Alij dicebant qꝛ hic est: alij aūt nequaq̄: sed silis est eiꝰ. Ille aūt dicebat: qꝛ ego sum. Dicebant ergo ei. Quomō apti sunt tibi ocl'i: Respōdit. Ille homo q̄ dicit iesus Lutū fecit. ⁊ vnxit ocl'os meos: ⁊ dixit mihi Uade ad natatoriā syloe: ⁊ laua. Et abij. ⁊ laui: et video. Dixerūt ergo ei. Ubi est ille: Ait. Nescio. Adducūt eū ad ad phariseos: qui cecus fuerat.

Erat autẽ sabbatũ qñ lutũ fecit iesus: ꝛ aperuit ocłos eiꝰ. Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisei: quomõ vidisset. Ille autẽ dixit eis. Lutũ posuit mihi sup ocłos et laui. et video. Dicebant ergo quidã ex phariseis. Non est hic homo a deo: q̃ sabbatũ nõ custodit. Alij aũt dicebant. Quomõ põt homo pctõꝛ hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicũt ergo ceco iterũ. Tu q̃d dicis de eo q̃ aperuit ocłos tuos? Ille aũt dixit: qꝛ ꝓpheta est. Nõ crediderũt ergo iudei de illo qꝛ cecus fuisset ꝛ vidisset: donec vocauerunt parẽtes eiꝰ q̃ viderat. Et intrrogauerũt eos dicẽtes. Hic est filiꝰ vester: quẽ vos dicitis qꝛ cecus natꝰ ẽ? Quomõ ergo nũc videt? Rñderũt eis parẽtes eiꝰ: et dixerũt. Scimꝰ qꝛ hic est filiꝰ nr̃: et qꝛ cecus natꝰ est. Quomõ autẽ nũc videat nescimꝰ: aut q̃s eiꝰ apuit ocłos nos nescimꝰ. Ipsuꝫ ĩterrogate: Etatẽ hꝫ ipse de se loquaᷓ. Hec dixerũt parẽtes eius: qꝛ timebãt iudeos. Iã em̃ cõspirauerãt iudei. vt si q̃s eũ cõfitereᷓ xp̃m: extra synagogã fieret. Propterea parẽtes eiꝰ dixerũt: qꝛ etatẽ habet: ip̃m interrogate. Uocauerũt ergo rursum hoĩem q̃ fuerat cecus: ꝛ dixerũt ei. Da gł'iam deo. Nos scimꝰ: qꝛ hic hõ peccatoꝛ est. Dixit ergo ille. Si pctõꝛ ẽ: nescio. Unũ scio: qꝛ cecus cuꝫ essem: modo video. Dixerũt ergo ei. Quid fecit tibi? Quomõ aperuit tibi ocłos? Respõdit eis. Dixi vobis iã: ꝛ audistis. Quid iterũ vultis audire? Nunq̃d ꝛ vos vultis discipłi eiꝰ fieri? Maledixerũt ei: ꝛ dixerũt. Tu discipulus illiꝰ sis: nos autẽ moysi discipłi sumꝰ. Nos scimꝰ: qꝛ moysi locutꝰ est deꝰ. Hũc aũt nescimꝰ vñ sit. Rñdit ille homo: et dixit eis. In hoc em̃ mirabile est: qꝛ vos nescitis vñ sit. et aperuit meos oculos. Scimꝰ autẽ: qꝛ pctõꝛes deus nõ audit. Sed si quis dei cultoꝛ est. et voluntatem eius facit: hũc exaudit. A seculo nõ est auditũ: quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: nõ poterat facere q̃cq̃. Rñderũt ꝛ dixerũt ei. In pctis totus natꝰ es: et tu doces nos? Et eiecerũt euꝫ foras. Audiuit iesus qꝛ eiecerũt eum foras: ꝛ cũ inuenisset eum dixit illi. Tu credis in filiũ dei? Respõdit ille: et dixit. Quis es dñe. vt credã in eũ? Et dixit eis iesus. Et vidisti eũ: et q̃ loquiᷓ tecũ ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et pꝛocidẽs: adoꝛauit euꝫ. Offm̃. Benedicite gẽtes dñm deũ nostrũ ꝛ obaudite vocẽ laudis eius qui posuit aĩam meam ad vitam et non dedit commoueri pedes meos benedictꝰ dñs qui nõ amouet depꝛecationẽ meã et misericoꝛdiã suam a me. Secreta.

Supplices te dñe rogam⁹. vt his sacrificiis pctã nr̃a mundentur: quia tunc verã nobis tribuis mẽtis ꝛ corporis sanitatem. Per. Cõio. Lutum ex sputo dñs fecit ꝛ liniuit oculos meos ꝛ abii et laui et vidi et credidi deo.

Sacramẽta Complendũ. que sumpsimus dñe deus noster. et spiritalib⁹ nos repleãt alimẽtis. et corporalib⁹ tueãtur auxiliis. Per. Super populũ.

Pateant aures mĩe tue dñe precib⁹ supplicantiũ. et vt petentib⁹ desiderata concedas. fac eos que tibi sunt placita postulare. Per. Feria .v. Officiũ.

Letetur cor querentium dominum querite dñm et cõfirmamini querite faciẽ ei⁹ semper. ℣. Confitemini dño ꝛ inuocate nomẽ eius annũciate inter gẽtes opera eius. Glĩa prĩ. Orõ.

Presta q̃s oĩpotẽs deus. vt quos ieiunia votiua castigant. ipa quoq; deuotio sancta letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis. facili⁹ celestia capiam⁹. Per. Lec. libri regũ .iiii. ca. iiii.

In dieb⁹ illis: Uenit mulier sunamitis ad heliseum: in montem carmeli. Cũq; vidisset eam vir dei de contra: ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa. Uade ergo in occursum eius: et dic ei. Recte ne agitur circa te. ꝛ circa virũ tuum. ꝛ circa filium tuũ: Que respõdit. Recte. Cũq; venisset ad virũ dei in mõtem: apprehẽdit pedes eius. Et accessit giezi: vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eam. Aĩa eñi eius ĩ amaritudine est: ꝛ dñs celauit me. ꝛ nõ indicauit mihi. Que dixit illi. Nũquid petiui filiũ a dño meo: Nunq̃d nõ dixi tibi ne illudas me: Et ille ait ad giezi. Accige lũbos tuos ꝛ tolle baculũ meũ in manu tua: et vade. Si occurrerit tibi homo: nõ salutes eũ. et si salutarit te quispiam: ne respõdeas illi: ꝛ pone baculũ meũ: super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Uiuit dñs ꝛ viuit aĩa tua: nõ dimittã te. Surrexit ergo: et secutus est eam. Giezi autẽ precesserat eos: ꝛ posuerat baculũ super faciẽ pueri. et nõ erat ei vox neq; sensus. Reuersusq; est in occursum eius: ꝛ nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum: ꝛ ecce puer mortuus iacebat in lectulo ei⁹. Ingressusq; clausit hostium super se ꝛ sup puerũ: ꝛ orauit ad dñm. Et ascẽdit ꝛ incubuit sup puerũ: posuitq; os suum sup os eius: et oculos suos sup oculos eius: ꝛ manus suas sup manus eius: et incuruauit se sup eum. ꝛ calefacta ẽ caro pueri. At ille reuersus. deãbulauit in domo semel huc et illuc. Et ascendit: et

incuruauit se super eũ. Et oscitauit puer septies: apuitq; oculos. At ille vocauit giezi: ⁊ dixit ei. Voca sunamitem hãc. Que vocata: ingressa est ad eũ. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit illa et corruit ad pedes eı⁹: ⁊ adorauit super terrã. Tulitq; filiũ suum: et egressa est. Eliseus vero reuersus est in galgala. ℟. Respice dñe in testamentũ tuũ ⁊ aïas pauperũ tuorꝫ ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dñe et iudica causam tuã memor esto obprobriȷ seruorum tuorꝫ. Scd̃m iohem. ca. v.

In illo tp̃e: Dixit iesus turbis iudeorũ. Pater meus vsq; modo operatur: ⁊ ego operor. Proptea ergo magis querebãt iudei interficere eũ: q2 nõ solũ soluebat sabbatũ: sed ⁊ patrem suũ dicebat deũ: equalẽ se faciens deo. Respõdit itaq; iesus: et dixit eis. Amen amẽ dico vobis: nõ potest filius a se facere quicq̃: nisi qđ viderit patrem facientẽ. Quecũq; em̃ ille fecerit: hec et fili⁹ similiter facit. Pater em̃ diligit filiũ: et omnia demonstrat ei que ipse facit: et maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut em̃ pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neq; em̃ pater iudicat quemq̃: sed omne iudiciũ dedit filio: vt omnes honorificẽt filium: sicut honorificant patrem. Qui nõ honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: q2 qui verbum meũ audit et credit ei qui me misit: habet vitam eternam: et in iudiciũ non venit. sed transit a morte ad vitã. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est: quãdo mortui audient vocem filiȷ dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio vitam habere in semetipso: et potestatẽ dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia veniet hora in qua om̃es qui in monumentis sunt audient vocem filiȷ dei: et procedent. Qui bona fecerũt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resurrectionẽ iudiciȷ. Offꝫ. Domine in auxiliũ meũ respice cõfundantur ⁊ reuereant̃ qui querũt aïam meã vt auferant eam. Secreta.

Purifica nos misericors deus: vt ecclesie tue p̃ces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Cõio. Domine memorabor iustitie tue solius deus docuisti me a iuuentute mea et vsq; in senecta et senium deus ne derelinquas me. Complendum.

Celestia dona capientibus quesumus domine non ad

iudicium peruenire patiaris: que fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per. Super populum.

POpuli tui deus institutor et rector: peccata quibus impugnatur expelle: vt semper tibi placitus: et tuo munimine sit securus. Per. Feria .vi. Officium.

MEditatio cordis mei in conspectu tuo semper domine adiutor meus et redemptor meus. ℣. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri. Oratio.

DEus qui ineffabilibus mundum renouas sacramentis: presta quesumus: vt ecclesia tua et eternis proficiat institutis: et temporalibus non destituatur auxiliis. Per. Lect. libri regum .iii. ca. xvii.

IN diebus illis: Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat ei languor fortissimus: ita vt non remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad heliam. Quid mihi et tibi est vir dei? Ingressus es ad me: vt rememorarentur iniquitates mee: et interficeres filium meum? Et ait ad eam helias. Da mihi filium tuum. Tulitque eum de sinu illius: et portauit eum in cenaculum vbi ipse manebat: et posuit super lectum suum: et clamauit ad dominum: et dixit. Domine deus meus: etiam ne viduam apud quam ego vt cumque sustentor afflixisti. vt interficeres filium eius? Et expandit se: atque mensus est super puerum tribus vicibus: clamauitque ad dominum: et dixit. Domine deus meus: reuertatur oro anima pueri huius in viscera eius. Exaudiuit dominus vocem helie: et reuersa est anima pueri intra eum: et reuixit. Tulitque helias puerum: et deposuit eum de cenaculo in inferiorem domum: et tradidit eum matri sue. Et ait illi. En viuit filius tuus. Dixitque mulier ad heliam. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu: et verbum domini in ore tuo verum est. ℟. Bonum est confidere in domino quam confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus.

Secundum iohannem capitulo .xi.

IN illo tempore: Erat quidam languens lazarus a bethania: de castello marie et marthe: sororum eius. Maria autem erat que vnxit dominum vnguento: et extersit pedes eius capillis suis: cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum: dicentes. Domine: ecce quem amas infirmatur. Audiens autem iesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei vt glorificetur filius dei per eum. Diligebat autem iesus martham: et sororem eius mariam: et lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli Rabi nunc querebant te lapidare iudei: et tu iterum vadis illuc?

Respondit iesus. Nõne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die: nõ offendit: q2 lucem huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit ĩ nocte: offendit: q2 lux non est in eo. Hec ait. Et post hec: dicit eis. Lazarus amicus nr̃ dormit: sed vado vt a somno excitẽ eum. Dixerũt ergo discipli eius. Dñe: si dormit saluus erit. Dixerat autez iesus de morte eius. Illi autẽ putauerunt: q2 de dormitiõe somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortu9 est: et gaudeo ꝓpter vos: vt credatis qm̃ non erã ibi. Sz eamus ad euz. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus: ad condiscipulos. Eam9 et nos: et moriamur cum eo. Venit itaq3 iesus: et inuenit eũ quattuor dies iã in monumento habentẽ. Erat autem bethania iuxta hierosolimã: q̃si stadiis quindecim. Multi autẽ ex iudeis venerãt ad marthã et mariã: vt cõsolarent̃ eas de fratre suo. Martha aũt vt audiuit q2 iesus venit: occurrit illi. Maria aũt domi sedebat. Dixit aũt martha ad iesuz. Dñe: si fuisses hic: frater meus nõ fuisset mortuus. Sed et nunc scio: q2 quecunq3 petieris a deo: dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frat̃ tu9. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectiõe: in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego suz resurrectio ꝛ vita. Qui credit in me: etiã si mortu9 fuerit viuet. Et oĩs qui viuit ꝛ credit in me: nõ morietur ineternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiq3 domine Ego credidi: q2 tu es xp̃s filius dei qui in hunc mundũ venisti. Et cũ hec dixisset: abiit et vocauit mariã sororẽ suam silẽtio: dicẽs. Magister adest: et vocat te. Illa autẽ vt audiuit: surrexit cito: et venit ad eum. Nondũ eñ venerat iesus ĩ castellũ: sed erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei martha. Judei igitur qui erãt cum ea in domo: et consolabantur eam: cum vidissent mariam quia cito surrexit: et exiit: secuti sunt eam dicẽtes. quia vadit ad monumẽtũ vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat iesus: vidẽs eũ cecidit ad pedes ei9: et dixit ei. Dñe: si fuisses hic: nõ esset mortu9 frater meus. Jesus ergo vt vidit eam plorantẽ: et iudeos qui venerãt cũ ea plorantes: infremuit spũ: et turbauit seipsum: et dixit. Ubi posuistis eum? Dicũt ei. Dñe: veni et vide. Et lachrimatus est iesus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eũ. Quidã autẽ ex ipsis dixerunt. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati: facere vt hic nõ moreretur? Jesus ergo rursum fremens in se

metipso: venit ad monumentũ. Erat autẽ spelunca: et lapis sup positus erat ei. Ait autẽ iesus. Tollite lapidẽ. Dicit martha: soror eius qui mortuus fuerat. Dñe: iã fetet. Quatriduanus eñ est. Dicit ei iesus. Nõne dixi tibi qm̃ si credideris videbis glõriã dei: Tulerũt ergo lapidẽ. Jesus aũt: eleuatis sursũ oculis: dixit. Pater: grãs ago tibi: qm̃ audisti me. Ego aũt sciebã quia semp me audis: sed ꝑpter populũ qui circũstat dixi: vt credant q: tu me misisti. Hec cũ dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statĩ ꝓdijt qui fuerat mortu⁹: ligat⁹ pedes et man⁹ institis: et facies illi⁹ sudario erat ligata. Dicit eis iesus. Soluite eũ: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis q̃ venerãt ad mariã ⁊ viderãt q̃ fecit iesus: crediderunt in eum. Offr̃. Populum humilẽ saluum facies dñe et oculos superborum humiliabis qm̃ quis deus preter te dñe. Secreta.

Munera nos dñe q̃s oblata purificent: ⁊ te nobis iugiter faciant esse placatum. Per. Cõio. Uidens dominus flentes sorores lazari ad monumẽtũ lachrymatus est coram iudeis et clamauit lazare veni foras et prodijt ligatis manib⁹ et pedib⁹ qui fuerat quatriduanus mortu⁹. Compl̃.

Hec nos quesumus domine participatio sacramenti: et a proprijs reatib⁹ indesinẽter expediat: ⁊ ab omnib⁹ tueatur aduersis. Per. Super populũ.

Da quesum⁹ omnipotẽs deus: vt qui infirmitatis nr̃e conscij de tua virtute cõfidim⁹: sub tua semper pietate gaudeamus. Per. Sabbato Officiuz.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus et qui nõ habetis preciuz venite bibite cuz leticia. ℣. Attẽdite popule me⁹ legem meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei. Glĩa prĩ. Orõ.

Fiat dñe q̃s per gratiã tuã fructuosus nr̃e deuotiõis affectus: quia tũc nobis proderunt suscepta ieiunia: si tue sint placita pietati. Per dominum. Lectio ysaie prophete. cap. xlix.

Hec dicit dominus. In tẽpore placito exaudiui te: et in die salutis auxiliatus suz tui. Et seruaui te: ⁊ dedi te in fedus populi. vt suscitares terram: et possideres hereditates dissipatas. vt diceres his q̃ vincti sunt exite: et his qui in tenebris sunt reuelamini. Sup vias pascent: et in omnib⁹ planis pascua eoꝝ. Non esuriẽt neq: sitient: et non percutiet eos estus et sol: q: miserator eorũ reget eos: ⁊ ad fontes aquarũ potabit eos. Et ponã oẽs mõtes meos in viã: et semite mee exaltabũtur. Ecce isti

de lōge veniēt: ꝛ ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi: et exulta terra: iubilate mōtes laudē: qꝛ consolatus est dn̄s populū suum: ꝛ pauperū suoꝝ miserebit̄. Et dixit syon. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblitus est mei. Nunquid obliuisci pōt mulier infantē suū vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tn̄ nō obliuiscar tui. Dicit domin⁹ omnipotēs. Lectio ysaie ꝓphe.

H Ec dicit dn̄s deus. Om̄s sitiētes venite ad aquas: et qui non habebit argentū ꝓperate: emite: et comedite. Venite emite absqꝫ argēto et absqꝫ vlla comutatiōe: vinuꝫ ꝛ lac. Quare appenditis argentū non in panibus: et laborē vestrū nō in saturitate? Audite audiētes me: ꝛ comedite bonū: et delectabit̄ in crassitudine aīa vestra. Inclinate aurē vestram: et venite ad me: audite: et viuet aīa vestra. Et feriā vobiscū pactū sempiternū: mīas dauid fidelis. Ecce testeꝫ populis dedi eum: ducē ac preceptorē gentib⁹. Ecce gētes quas nesciebas vocabis: et gētes que nō cognouerūt te ad te current ꝓpter dn̄z deū tuū: et scm̄ isrl' qui glorificauit te. Querite dominū dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius viam suā: et vir iniquus cogitatiōes suas: et reuertatur ad dn̄m et miserebitur eius: et ad deuꝫ nostrū: quoniā multus est ad ignoscendū. Nō em̄ cogitatiōes mee cogitationes vestre: neqꝫ vie vr̄e vie mee: dicit dominus: qꝛ sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: et cogitationes mee a cogitatiōibus vestris. Et quomō descendit ymber et nix de celo: ꝛ illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terraꝫ et infundit eam: ꝛ germinare eam facit: et dat semen serenti: et panem comedenti: sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Dicit dn̄s omnipotēs. ℟.

Tibi domine derelictus est paup̄ pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid dn̄e recessisti lōge despicis in oportunitatibus in tribulatiōe dum superbit impius incenditur pauper.

Scd̄m iohannem cap. viij.

I N illo tēpore: Dicebat iesus turbis iudeoruꝫ. Ego sum lux mundi. Qui sequit̄ me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimonium ꝑhibes. Testimoniū tuuꝫ non est verū. Respondit iesus: ꝛ dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso: veruꝫ est testimoniū meum: quia scio vnde veni: et quo vado. Uos autē nescitis vnde venio: aut quo vado.

Uos scdm carnē iudicatis: ego nō iudico quemq̄. Et si iudico ego: iudiciū meū verū est: q2 solus nō sum: sed ego ⁊ q̄ misit me pater. Et in lege vr̄a scriptū est: q2 duoꝝ hoīm testimoniū veruz est. Ego sum q̄ testimoniū phibeo de meipso: ⁊ testimoniū phibet de me q̄ misit me pater. Dicebāt ergo ei. Ubi est pater tu⁹? Respōdit iesus. Neqꝫ me scitis: neqꝫ patrē meū scitis. Si me sciretis: forsitā ⁊ patrē meuz sciretis. Hec verba locut⁹ est iesus in gazofilatio: docēs in tēplo. Et nemo apprehēdit eū: q2 nondū venerat hora ei⁹. Offꝫ. Fact⁹ est dñs firmamentū meū et refugium meū et liberator me⁹ sperabo in eū.

Secreta.

Oblationib⁹ q̄s dñe placare susceptis: ⁊ ad te nr̄as etiā rebelles cōpelle ꝓpicius voluntates. p. Cōio. Dñs regit me et nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit sup aquam refectiōis educauit me. Compl.

Tua nos dñe q̄s sctā purificent: et opatiōi sue pficiāt esse placitos. Per. Sup ppl'm.

Deus q̄ sperātib⁹ in te misereri poti⁹ eligis q̄ȝ irasci: da nobis digne flere mala q̄ fecim⁹ vt tue cōsolatiōis grāz inuenire mereamur. Per dñm. Dominica in passione dñi.



Iudica me deus et discerne causam meā de gente non sancta ab hoīe iniquo et doloso eripe me q2 tu es deus me⁹ ⁊ fortitudo mea. ℣. Emitte lucē tuā ⁊ veritatez tuā: ipsa me deduxerūt et adduxerunt in montē sctm̄ tuū et in tabernacula tua. ps. Judica me. Oro.

Quesum⁹ oīs de⁹: familiaz tuā ꝓpiti⁹ respice: vt te largiēte regat̄ in corpe: ⁊ te seruāte custodiat̄ in mēte. p. Lectō ep̄le btī pauli ap̄li ad ebreos ca. ix.

Fratres. Xp̄s assistēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ: peramplius ⁊ pfecti⁹ tabernaculū non manu factū: id est nō hui⁹ creationis: neqꝫ p sanguinē tauroꝝ hircorū: ⁊ vituloꝝ: sed p propriū sanguinē introiuit semel in sancta: eterna redēptiōe īuēta. Si eñ sanguis hircorū: ⁊ tauroruz et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emūdationez carnis: quantomagis sanguis xp̄i qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit īmaculatuz deo: emundabit cōscientiā nr̄am ab operib⁹ mortuis: ad seruiendū deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedēte: ī redēptionē eaꝝ preuaricationū q̄ erāt sub priori testamento: repromissionem accipiāt q̄ vocati sunt eterne hereditis: in xp̄o iesu dño nostro. ℟.

Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere voluntatē tuā. ℣. Liberator meus dñe de gentib⁹ iracūdis

ab insurgentib⁹ in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractũ.

Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nunc israel sepe expugnauerũt me a iuuentute mea. ℣. Etenim nõ potuerũt mihi supra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores. ℣. Prolongauerũt iniquitatem sibi dñs iustus cõcidet ceruices pctõr. Scd̃m iohem. ca. viij.

In illo tẽpore: Dicebat iesus turbis iudeorũ: et principibus sacerdotũ. Quis ex vobis arguet me de pctõ: Si veritatẽ dico: quare vos nõ creditis mihi: Qui est ex deo: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ estis. Respõderũt igitur iudei: et dixerũt ei. Nõne bñ dicimus nos: quia samaritanus es tu: ⁊ demoniũ habes: Respondit iesus. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrẽ meũ: ⁊ vos ĩhonorastis me. Ego autẽ non quero gloriã meã. Est qui querat et iudicet. Amen amẽ dico vobis: si quis sermonẽ meũ seruauerit: mortẽ nõ videbit in eternũ. Dixerunt ergo iudei. Nũc cognouimus: quia demoniũ habes. Abrahã mortu⁹ est: ⁊ pphete: ⁊ tu dicis si quis sermonẽ meũ seruauerit: nõ gustabit mortẽ in eternum. Nũquid tu maior es patre nr̃o abrahã q̃ mortu⁹ est: Et pphete mortui sunt. Quem teipm facis: Rñdit iesus. Si ego glorifico meipm: gl̃ia mea nihil est. Est pater me⁹ q̃ glorificat me: quem vos dicitis q2 de⁹ vester est: ⁊ nõ cognouistis eũ. Ego autẽ noui eum. Et si dixero q2 nõ scio eũ: ero similis vobis mẽdax. Sed scio eum: et sermonẽ eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meũ. Et vidit: et gauisus est. Dixerũt ergo iudei ad eũ. Quinquaginta annos nondũ habes: ⁊ abrahã vidisti: Dixit eis iesus. Amẽ amen dico vobis: anteq̃ abraham fieret ego sum. Tulerũt ergo lapides: vt iacerẽt in eũ. Jesus autẽ abscõdit se: ⁊ exiuit de tẽplo. Offr.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo retribue seruo tuo viuã ⁊ custodiam sermones tuos viuifica me secundũ verbũ tuũ dñe. Secreta.

Hec munera q̃s dñe: ⁊ vincula nr̃e prauitatis absoluant: ⁊ tue nobis mĩe dona cõcilient. p. Cõio. Hoc corpus qđ p vobis tradet̃ hic calix noui testamẽti est in meo sanguine dicit dominus hoc facite: quotienscũq3 sumitis ĩ meã cõmemorationẽ. Cõpl.

Adesto nobis dñe deus noster: vt quos tuis misterijs recreasti: ppetuis defendas presidijs. Qui vi. Feria. ij. Offm.



Miserere mihi dñe qm̃ conculcauit me hõ tota die bellans tribulauit me. ℣. Cõ

culcauerũt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellantes aduersum me. Sp̃s Miserere mihi. Oro.

Sanctifica q̃s dñe nr̃a ieiunia: ⁊ cũctaꝝ nobis indulgẽtiã ꝓpicius largire culparũ. Per.

Lectio ione ꝓphete ca. iij.

In dieb⁹ illis: Factũ est ꝟbũ dñi ad ionã ꝓphetã scdo: dicẽs. Surge ⁊ vade ĩ niniuẽ ciuitatẽ magnã: ⁊ p̃dica ĩ ea p̃dicationẽ quã ego loquoꝛ ad te. Et surrexit ionas: ⁊ abijt in niniuẽ iuxta ꝟbũ dñi. Et niniue erat ciuitas magna: itinere dieꝝ triũ. Et cepit ionas ĩtroire in ciuitatẽ itinere diei vnius: ⁊ clamauit ⁊ dixit. Adhuc q̃dragĩta dies: ⁊ niniue subuertet̃. Et crediderũt viri niniuite ĩ deũ: ⁊ p̃dicauerũt ieiuniũ: ⁊ vestiti sũt saccis a mĩoꝛe vsq₃ ad maioꝛẽ. Et ꝑuenit ꝟbũ ad regẽ niniue: ⁊ surrexit de solio suo: et abiecit vestimẽtũ suũ a se: ⁊ ĩdutus est sacco: ⁊ sedit ĩ cinere: ⁊ clamauit ⁊ dixit: in niniue ex oꝛe regis: et p̃cipũ ei⁹: dicẽs. Hoĩes et iumẽta: ⁊ boues ⁊ pecoꝛa non gustẽt q̄cq̄ nec pascant̃: et aquã nõ bibãt. Et operiant̃ saccis hoĩes ⁊ iumẽta: ⁊ clamẽt ad deũ in foꝛtitudĩe: et ꝯuertat̃ vir a via sua mala: et ab ĩiq̄tate q̄ est ĩ manib⁹ eoꝝ. Quis scit si cõuertat̃ ⁊ ignoscat de⁹: ⁊ reuertat̃ a furoꝛe ire sue et nõ ꝑibim⁹: Et vidit de⁹ opa eoꝝ. qꝛ ꝯuersi sũt de via sua mala: et miserť⁹ est ppl'o suo dñs de⁹ nr̃. ℞. De⁹ exaudi oꝛõnẽ meã aurib⁹ ꝑcipe verba oꝛis mei. ℣. De⁹ ĩ noĩe tuo saluũ me fac ⁊ ĩ ꝟtute tua iudica me. Scd̃m iohẽ. c. vij.

In illo tp̃e Miserũt p̃cipes et pharisei mĩstros. vt appꝛehenderẽt iesũ. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum: et vado ad eũ q̄ misit me. Queretis me et nõ inuenietis: ⁊ vbi ego sũ vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic itur⁹ est qꝛ nõ inueniem⁹ eũ: Nũq̄d in dispsionẽ gẽtiũ itur⁹ est: ⁊ doctur⁹ gẽtes: Quis est hic sermo quẽ dixit: q̄retis me et nõ inuenietis: ⁊ vbi sum ego vos nõ potestis venire: In nouissimo aũt die magno festiuitatis: stabat iesus et clamabat dicẽs. Si q̄s sitit: veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aq̄ viue. Hoc aũt dixit de spũ quem accepturi erãt credẽtes ĩ eũ. Offꝛ. Dñe cõuertere ⁊ eripe aĩam meã saluũ me fac ꝓpter mĩaꝫ tuã. Secreta.

Concede nobis dñe de⁹ nr̃: vt hec hostia salutaris et nr̃oꝝ fiat purgatio delictoꝝ: ⁊ tue ꝓpiciatio maiestatis. p. Cõ. Dñs virtutũ ipse est rex glie. Compl'.

Sacramẽti tui q̃s dñe ꝑticipatio salutaris: ⁊ purificationẽ nobis p̃beat et medelam. Qui viuis. Super ppl'm.

Da q̃s dñe ppl'o tuo salutem

mẽtis ꝛ corporis. vt bonis operibus inherẽdo: tua semper mereatur ꝓtectione defendi. Per.

Feria tertia Officiũ.



Expecta dñm viriliť age ꝛ cõforteť cor tuũ et sustine dñz. ℣. Dñs illuminatio mea: ꝛ salꝰ mea quẽ timebo. ℣. Expecta. Oro.

Nostra tibi q̃s dñe sint accepta ieiunia: q̃ nos et expiãdo grã tua dignos efficiãt: ꝛ ad remedia eterna perducãt. Per.

Lectio danielꝭ ꝓphe ca. vltimo.

In diebꝰ illis: Congregati sunt babilonij ad regẽ: ꝛ dixerũt ei. Trade nobis danielẽ q̃ bel destruxit: ꝛ drachonẽ ĩterfecit. Alioq̃n: interficiemꝰ te ꝛ domũ tuã. Vidit ergo rex ꝙ irruerẽt in eũ vehemẽter: ꝛ necessitate cõpulsus: tradidit eis danielez. Qui miserũt eũ in lacũ leonũ: ꝛ erat ibi diebꝰ sex. Porro in lacu erãt leões septẽ: ꝛ dabãť eis quotidie duo corp̃a: et due oues. Et tũc nõ data sũt eis: vt deuorarẽt danielẽ. Erat aũt abacuc ꝓpħa in iudea: ꝛ ipse coxerat pulmẽtũ et intriuerat panes ĩ alueolo: et ibat ĩ campũ vt ferret messoribꝰ. Dixitq; angelꝰ dñi ad abacuc. Fer prãdiũ q̃d habes in babilonẽ danieli: q̃ est in lacu leonum. Et dixit abacuc. Dñe: babilonẽ nõ vidi: et lacũ nescio. Et apprehendit eũ angelus dñi in ꝟticẽ eiꝰ: et portauit eũ capillo capitis sui: posuitq; eũ in babilone sup lacũ: in ĩpetu spũs sui. Et clamauit abacuc: dicẽs. Daniel serue dei: tolle prãdiũ quod misit tibi deꝰ. Et ait daniel. Recordatꝰ ei es mei dñe deꝰ meꝰ: ꝛ nõ dereliq̃sti diligẽtes te. Surgẽsq; daniel comedit. Porro angelꝰ dñi restituit abacuc ꝯfestĩ in loco suo. Venit ergo rex die septima: vt lugeret danielẽ. Et venit ad lacũ ꝛ introspexit: ꝛ ecce daniel sedẽs ĩ medio leonuz. Et clamauit rex voce magna: dicẽs Magnus es dñe deꝰ danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos aũt q̃ ꝑditiõis eiꝰ cã fuerãt ĩtromisit ĩ lacũ: ꝛ deuorati sũt in momẽto corã eo. Tũc rex ait. Paueãt hĩtãtes ĩ vniuersa terra deũ danielꝭ. q: ipe ẽ liberator et saluator: faciẽs signa: et mirabilia ĩ celo et ĩ terra: q̃ liberauit danielẽ de lacu leonũ. ℟.

Discerne causã meã dñe ab homie iniquo ꝛ doloso eripe me. ℣. Emitte lucẽ tuaz ꝛ veritatem tuã ipa me deduxerũt ꝛ adduxerũt in montem sctm̃ tuũ.

Scd̃m iohãnẽ ca. vij.

In illo tp̃e: Ambulabat iesus ĩ galileã. Nõ ei volebat in iudeaz ãbulare: q: q̃rebãt eũ iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeoꝝ: scenophegia. Dixerũt autẽ ad euz fratres eiꝰ. Trãsi hinc et vade in iudeã: vt ꝛ discipuli tui videant op̃a tua q̃ tu facis. Nemo q̃ppe in occlto aliq̃d facit: ꝛ q̃rit ipe in palã eẽ. Si hec facis: manifesta

teipsum mūdo. Neqꝫ enim fratres eius credebāt in euꝫ. Dixit ergo eis iesus. Tēpus meū nondum aduenit: tēpus autē vestrū semp est paratū. Nō potest mūdus odisse vos. Me autē odit: qꝛ ego testimoniū perhibeo de illo: qꝛ opa eiꝰ mala sunt. Vos ascēdite ad diē festū hunc. Ego non ascendā ad diē festū istum: quia meū tēpus nonduꝫ impletum est. Hec cū dixisset: ipse māsit in galilea. Vt autē ascēderūt fratres eius: tunc et ipse ascēdit ad diē festū: non manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo q̄rebant eū in die festo: ꝛ dicebāt. Ubi ē ille: Et murmur multus erat de eo in turba. Quidā eniꝫ dicebāt qꝛ bonus est: alij autem dicebāt nō: sed seducit turbas. Nemo tamē palā loquebat̄ de illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Offꝫ.

Sperēt in te oēs q̄ nouerūt nomē tuum dñe qm̄ nō derelinquis querētes te psallite dño q̄ habitat in syon qm̄ nō est oblitus orōnes pauperū.

Hostias tibi dñe Secreta. deferētes imolādas: q̄s vt tpalē nobis attribuāt consolationem. vt promissa certius non desperemus eterna. per. Cōio.

Redime me deus israel ex oībꝰ angustijs meis. Complendū.

Da quesumus omnipotēs deus. vt q̄ diuina sunt iugiter exequētes: donis mereamur celestibus propinquare. Per.

Da nobis Sup populū. quesumꝰ dñe perseuerantē in tua volūtate famulatuꝫ. vt in diebus nostris et merito et numero populus tibi seruiens augeatur. Per. Feria iiij. Offm̄.

Liberatoꝛ meus de gētibꝰ iracūdis ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. ℣. Diligā te domine fortitudo mea: dñs firmamentū meū ꝛ refugiū meū. P. Liberatoꝛ meus de genti. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuoꝝ corda fideliū miserator illustra: ꝛ quibꝰ deuotiōis prestas affectū: prebe supplicātibus piū benignꝰ auditū. Per.

Lectio libri leuitici. caplo. xix.

In diebꝰ illis: Locutus est dominꝰ ad moysen: dicēs. Ego dominꝰ deus vester. Non facietis furtū: non mentiemini: nec decipiet vnusq̄sqꝫ proximū suū. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomē dei tui. Ego dñs. Nō facies calūniā ꝓximo tuo: nec vi opprimes euꝫ. Nō morabit̄ opꝰ mercēnarij tui apud te: vsqꝫ mane. Nō maledices surdo: nec coraꝫ ceco pones offendiculuꝫ: sed timebis dn̄m deū tuū: qꝛ ego suꝫ dñs. Nō facies qđ iniquū est: nec iniuste iudicabis. Nō cōsideres personā pauperis: nec honores multuꝫ

potentis. Iuste iudica ꝓximo tuo. Nō eris criminator: nec susurro in pplis. Nō stabis cōtra sanguinē ꝓximi tui. Ego dñs. Non oderis fratrē tuū in corde tuo: sed publice argue eū: ne habeas sup illo pctm̄. Nō queres vltionē: nec memor eris iniurie ciuiū tuoꝝ. Diliges amicū tuū: sicut teipsum. Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enim sum dñs deꝰ vester. ℟. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos sup me. ℣. Dñe deꝰ meꝰ clamaui ad te ⁊ sanasti me dñe abstraxisti ab īferis aīaȝ meā saluasti me a descēdētibꝰ in lacū. Scdm̄ iohannem capitulo .x.

In illo tpe: Facta sunt encenia in hierosolimis: ⁊ hyēs erat Et ambulabat iesus in tēplo: in porticu salomonis. Circūdederunt ergo eū iudei: et dicebāt ei: Quousqꝫ aīaȝ nostrā tollis: Si tu es xp̄s: dic nobis palā Rn̄dit eis iesus. Loquor vobis: ⁊ non creditis. Opa q̄ ego facio ī noīe patris mei: hec testimoniū ꝑhibēt de me. Sȝ vos nō creditis: qꝛ nō estis ex ouibꝰ meis. Oues mee vocē meā audiūt: et ego cognosco eas: ⁊ sequuntur me. Et ego vitā eternā do eis: ⁊ nō peribunt in eternū: ⁊ non rapiet eas quisqꝫ de manu mea. Pater meꝰ qđ dedit mihi maiꝰ oībꝰ est: ⁊ nemo pōt rapere de manu patris mei. Ego et pater: vnū sumus. Sustulerūt lapides iudei: vt lapidarent eum. Rn̄dit eis iesus. Multa bona opa ostēdi vobis: ex patre meo. Propter qđ eoꝝ opus me lapidatis: Rn̄derūt ei iudei. De bono ope nō lapidamus te: sed de blasphemia: ⁊ qꝛ tu homo cū sis: facis teipm deū. Rn̄dit eis iesus. Nōne scriptū ē in lege vr̄a: qꝛ ego dixi dij estis: Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: ⁊ nō pōt solui scriptura: quē pater sc̄tificauit ⁊ misit in mundū. vos dicitis qꝛ blasphemas: qꝛ dixi filiꝰ dei sū: Si nō facio opa patris mei: nolite credere mihi. Si autē facio: et si mihi nō vultis credere: operibꝰ credite: vt cognoscatis ⁊ credatis: qꝛ in me est pater: ⁊ ego in patre. Offꝫ. Eripe me de inimicis meis deus meꝰ ⁊ ab insurgentibus in me libera me dñe. Secret.

Annue misericors deus. vt hostias placationis ⁊ laudis: sincero tibi deferamꝰ obsequio. Per. Cōio. Lauabo inter innocētes manus meas et circuibo altare tuum domine vt audiam vocem laudis tue et enarrem vniuersa mirabilia tua. Complendum.

Celestis doni benedictione ꝑcepta: supplices te deus omnipotēs deprecamur: vt hoc idē nobis et sacramēti causa sit et salutis. Per. Sup populū.

Adesto supplicationib⁹ nostris oīps deus: et quib⁹ fiduciam sperāde pietatis indulges cōsuete mīe tribue benign⁹ effectū. Per. Feria .v. Officiuꝫ.

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti quia peccauim⁹ tibi et mādatis tuis nō obediuim⁹ sed da gloriā nomini tuo et fac nobiscū scdm multitudinē mīe tue. ℣. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̄i in mōte scō eius. Ps. Oīa que.

Presta q̄s oīps deus: Oro. vt dignitas cōditionis humane p īmoderantiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per. Lectio danielis prophete capitulo tertio.

Domine deus ne despicias populū tuuꝫ: neqꝫ auferas mīaꝫ tuā a nobis ꝓpter abrahā dilectū tuū: et ysaac seruū tuū: ꝛ israel sanctū tuū: quib⁹ locutus es pollicēs q̄d multiplicares semen eoꝝ sicut stellas celi: et sicut arenā que est in littore maris: quia dn̄e imminuti sum⁹ plusq̄ oīs gētes: sumusqꝫ humiles in vniuersa terra hodie ꝓpter pc̄tā nostra: ꝛ nō est in tp̄e hoc princeps et ꝓpheta ꝛ dux: neqꝫ holocaustum: neqꝫ sacrificiū: neqꝫ oblatio: neqꝫ incēsuꝫ: neqꝫ locus primitiarū corā te. vt possim⁹ inuenire mīam tuā. Sed in aīa contrita: ꝛ spiritu humilitatis: suscipiamur. Sicut in holocausto arietū et tauroꝝ: et sicut in milib⁹ agnorū pinguiū: sic fiat sacrificium nostrū in cōspectu tuo hodie vt placeat tibi: q̄m nō est confusio cōfidentib⁹ in te. Et nunc sequimur in toto corde: et timemus te: et querimus faciē tuaꝫ. Ne confundas nos: sed fac nobiscuꝫ iuxta mansuetudinē tuā: et scdm multitudinē mīe tue: et erue nos in mirabilib⁹ tuis: ꝛ da gloriā nomini tuo dn̄e: ꝛ cōfundantur oēs qui ostendūt seruis tuis mala. Confundant̄ in omnipotētia tua: ꝛ robur eoꝝ cōteratur: et sciēt q̄ tu es dn̄s deus solus: et gloriosus super omneꝫ terrā: dn̄s de⁹ noster. R. Tollite hostias ꝛ introite in atria ei⁹ adorate dn̄m in aula sancta eius. ℣. Reuelauit dn̄s condēsa et in tēplo eius omnes dicent gloriam. Secundū iohannem capitulo .vij.

In illo tp̄e: Cum audissent quidā de turba sermones iesu: dicebāt. Hic est vere ꝓpha. Alij dicebāt. Hic est xp̄s Quidā aūt dicebāt. Nunq̄d a galilea xp̄us venit: Nonne scriptura dicit: quia ex semine dauid ꝛ bethleē castello vbi erat dauid: venit christ⁹: Dissentio itaqꝫ facta est ī turba: propter eū. Quidā aūt ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super illū man⁹. Venerunt ergo ministri ad pō-

tifices et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Rñderūt ministri. Nunquam sic locut⁹ est homo: sicut hic homo. Responderūt ergo eis: pharisei. Nunqd ꝛ vos seducti estis? Nunqd aliqs ex principib⁹ credidit in eum: aut ex phariseis? Sed turba hec que nō nouit legem: maledicti sūt. Dicit nichodemus ad eos: ille qui venit ad euȝ nocte: qui vnus erat ex ipis. Nunqd lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius: et cognouerit qd faciat? Respōderunt: et dixerūt ei. Nūquid et tu galileus es? Scrutare et vide: quia ꝓpheta a galilea nō surgit: ꝛ reuersi sunt vnusquisqȝ in domū suā. Offr. Sup flumina babilonis illic sedimus et fleuimus dū recordaremur tui syō. Secret.

Domine de⁹ noster q̄ de his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidiū cōdidisti: tuo quoqȝ nomini munera iussisti dicāda cōstitui: tribue q̄s. vt ꝛ vite nobis presentis auxiliū: et eternitatis efficiāt sacramentū. Per. Cōio. Memēto verbi tui seruo tuo dñe in quo mihi spem dedisti hec me consolata est in humilitate mea. Complendum.

Quod ore sumpsim⁹ domine mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remediuȝ sempiternū. Per dñm.

Esto dñe Sup populū. quesumus ꝓpicius plebi tue: vt que tibi nō placēt respuētes: tuorū potius repleātur delectationib⁹ mandatoruȝ. Per dñm. Feria sexta. Officium.

Miserere mihi domine qm̄ tribulor libera me et eripe me de manibus inimicorū meorū ꝛ a persequētibus me domine non confundar qm̄ inuocaui te. ℣. In te dñe spaui nō cōfundar in eternū: i iustitia tua libera me et eripe me. ℟. Miserere mihi dñe. Oro.

Cordibus nostris dñe spiritum sanctū benignus infunde. vt pctā nr̄a castigatione volūtaria cohibētes: temporaliter potius maceremur: q̄ suppliciis deputemur eternis. Per. in in vnitate eiusdē spiritussancti.

Lectio hieremie ꝓphete. c. xvij.

In diebus illis: Dixit hieremias. Dñe: om̄es qui te derelinquūt cōfundentur: recedentes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentiuȝ dominum. Sana me domine et sanabor: saluuȝ me fac ꝛ saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum dñi? Ueniat. Et ego non sum turbatus: te pastorē sequens: ꝛ diē hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectū in cōspectu tuo

fuit. Nõ sis mihi tu formidini: spes mea tu: in die afflictionis. Confundant qui persequũtur me: et non confundar ego. Paueant illi: et non paueã ego. Induc super eos diẽ afflictiõis: et duplici cõtritiõe cõtere eos dñe deus noster. ℟. Pacifice loquebant mihi inimici mei et in ira molesti erant mihi. ℣. Uidisti dñe ne sileas ne discedas a me. Secundũ iohannem capitulo. xi.

In illo tpe: Collegerũt põtifices et pharisei conciliũ: et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: oẽs credẽt in eum: et veniẽt romani et tollent locum nostrũ et gentem. Unus autẽ ex ipsis cayphas: cum esset põtifex anni illi⁹: dixit eis. Uos nescitis quicq̃ nec cogitatis: qꝛ expedit vobis vt vnus moriat homo ꝓ populo: et nõ tota gẽs pereat. Hoc autẽ a semetipso nõ dixit: sed cum esset põtifex anni illius: ꝓphetauit quia iesus moriturus erat ꝓ gente. Et nõ tm̃ pro gente: sed vt filios dei q̃ erãt dispersi: congregaret in vnum. Ab illo ergo die: cogitauerunt vt interficerẽt eũ. Jesus ergo iã non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt ĩ regionẽ iuxta desertuꝫ: in ciuitatẽ que dicitur effrem. Et ibi morabat cum discipulis suis. Offꝫ. Bñdictus es domine doce me iustificationes tuas et non tradas calũpniantibus me superbis ⁊ respõdebo exprobrãtibus mihi verbum. Secreta.

Presta nobis q̃sum⁹ misericors de⁹: vt digne tuis seruire semper altarib⁹ mereamur: et eorũ perpetua participatione saluari. Per. Cõio. Ne tradideris me dñe in aĩas persequentiũ me quia insurrexerũt in me testes iniq̃ et mẽtita est iniq̃tas sibi. Compl.

Sumpti sacrificij dñe ꝑpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semꝑ a nobis cuncta depellat. per. Super ppl'm.

Concede q̃s oĩps de⁹: vt qui ꝓtectiõis tue grãm querim⁹ liberati a malis oĩb⁹ secura tibi mẽte seruiam⁹. p. Sabbato

¶ Officiũ ad missam resumit de precedenti sexta feria: scilicet Miserere mihi dñe: totũ. Orõ.

Proficiat q̃s dñe plebs tibi dicata pie deuotionis affectu. vt sacris actionibus erudita: quanto maiestati tue fit gratior: tãto donis potioribus augeatur. Per dominũ nostrum. Lectio hieremie ꝓphete. c. xviij.

In diebus illis: Dixerunt impij adinuicem. Uenite: cogitemus cogitationes cõtra iustum. Non enim peribit lex a sacerdote: neqꝫ consiliũ a sapiẽte: nec sermo a propheta. Uenite percutiamus eum lingua: et

nõ attẽdamus ad vniuersos ser
mones ei⁹. Attende dñe ad me:
⁊ audi vocẽ aduersarioꝝ meoꝝ.
Nunq̇d reddit̃ ꝓ bono malū:
quia foderũt foueã aĩe mee: Re
cordare ꝙ steterim in conspectu
tuo: vt loquerer pro eis bonũ: et
auerterẽ indignationẽ tuã ab
eis. Propterea da filios eoꝝ in
famẽ: et deduc eos in man⁹ gla
dij. Fiãt vxores eoꝝ absq̃ libe
ris et vidue: et viri earũ interfi
ciantur morte. Juuenes eoꝝ cõ
fodiant̃ gladio: in ꝑlio. Audia
tur clamor de domib⁹ eoꝝ. Ad
duces em̃ sup eos latronẽ repẽ
te: quia foderunt foueã: vt cape
rent me: et laqueos abscõderũt
pedib⁹ meis. Tu autem dñe scis
om̃e consiliũ eoꝝ aduersum me
in mortẽ. Ne ꝓpicieris iniq̇tati
eorũ: et pctm̃ eoꝝ a facie tua nõ
deleatur. Fiãt corruẽtes in con
spectu tuo: in tẽpore furoris tui
domine deus meus. Secundũ
iohannem capitulo .vi.

In illo tpe: Dixit iesus di
scipulis suis. Amen amẽ dico
vobis: nisi manducaueritis car
nem filij hoĩs: ⁊ biberitis ei⁹ san
guinẽ: nõ habebitis vitã in vo
bis. Qui mãducat meã carnẽ
et bibit meũ sanguinẽ: habet vi
tam eternam: et ego resuscitabo
eum in nouissimo die. Caro em̃
mea vere est cibus: et sanguis
meus vere est potus. Qui man
ducat meam carnẽ: ⁊ bibit san
guinẽ meũ: in me manet et ego
in illo: sicut misit me pater viuẽs
et ego viuo ꝓpter patrẽ. Et qui
manducat me: et ipse viuet pro
pter me. Hic est panis: qui de ce
lo descendit. Non sicut mandu
cauerunt patres vestri mãna: et
mortui sunt. Qui mãducat hũc
panem: viuet ineternũ. Hec di
xit in synagoga: docens in ca
pharnaum. Multi ergo audiẽ
tes ex discipulis eius: dixerunt.
Durus est hic sermo. Et quis
potest eum audire: Sciẽs autẽ
iesus apud semetipsum q̇d mur
murarent de hoc discipuli eius:
dixit eis. Hoc vos scandalizat:
Si ergo videritis filium homi
nis ascendentẽ: vbi erat prius.
Spiritus est qui viuificat: caro
non prodest quicq̃. Uerba que
ego locutus sũ vobis: spiritus
et vita sunt. Sed sunt quidã ex
vobis: qui non credũt. Sciebat
enim ab initio iesus: qui essent
credẽtes: et q̇s traditurus esset
eum: et dicebat. Propterea dixi
vobis: quia nemo potest venire
ad me: nisi fuerit ei datum a pa
tre meo. Ex hoc multi discipu
lorum eius abierũt retro: ⁊ iam
cũ illo non ambulabant. Dixit
ergo iesus ad duodecĩ. Nunq̇d
⁊ vos vultis abire: Respõdit er
go ei symon petr⁹. Dñe: ad quẽ
ibim⁹: Uerba vite eẽne habes.

et nos credimus et cognouim⁹: quia tu es xp̄s filius dei. Respõdit eis iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis diabolus est? Dicebat autē de iuda symonis scariothis. hic eñ erat traditurus eũ: cũ esset vnus ex duodecim. Secreta.

A Cũctis nos dñe q̄s reatibus ⁊ periculis ꝓpiciatus absolue quos tanti mysterij tribuis esse ꝯsortes. Per. Compl'.

Diuini muneris largitate satiasti: q̄s dñe deus nr̄. vt huius semp participatiõe viuamus. Per. Super populum.

Tueatur q̄s domīe dextera tua ppl'm tuũ deprecantē: et purificatũ dignāter erudiat. vt cõsolatiõe p̄senti ad futura bona ꝓficiat. Per dñm nostrũ.

¶ In dñica ramis palmaꝝ: dicta prima missa bn̄dicunť rami: vt sequiť. primo dicitur euangelium scd̄m matheum.

In illo tp̄e: Cum appropinquasset iesus hierosolimis et venisset bethphage ad montē oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod cõtra vos est: et statim inuenietis asinā alligatā: ⁊ pullũ cũ ea. Soluite ⁊ adducite mihi. Et si quis vobis aliq̄d dixerit: dicite q2 dñs hijs opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc autē totũ factũ est. vt adimpleretur quod dictũ est per ꝓphetam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. sedens super asinā et pullũ filium subiugalis. Eũtes autē discipuli fecerũt sicut p̄cepit illis iesus. Et adduxerũt asinam et pullũ: et imposuerũt sup eos vestimēta sua: ⁊ eum desuper sedere fecerũt. Plurima autē turba: strauerunt vestimēta sua in via. Alij autē cedebāt ramos de arborib⁹: ⁊ sternebāt in via. Turbe autē que p̄cedebāt ⁊ que sequebantur: clamabāt dicentes. Osanna filio dauid. Benedictus q̄ venit in nomine domini.

Nõ sequiť diciť quasi legendo.

Hec tibi dñe dies festa recolitur: et annuis exacta curriculis memorať: in qua in faucium prisciе turbe: arborum ramos assumentes in tue laudis tropheo: osanna in excelsis filio dauid bn̄dictus qui venit in nomine dñi: acclamātes occurrerunt: vt oēs gētes cognoscerēt: et victoriā te leuasse de mũdo: et de dyabolo obtinuisse triũphũ. Presta igitur dñe: vt huius diei celeberrimũ cultũ p̄sentie tue: sanctificatiõe clarifices: vt perfectis tibi sacris solēnijs vniuersa hec plebs tua: ad sanctā resurrectionē tuā excubādo ꝑueniat. Hec quoq3 creatura arboꝝ oliuarum: vna cum palmis quam

populus tuus pro tuis laudib⁹ atqꝫ bn̄dictionib⁹ suscipiendaꝫ alacri deuotiōe expetit: a te dn̄e ita bn̄di ✠ catur bn̄ ✠ dictiōe perhēni: vt quicunqꝫ pia deuotione: ꝓ expellendis lāguorib⁹ siue expugnādis insidijs inimici: in cunctas habitatiōes suas eaꝫ hinc portauerint: ab oī sint impugnatione securi: vt cognoscant omnes quia nomen tuum gloriosum est. Hoc dicitur plane. Per dominum nostrū iesuꝫ christum filium tuum: qui tecuꝫ viuit et regnat in vnitate eiusdē spiritussancti deus. Prefatio.

Per omnia secula seculoruꝫ. Amē. Dn̄s vobiscū. Sursum corda. Gratias agam⁹ dn̄o deo nostro. Vere dignū ꝛ iustū est equuꝫ et salutare. Nos tibi semper ꝛ vbiqꝫ grās agere. Dn̄e sancte pater omnipotēs sēpiterne redēptor. Qui de celis ad terras descēdere. Et ad passioneꝫ voluntate tua venire dignat⁹ es. Ut humanū genus tuo precioso sanguine liberares. Adesto ecclesie tue votis et supplicatio-

nib⁹ nostris. Tu eniȝ domīe
mansuetus: mansueti ani-
malis tergo insidēs. Ad pas-
sioneȝ redēptionis nr̄e spō-
taneus aduenisti. Cum tibi
ramis arboreis occurrentib⁹
discipulorū turbis certatim
sterneretur via. Et triumphāti-
bus palmis cū voce laudis oc-
current populorum plurime
caterue: resultantes pariter
et dicentes. Osanna filio
dauid: benedictus q̄ venit in
nomine domini. Tibi in mō-
te oliueti oliuarum ramis
via constrata est. Tu quon-
dam noe in archa super vn-
das diluuij gubernasti: et

colūbe misterio per oliue
ramū pacem terris redditā
nūciare voluisti. Sed ꝛ iacob
patriarcha in misterium glo-
rie tue erigēs lapideꝫ: ex hu-
ius arboris ramis oleuꝫ bene-
dictionis in cacumē tituli
infudit: vnde vnxisti sacer-
dotes reges ꝛ ꝓphetas tuos.

Tu eniꝫ es xp̄s filius dei. Ti-
bi cōpetit fruct⁹ vnctionis et
pacis in cuius ineffabilē lau-
deꝫ psalmista cecinit dicēs. Vn-
xit te deus deus tuus oleo
exultationis pꝛe participi-
bus tuis. Quapꝓpt supplices
te domine depꝛecamur vt be-
ne ✠ dicas hos ramos arbo-

rum quos tui famuli in suis

suscipientes manib⁹ in occur-

sum tui pperare: teqꝫ bene-

✠ dicere et glorificare desi-

derāt. Ecce hierusalez sedēs

super asinā rex māsuetus ad-

uenisti. Adueni ergo rogam⁹

et nobis: ⁊ in mediū nostri cō-

sistere: vt te aduenire in no-

stris cordib⁹ sentiamus. Et q̄

nos tūc reparasti p crucē ite-

rum lapsos repara: p eandem

beatificaꝫ passioneꝫ. Oris

nr̄i cōfessionem ac ieiunij hu-

miliationeꝫ libēs suscipe et

fructū nos viriditatis habere

cōcede: quatinus tuis ymbri-

bus irrigati: mereamur tibi

suauium fructuuz vbertate placere. Et sicut illi tibi pro cesserunt obuiam cuz arbore is frōdibus egressi: ita nos te redeunte in secundo aduē tu cum palmis victorie leti mereamur occurrere.

Saluator mundi qui cum pa tre et spiritu sancto viuis et re gnas deus per omnia secula se culorum. Amen. Oremus.

Deus cuius filius pro salu te generis humani de celis descendit ad terras: et appro pinquāte hora passiōis sue hie rosolimā in asino venire: et a tur bis rex appellari ac laudari vo luit bn ✠ dicere digneris hos palmarum ceterarūq3 frondiū ramos: vt omēs qui laturi sunt eos: ita benedictiōis tue dono repleantur quatinus et in hoc se culo hostis antiqui temptamen ta superare et in futuro cum pal ma victorie et fructu bonorum tibi valeant apparere. Per eun dem dominū nostruz. Deinde aspergantur rami aqua benedi cta: et cantores cantant aňam. scilicet. Pueri hebreorum.

Dominica in ramis pal marum. Officium.



Domine ne lōge facias au xilium tuuz a me ad defen sionem meaz aspice libera me de ore leonis et a cornibus vni corniorū humilitatē meam. ℣. Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti. Ps. Dñe ne longe facias auxilium tuum. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de us: qui humano generi ad immitandū humilitatis exem plum: saluatorem nostrum car nem sumere: et crucem subire fe cisti: cōcede propitius. vt et paciē tie ipsius habere documenta et resurrectionis consortia merea mur. Per eundem dominum.

Lectio eple beati pauli apostoli ad philipenses caplo. ij.

Fratres. Hoc enim sentite in vobis: quod et in christo

iesu. Qui cuz in forma dei esset: nō rapina arbitrat⁹ est esse se eq̄lē deo: sed semetipm̄ exinaniuit formā serui accipiēs: ī silitudinē hoīz fact⁹: ꝛ habitu īuent⁹ vt hō. Humiliauit eū semetipsum fact⁹ obediens vsq₃ ad mortē: mortē aūt crucis. Propter qḋ ꝛ de⁹ illū exaltauit: et donauit illi nomen qḋ est sup oē nomē: vt in noīe iesu oē genu flectat: celestiū terrestriū: ꝛ infernoꝝ. Et oīs lingua cōfiteat: q₂ dn̄s iesus xp̄s ī gl'ia est dei patris. ℟. Tenuisti manū dexteraz meam et in voluntate tua deduxisti me ꝛ cum gl'ia assumpsisti me. ℣. Quam bonus israel deus rectis corde: mei autē pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Tractum.

Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti. ℣. Lōge a salute mea ṽba delictoꝝ meoꝝ. ℣. Deus meus clamabo per diē nec exaudies ꝛ nocte et non ad insipiētiam mihi. ℣. Tu autē in sancto habitas laus israel. ℣. In te sperauerunt patres nostri sperauerūt et liberasti eos. ℣. Ad te clamauerunt et salui facti sunt sperauerūt et non sunt cōfusi. ℣. Ego autē sum ṽmis et nō homo obprobriū hominum ꝛ abiectio plebis. ℣. Oēs q̄ videbant me aspnabant me locuti sunt labijs et mouerunt caput. ℣. Sperauit in dn̄o eripiat eū saluū faciat eum qm̄ vult eū. ℣. Ipsi ṽo cōsiderauerūt ꝛ cōspexerūt me diuiserunt sibi vestimēta mea ꝛ sup vestē meā miserunt sortē. ℣. Libera me de ore leonis et a cornib⁹ vnicornioꝝ hūilitatē meā. ℣. Qui timetis dn̄z laudate eū vniuersum semē iacob gl'ificate eū. ℣. Annūciabit dn̄o gn̄atio ventura ꝛ annūciabūt celi iustitiā ei⁹. ℣. Populo qui nascet quem fecit domin⁹.

Scd̄m matheum caplo. xxi.

In illo tp̄e: Cuz appropinquasset iesus hierosolimis ꝛ venisset betphage ad mōtē oliueti: tunc misit duos discipulos suos dicēs eis. Ite ī castellū qḋ cōtra vos ē: ꝛ statī inuenietis asinam alligatā: ꝛ pullū cū ea. Soluite: et adducite mihi. Et si q̄s vobis aliq̄d dixerit: dicite q₂ dominus his opus h₃: ꝛ ꝯfestī dimittet eos. Hoc āt totū factū est: vt adipleret qḋ dictū est p̄ ꝓphetā dicētē. Dicite filie syō. Ecce rex tu⁹ venit tibi māsuet⁹: sedēs sup asinā: et pullū filiū subiugalis. Eūtes aūt discipl'i: fecerūt sicut p̄cepit illis iesus. Et adduxerūt asinā ꝛ pullū: ꝛ imposuerūt sup eos vestimēta sua: ꝛ eū desup sedere fecerūt. Plurima āt turba strauerūt vestimenta sua in via. Alij aūt cedebāt ramos de arborib⁹ ꝛ sternebāt in via. Turbe autē que precedebant et que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio dauid. Bn̄di

ctus qui venit in noīe domini.
Passio dñi nostri iesu xpi scdm matheum capitulo.xxvj.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Scitis q2 post biduū pascha fiet: et filius homīs tradetur vt crucifigat. Tunc cōgregati sunt principes sacerdotū et seniores populi: in atriū pricipis sacerdotū qui dicebatur caypas: et consiliū fecerunt.vt iesum dolo tenerēt et occiderent. Dicebāt autē. Non in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Cum autē esset iesus in bethania in domo symonis leprosi: accessit ad eum mulier habens alabaustrū vnguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recūbētis. Vidētes autē discipuli: indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec? Potuit eñ istud venūdari multo: et dari pauperib9. Sciens autē iesus: ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? Opus eñ bonū: operata est in me. Nā pauperes semper habetis vobiscū: me aūt non semp habebitis. Mittens eñ hec vnguentū hoc in corpus meum: ad sepeliendu3 me fecit. Amen dico vobis. vbicūq3 predicatū fuerit hoc euangeliu3 in toto mūdo: dicetur et quod hec fecit in memoriā ei9. Tunc abijt vnus de duodecim qui dicit iudas scarioth: ad principes sacerdotum: et ait illis. Quid vultis mihi dare: et ego vobis eu3 tradam? At illi ɔstituerūt ei triginta argenteos. Et exinde querebat opportunitatē: vt eu3 traderet. Prima autē die azimoꝝ: accesserūt discipuli ad iesum dicētes. Ubi vis parem9 tibi comedere pascha? At iesus dixit. Ite in ciuitate3 ad quendā: et dicite ei. Magister dicit. Tēpus meū prope est: apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerūt discipuli sicut constituit illis iesus. Et parauerūt pascha. Vespere autē facto: discūbebat cu3 duodecī discipl'is suis. Et edētibus illis: dixit. Amen dico vobis: quia vnus vestrū me traditurus est. Et cōtristati valde: ceperunt singuli dicere. Nūquid ego sum dñe? At ipse respōdēs: ait. Qui intingit mecū manum in parapside: hic me tradet. Fili9 quidē hoīs vadit: sicut scriptu3 est de illo. Ve aūt hoī illi: p quē filius hoīs tradet. Bonū erat ei: si natus nō fuisset homo ille. Respondēs aūt iudas: qui tradidit eū: dixit. Nunqd ego sum rabi? Ait illi. Tu dixisti. Cenātibus autē eis: accepit iesus panem et bñdixit ac fregit: deditq3 discipulis suis: et ait. Accipite et comedite. Hoc est corp9 meū. Et accipiens calicē: grās egit et dedit illis dicēs. Bibite ex hoc

omnes. Hic est em̄ sanguis me-
us noui testamēti: qui ꝓ multis
effundetur in remissionē pecca-
torum. Dico autē vobis: nō bi-
bam amodo de hoc genimine
vitis vsqꝫ in diē illum: cuꝫ illud
bibā vobiscū nouū in regno pa-
tris mei. Et hymno dicto: exie-
runt in montē oliueti. Tunc di-
xit illis iesus. Oēs vos: scanda-
lum patiemini in me in ista no-
cte. Scriptū est em̄. Percutiaꝫ
pastorē: et dispergent̄ oues gre
gis. Postq̄ autem resurrexero:
precedā vos in galileā. Respon-
dens auteꝫ petrus: ait illi. Et si
omnes scādalizati fuerint in te:
ego nunq̄ scādalizabor. Ait illi
iesus. Amen dico tibi: q: in hac
nocte anteq̄ gallus cātet: ter me
negabis. Ait illi petrus. Etiaꝫ
si oportuerit me mori tecū: nō te
negabo. Similiter et oēs disci-
puli dixerunt. Tunc venit iesus
cum illis in villā que dicit̄ geth-
semani: et dixit discipulis suis.
Sedete hic donec vadā illuc: et
orē. Et assumpto petro ꝛ duobꝰ
filijs zebedei: cepit contristari ꝛ
mestus esse. Tunc ait illis. Tri-
stis est anima mea: vsqꝫ ad mor
tem. Sustinete hic: et vigilate
mecū. Et ꝓgressus pusillū: pro-
cidit in faciē suā. orans et dicēs.
Mi pater: si possibile est: trāseat
a me calix iste. Verūtamē nō si-
cut ego volo: sed sicut tu. Et ve-
nit ad discipulos: ꝛ inuenit eos
dormiētes. Et dicit petro. Sic
non potuistis vna hora vigila-
re mecū? Vigilate ꝛ orate. vt nō
intretis in temptationē. Spūs
quidem prōptus est: caro auteꝫ
infirma. Iterū scd̄o abijt: ꝛ ora-
uit dicens. Pater mi: si non po-
test hic calix transire nisi bibā il-
lum: fiat voluntas tua. Et venit
iterum: et inuenit eos dormien-
tes. Erant em̄ oculi eoꝝ graua-
ti. Et relictis illis: iterum abijt
et orauit tertio eundē sermoneꝫ
dicens. Tūc venit ad discipulos
suos: et dicit illis. Dormite iam
et reqēscite. Ecce appropinqua
bit hora: et filius hoīs tradetur
in manus pctōꝝ. Surgite. Ea-
mus. Ecce appropīquabit: qui
me tradet. Adhuc ipso loquēte:
ecce iudas vnꝰ de duodecim ve-
nit: et cū eo turba multa cū gla-
dijs et fustibꝰ: missi a principibꝰ
sacerdotū et senioribus populi.
Qui aūt tradidit eū: dedit illis
signū dicēs. Quemcūqꝫ oscula
tus fuero: ipse est. Tenete eum.
Et cōfestim accedens ad iesuꝫ:
dixit. Aue rabi. Et osculatꝰ est
eum. Dixitqꝫ illi iesus. Ami-
ce: ad quid venisti? Tunc accesse
runt: et manus iniecerunt in ie-
sum: et tenuerūt euꝫ. Et ecce vnꝰ
ex his qui erant cum iesu: exten-
dens manum exemit gladium
suum: et percutiens seruū prin-

cipis sacerdotũ: amputauit auriculaz eius. Tunc ait illi iesus. Conuerte gladiũ tuum: in locũ suum. Om̃s em̃ qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit mihi modo plusq̃ duodeciz legiões angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripture: q2 sic oportet fieri? In illa hora: dixit iesus turbis. Tanq̃ ad latronem existis cum gladijs et fustibus cõprehẽdere me? Quotidie apud vos sedebã docens in templo: ⁊ non me tenuistis. Hoc autẽ totum factuz est: vt implerent scripture prophetaruz. Tunc discipuli omnes: relicto eo fugerũt. At illi tenentes iesum: duxerũt ad cayphã principẽ sacerdotuz: vbi scribe et pharisei et seniores conuenerãt. Petrus aũt sequebat eũ a lõge: vsq3 in atriũ principis sacerdotum. Et ingressus intro: sedebat cum ministris vt videret finem. Principes autez sacerdotum et omne concilium querebant falsum testimonium contra iesum: vt eum morti traderent. Et non inuenerũt: cum multi falsi testes accessissẽt. Nouissime autem venerũt duo falsi testes: ⁊ dixerũt. Hic dixit. Possum destruere templum dei: et post triduũ reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum: ait illi. Nihil respondes ad ea q̃ isti aduersum te testificant? Jesus aũt tacebat. Et princeps sacerdotũ ait illi. Adiuro te p deũ viuũ. vt dicas nobis si tu es xp̃s fili⁹ dei. Dicit illi iesus. Tu dixisti. Verũtñ dico vobis: amodo videbitis filiũ hom̃is sedentẽ a dextris v̾tutis: ⁊ venientẽ in nubibus celi. Tũc princeps sacerdotũ scidit vestimẽta sua: dicẽs. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiam. Quid vobis videt. At illi respõdẽtes dixerũt. Reus est mortis. Tũc expuerũt in faciẽ eius: et colaphis eum ceciderunt. Alij autez palmas in faciem eius dederũt: dicentes. Prophetiza nobis xp̃e. Quis est q̃ te pcussit? Petr⁹ v̾o sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla dicẽs. Et tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus: dicens. Nescio quid dicis. Exeũte autẽ illo ianuã: vidit euz alia ancilla: et ait his q̃ erant ibi. Et hic erat cum iesu nazareno. Et iterũ negauit cum iuramento: quia non noui hominez. Et post pusillũ: accesserunt qui stabant: et dixerunt petro. Vere ⁊ tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestuz te facit. Tũc cepit detestari et iurare: q2 nõ nouisset hoĩem. Et continuo gallus cãtauit. Et re-

cordatus est petrus verbi iesu
quod dixerat: priusq̄ gallus cā
tet ter me negabis. Et egressus
foras: fleuit amare. Mane autē
facto: consiliū inierūt oēs prin-
cipes sacerdotū: et seniores po-
puli aduersus iesum: vt eū mor
ti traderent. Et vinctū adduxe-
runt eum: et tradiderūt pontio
pilato presidi. Tunc videns iu-
das qui eum tradidit q̄ dānatꝰ
esset: penitētia ductus retulit tri
ginta argēteos principibꝰ sacer
dotū et senioribus dicēs. Pec-
caui tradens sanguinē iustum.
At illi dixerūt. Quid ad nos?
Tu videris. Et proiectis argen
teis in tēplo: recessit. Et abiens:
laqueo se suspendit. Principes
autē sacerdotū: acceptis argen-
teis dixerunt. Non licet mittere
eos in corbanā: quia preciū san-
guinis est. Consilio autē inito:
emerunt ex illis agrū figuli in se
pulurā peregrinorū. Propter
hoc vocatus est ager ille achel-
demac: hoc est ager sanguinis:
vsqꝫ in hodiernum diem. Tunc
adimpletū est: quod dictum est
per hieremiā prophetā dicentē.
Et acceperūt trigita argēteos:
preciū appreciati quē appciaue-
rūt a filijs israel: et dederūt eos
in agrum figuli: sicut constituit
mihi dominus. Iesus autē ste-
tit ante presidē: et interrogauit
eum preses dicens. Tu es rex iu
deorū? Dicit ei iesus. Tu dicis.
Et cū accusaret a principibus
sacerdotum et senioribꝰ: nihil re-
spondit. Tunc dicit illi pilatus.
Non audis quanta aduersū te
dicunt testimonia? Et nō respō
dit ei ad vllum verbū: ita vt mi-
raretur preses vehemēter. Per
diem autem sollēnem cōsueue-
rat p̄ses dimittere populo vnū
vinctū: quem voluissent. Habe-
bat autē tunc vnum vinctū insi-
gnem q̄ dicebat barabas. Con
gregatis ergo illis: dixit pilatꝰ.
Quē vultis dimittā vobis: ba-
rabam an iesum qui dicit chri-
stus? Sciebat enim: q̄ per inui-
diam tradidissent eū. Sedente
autē illo pro tribunali: misit ad
illum vxor eius dicēs. Nihil tibi
et iusto illi. Multa eñ passa sū
hodie per visum: propter eum.
Principes autē sacerdotū et se-
niores persuaserūt populis. vt
peterent barabā: iesum ꝟo per-
derēt. Respondēs autē preses:
ait illis. Quem vultis vobis de
duobus dimitti? At illi dixerūt.
Barabam. Dicit illis pilatus.
Quid igitur faciam de iesu qui
dicitur christus? Dicunt om̄s.
Crucifigatur. Ait illis preses.
Quid enī mali fecit? At illi ma-
gis clamabāt dicentes. Crucifi
gatur. Videns autem pilatus
quia nihil proficeret sed magis
tumultus fieret: accepta aqua

lauit manus suas coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. Vos videritis. Et respondens vniuersus populus: dixit. Sanguis eius super nos: et super filios nostros. Tunc dimisit illis barabam. Jesum autem flagellatum tradidit eis: vt crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipiētes iesum in pretorio: congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuētes eū: clamidem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis: posuerunt super caput eius: et arundinem in dextra eius. Et genu flexo ante eum: illudebant ei: dicentes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum: acceperunt arundinem: et percutiebant caput eius. Et postq̄ illuserūt ei: exuerunt eum clamide: et induerunt eum vestimētis eius: et duxerunt eū vt crucifigerēt. Exeūtes autem inuenerūt hominem cyreneū: nomine symonē. Hūc angariauerunt: vt tolleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golgotha: quod est caluarie locus: et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cū gustasset: noluit bibere. Postq̄ autem crucifixerunt eū: diuiserunt vestimenta eius: sortem mittentes. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerūt super caput eiꝰ causam ipsius scriptam: hic est iesus: rex iudeorū. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnꝰ a dextris: et vnus a sinistris. Preterūtes autē blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicētes. Vah qui destruis templum dei: et in triduo illud reedificas: salua temetipsum. Si filius dei es: descende de cruce. Similiter et principes sacerdotū illudentes cum scribis et senioribꝰ: dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere: Si rex israel est: descendat nunc de cruce: et credimus ei. Confidit in deo: liberet eum nunc si vult. Dixit enī: quia filius dei sum. Idipsum autem et latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora: tenebre facte sunt super vniuersam terram: vsq; ad horam nonam. Et circa horam nonā: clamauit iesus voce magna dicens. Hely: hely: lama esebthani: Hoc est. Deus meus: deus meus: vt q̄d dereliquisti me: Quidam autē illic stantes et audientes: dicebant. Helyam vocat iste. Et cōtinuo currens vnus ex eis acceptam spongiā impleuit aceto: et imposuit arūdini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebāt. Sine videamꝰ: an veniat helias liberās

eum. Jesus autē iterū clamās voce magna: emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas ptes: a summo vsq3 deorsum. Et terra mota est: et petre scisse sunt: et monumēta aperta sunt: et multa corpora sanctorū qui dormierāt surrexerunt. Et exeuntes de monumētis post resurrectionē eius: venerūt in sanctam ciuitatē: 7 apparuerūt multis. Centurio autē et qui cū eo erāt custodiētes iesum: viso terre motu 7 his que fiebāt timuerunt valde dicētes. Uere filius dei erat iste. Erant autē ibi mulieres multe a longe: que secute erāt iesū a galilea ministrātes ei: inter q̄s erat maria magdalene: et maria iacobi: et ioseph mater: et mater filiorū zebedei. Cū sero autē factū esset: venit quidā homo diues abarimathia noīe ioseph: q̄ et ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pilatū: 7 petijt corpus iesu. Tūc pilat⁹ iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda: et posuit illud in monumēto suo nouo qđ exciderat in petra. Et aduoluit saxū magnum ad ostiū monumenti: et abijt. Erāt autē ibi maria magdalene: et altera maria: sedētes contra sepulcrū. Euangelium.

Altera autē die que est post parasceuem: conuenerunt principes sacerdotū et pharisei ad pilatum dicentes. Domine recordati sumus: quia seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum: vsq3 in diem tertiū: ne forte veniāt discipuli eius: et furentur eum: et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior peiore. Ait illis pilat⁹. Habetis custodiā. Ite: custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierūt sepulcrū: signantes lapidē cum custodibus. Offr. Improperiū expectauit cor meum et miseriam 7 sustinui qui simul contristaretur et non fuit: consolantē me quesiui et non inueni et dederūt in escam meā fel 7 i siti mea potauerūt me aceto.

Concede q̄s domīe. vt oclīs tue maiestatis munus oblatū: et gratiā nobis deuotiōis obtineat: et effectum beate perhēnitatis acquirat. P. Secreta.

Et dicit̄ prefatio de cruce. Qui salutem. Cōio. Pater si nō potest hic calix transire nisi bibam illū fiat voluntas tua. Complendū.

Per huius domine operationem misterij: et vicia nostra purgentur: et iusta desideria compleātur. Per dominū.

Feria secunda Officium.

Iudica domīe nocētes me expugna impugnātes me apprehēde arma 7 scutū 7

exurge in adiutoriū meum domine virtus salutis mee. ℣. Effunde frameam et cōclude aduersus eos qui persequūtur me: dic aīe mee salus tua ego suz. ps. Judica dñe. Oro.

Da q̄s oṗs deus. vt q̄ in tot aduersis ex nr̄a infirmitate deficimus: intercedēte vnigeniti filij tui passione respiremꝰ. Per eūdē. Lec. ysaie pphe. ca. l.

In diebꝰ illis: Dixit ysaias. Dñs deꝰ aperuit mihi aurem: ego autē nō cōtradico: retrorsuz non abij. Corpus meū dedi pcutientibꝰ: ⁊ genas meas vellentibꝰ. Faciē meā non auerti ab increpantibꝰ et cōspuentibus in me. Dñs deꝰ auxiliator meus: et ideo non sum cōfusus. Ideo posui faciē meā vt petraz durissimā. et scio qm̄ non cōfundar. Juxta est: qui iustificat me. Quis contradicet mihi: Stemus simul. Quis est aduersarius meus: Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus. Quis est ergo qui cōdēnet me: Ecce oēs quasi vestimentū conterentur: et tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deū: audiet vocē serui sui: Quis ambulauit in tenebris: ⁊ non est lumē ei: Speret in nomine domini: et innitatur super deum suum.

Lectio zacharie prophete. c. xj.

Hec dicit dominꝰ deus. Si bonuz est in oculis vestris: afferte mercedez meā. Et si nō: quiescite. Et appenderūt mercedem meaz: triginta argēteos. Et dixit dñs ad me. Proijce illud ad statuariū. Decoruz precium: quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argēteos: ⁊ proieci illos in domo dñi ad statuarium. Et precidi virgā meā scdam que appellabatur funiculus: vt dissoluerē germanitatez inter iudā et inter israel. Et dixit dominus ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti: q̄a ecce ego suscitabo pastorē in terra: qui derelicta non visitabit: dispersa non queret: et contritū non sanabit: ⁊ id quod stat non enutriet: ⁊ carnes pīguiū comedet: et vngulas eoruz dissoluet. O pastor et ydolū: derelinquēs gregē. Gladius super brachiū eius: et super oculum dextrum eius. Brachiuz eiꝰ ariditate siccabitur: ⁊ oculus dexter eius tenebrescens obscurabit̄. Onus verbi domini: sup israel. Dixit dñs: extendēs celum et fundās terram: et fingens spiritum hominis in eo. Ecce ego ponā hierusalem super liminare crapule omnibus populis in circuitu. Sed et iudas erit in obsidione: contra hierusalem. Et erit: in die illa ponā hierl'm lapidē oneris: cūctis pplis. Oēs q̄ leuabūt eū ɔcisiōe lacerabūt: ⁊ colli-

gentur aduersus eam omīa re-
gna terre. In die illa dicit dn̄s:
percutiā oēm equū in stupore:
et ascensorē eius in amentia. Et
super domū iuda aperiā oculos
meos: et omnē equū populorū
percutiā cecitate. Et dicent du-
ces iuda in corde suo. Confor-
tentur mihi habitatores hierl'm:
in dn̄o exercituū deo eorum. In
die illa ponā duces iuda sicut ca
minū ignis in lignis: et sicut fa-
cem ignis in feno: et deuorabūt
ad dexterā et ad sinistrā oēs po-
pulos in circuitu. Et habitabit
hierusalē rursum in loco suo: et
saluabit dn̄s tabernacula iuda
sicut in principio. vt nō magnifi
ce glorief domus dauid: et glo-
ria habitantiū in hierl'm contra
iudā. In die illa proteget dn̄s
habitatores hierl'm: et erit qui
offenderit ex eis in die illa quasi
dauid: et dom' dauid quasi dei:
sicut angelus dn̄i in conspectu
eorum. Et erit: in die illa querā
conterere oēs gētes que veniūt
contra hierusalē: et effundā sup
domum dauid: et sup habitato-
res hierl'm spiritū gratie et pre-
cum. Et aspiciēt ad me quē cō-
fixerunt: et plangēt sup eū plā-
ctu quasi super vnigenitū: et do-
lebunt sup eū: vt doleri solet in
morte primogeniti. In die illa
planctus erit magn' in hierl'm:
sicut plāctus ad rēmon in cāpo
magedō: et plāgent terra: fami-
lie et familie seorsū. Familie do-
mus dauid seorsū: et mulieres
eorū seorsum. Familie dom' na-
thā seorsum: et mulieres eorum
seorsū. Familie dom' leui seor-
sum: et mulieres eorū seorsū. Fa
milie semei seorsum: et mulieres
eorū seorsum. Oēs familie re-
lique: familie: et familie seorsū:
et mulieres eorum seorsum. In
die illa erit fons patens domui
dauid et habitātib' hierusalē in
ablutionē pctōris et mēstruate.
Et erit: in die illa dicit dn̄s exer
cituum disperdā noīa ydolorū
de terra. Et nō memorabuntur
vltra: et pphetas et spiritū im-
mundū auferā de terra. Et erit:
cum pphetauerit quispiā vltra:
dicent ei pater eius et mater ei'
qui genuerūt eum. Non viues:
quia mēdaciū locutus es in no-
mine dn̄i. Et configent eum pa
ter eius et mater eius: genitores
eius: cum pphetauerit. Et erit:
in die illa confundentur pphe-
te: vnusquisq; ex visione sua cū
prophetauerit: nec operief pal-
lio saccino vt mentiatur: sed di-
cet. Non sum propheta. Homo
agricola ego sum. Qm̄ adam
exemplū meum ab adolescentia
mea. Et dicetur ei. Quid sunt
plage iste in medio manuū tua-
rum? Et dicet. His plagat' sū:
in domo eorū qui diligebāt me.

Framea: suscitare sup pastorē: et sup virū coherentē mihi: dicit dn̄s exercituū. Percute pastorem: et dispergētur oues. Et cōuertā manū meā ad paruulos: et erunt in omni terra dicit dn̄s partes due: et disperdent̄ ꝛ deficient: ꝛ tertia pars relinquet̄ in ea. Et ducā tertiā partē ꝑ ignē: et vrā eos sicut vritur argentū: et probabo eos sicut probat̄ aurum. Ipse vocabit nomē meū: ꝛ ego exaudiā eū. Dicā populus meus es: et ipse dicet dn̄s deus meus. ℟. Exurge dn̄e ꝛ intende iudiciū meum deus meus et dominus meus in causam meā. ℣. Effunde frameā et cōclude aduersus eos qui me persequuntur. Secundū iohannem capitulo. xij.

In illo tpe: Ante sex dies pasche: venit iesus bethaniā vbi fuerat lazarus mortuus: quem suscitauit iesus. Fecerūt autem ei cenā ibi: et martha ministrabat. Lazarus vo: vnus erat ex discūbentib' cum eo. Maria ergo accepit librā vnguenti. nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes eius. et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius: iudas scariothis: qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentū non veniȷt trecentis denariȷs: et datum est egenis: Dixit autē hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: ꝛ loculos habens: ea que mittebātur portabat. Dixit ergo iesus. Sine illam: vt in diē sepulture mee seruet illud. Pauperes eīm semper habetis vobiscū: me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: ꝛ venerūt non propter iesum tantū. sed vt lazarū videret quem suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autem principes sacerdotū vt et lazarū interficerent: quia multi ꝓpter illum abibant ex iudeis: et credebant in iesum. In crastinū aūt turba multa que venerāt ad diē festum: cum audissent quia venit iesus hierosolimam: acceperunt ramos palmarū: et ꝓcesserūt obuiā ei: ꝛ clamabāt. Osanna: benedictus qui venit in nomine dn̄i: rex israel. Et inuenit iesus asellum: et sedit super eū: sicut scriptū est. Noli timere: filia syon. Ecce rex tuus venit: sedens super pullum asine. Hec non cognouerūt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est iesus: tūc recordati sunt quia hec erāt scripta de eo: ꝛ hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo: quando lazarum vocauit de monumento: et suscitauit eum a mortuis. Propterea et

obuiā venit ei turba: q2 audie-rant eu3 fecisse hoc signū. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos Uidetis quia nihil pficimus. Ecce mundus totus post eum abijt. Erāt aūt gentiles quidā ex his qui ascenderāt vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad philippū q erat a bethsaida galilee: et rogabāt eum dicentes. Dn̄e: volumus iesum videre. Uenit philippus: et dicit andree. Andreas rursum et philippus: dicūt iesu. Jesus aūt: respōdit eis dicens. Uenit hora: vt clarificetur filius hoīs. Amē amen dico vobis: nisi granū frumenti: cadens in terra mortuu3 fuerit: ipsu3 solū manet. Si aūt mortuū fuerit: multu3 fructum affert. Qui amat animā suam: perdet eam. Et qui odit animā suam in hoc mundo: in vitā eternam custodit eam. Si q̄s mihi ministrat: me sequat: et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus qui est in celis. Nunc aīa mea turbata est. Et q̄d dicā: Pater: saluifica me ex hac hora. S3 pptea veni in horā hanc. Pater: clarifica tuum nomē. Uenit ergo vox de celo. Et clarificaui: et iterum clarificabo. Turba autē que stabat et audierat dicebat tonitruū factum esse. Alij dicebāt. Angelus ei locutus est. Respondit iesus: et dixit. Non pp̄ter me vox hec venit: sed pp̄ter vos. Nunc iudiciū est mundi. Nunc princeps huius mundi: eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia trahā ad meipsu3. Hoc autem dicebat: significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia xp̄s manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hominis: Quis est iste filius hoīs: Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos cōprehendāt. Et q ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Hec locut⁹ est iesus: et abijt et abscondit se ab eis. Offr̄. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te confugi doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Secreta.

Hec sacrificia nos op̄s de⁹: potenti virtute mundatos: ad suū faciāt puriores venire principiu3. Dn̄m. Cōio. Erubescāt et reuereātur simul qui gratulantur malis meis induantur pudore et reuerentia qui maligna loquūtur aduersum me. Complendum.

Prebeant nobis dn̄e diuinum tua sancta feruorem: quo eo2 pariter: et actu delecte-

mur et fructu. Per. Sup ppl'z.
Adiuua nos de' salutaris noster: et ad beneficia recolenda quib' nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudētes. Qui vi. Feria .iij. Offm.
Nos autē gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi in quo est salus vita z resurrectio nostra per quē saluati et liberati sum'. Ps. Deus misereat' nostri et bñdicat nobis: illuminet vultum suuz super nos z misereatur nostri. Ops: Nos autem. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus: da nobis ita dñice passionis sacramēta peragere. vt indulgētiam percipere mereamur. Per eundē. Lect. hieremie ,p'he. c. xj.
In dieb' illis: Dixit hieremias. Tu dñe demōstrasti mihi: z cognoui: tu dñ disti mihi studia eo;: z ego quasi agn' mā suetus qui portat' ad victimā: et nō cognoui q: cogitauerūt sup me ,silia dicētes. Mittamus lignū in panē eius: et eradamus eū de terra viuentiū: et nomē ei' nō memoret' amplius. Tu autē dñe sabaoth q iudicas iuste: et probas renes z corda: videā vltionē tuā ex eis. Tibi em̄ reuelaui causaz meā: dñe deus meus.
Lectio libri sapientie. cap. ij.
In dieb' illis: Dixerūt impij: apud semetipsos. Venite circūueniamus iustuz: qm̄ inutilis est nobis. et cōtrari' est operib' nr̄is: et improperat nobis pctā legis: z diffamat i nos pctā discipline nr̄e. Promittit se scientiā dei habere: z filiuz dei se noiat. Fact' est nobis in traductionē cogitationū nostra;. Grauis est nobis etiā ad videndum: qm̄ dissimilis est alijs vita illi': et imutate sunt vie ei'. Tāq̄ nugaces estimati sum' ab illo: z abstinet se a vijs nr̄is tanq̄ ab immūdicijs: et ,pfert nouissima iusto;: z gl'iat' patrē se hr̄e deū. Videam' ergo si sermones illi' veri sint: z tēptem' q̄ vētura sunt illi: z sciam' q̄ erūt nouissima illius. Si ei est verus dei fili': suscipiat illū: z liberabit eū de manib' cōtrario;. Contumelijs et tormēto interrogem' eū: vt sciamus reuerentiā ip̄i': z ,pbem' pacientiā eius. Morte turpissima cōdēnemus illū. Erit em̄ respectus ex sermonib' illi'. Hec cogitauerūt et errauerūt. Excecauit em̄ illos malitia eo;: z nescierūt sacramēta dei: neq3 mercedē sperauerūt iustitie: nec iudicauerūt honorē aiarū sancta;. R. Ego aūt dū mihi molesti essent induebā me cilitio z hūiliabā in ieiunio aiaz meā et orō mea in sinu meo cōuertetur. V. Judica dñe nocētes me expugna impugnātes me apphēde arma z scutū et exurge in adiutorium mihi. Passio dñi nostri iesu xpi.

secundum marcum cap. xiiii.

In illo tpe: Erat pascha et azima post biduū: et querebāt summi sacerdotes et scribe: quomō iesum dolo tenerēt et occiderēt. Dicebāt eñ. Nō in die festo: ne forte tumultus fieret in populo. Et cū esset bethanie in domo symonis leprosi et recūberet: venit mulier habēs alabaustrum vnguēti nardi spicati preciosi: et fracto alabaustro effudit super caput eius. Erant autem quidā indigne ferētes: intra semetipsos et dicētes. Ut qd perditio ista vnguēti facta est: Poterat eñ vnguentū istud venundari plusqȝ trecentis denariis: et dari pauperib⁹. Et fremebāt in eam. Jesus autē dixit. Sinite. Quid illi molesti estis: Bonū opus: operata est in me. Semp eñ pauperes habetis vobiscū: et cum volueritis potestis illis bñfacere. Me autē non semper habebitis. Quod habuit: hec fecit. Preuenit vngere corpus meū: in sepulturā. Amē dico vobis: vbicūqȝ predicatum fuerit euangeliū istud in vniuerso mūdo: et quod fecit hec narrabitur in memoriā eius. Et iudas scariothis vnus de duodecim: abiit ad summos sacerdotes. vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: et promiserūt ei pecuniā se daturos. Et querebat: quomodo illum oportune traderet. Et primo die azimorum quando pascha immolabāt: dicunt ei discipuli. Quo vis eam⁹: et paremus tibi vt māduces pascha: Et mittit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo lagenam aque baiulans. Sequimini eum. Et quocūqȝ introierit: dicite domino domus: quia magister dicit. Ubi est refectio mea: vbi pascha cum discipulis meis māducem: Et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum: et illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius: et venerunt in ciuitatem: et inuenerunt sicut dixerat illis. Et parauerunt pascha. Vespere autem facto: venit cum duodecim. Et discumbentibus illis et manducantibus: ait iesus. Amen dico vobis: q: vnus ex vobis me tradet: qui māducat mecū. At illi. ceperunt contristari: et dicere ei sigillatim. Nunquid ego: Qui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit manū mecū in catino. Et filius quidē hominis vadit: sicut scriptū est de eo. Ve autē homini illi: per quē filius hoīs tradet. Bonū erat ei: si natus non fuisset homo ille. Et māducantib⁹ illis: accepit iesus panē et benedicens fregit et dedit eis: et ait. Sumite. Hoc est corpus

meum. Et accepto calice: gras agens dedit eis. Et biberunt ex illo oms. Et ait eis. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet. Amen dico vobis: q iam non bibā de genimine vitis. vsq; in diem illuz: cum illud bibā nouuz in regno dei. Et hymno dicto: exierūt in montē oliuaꝝ. Et ait illis iesus. Oēs scādalizabimini in me in nocte ista: q scriptū est. Percutiaz pastorē: et dispergent oues gregis. S; postq̄ resurrexero: precedā vos in galileā. Petrus autē ait ei. Et si oēs scādalizati fuerint in te: sed nō ego. Et ait illi iesus. Amen dico tibi: q tu hodie in nocte hac: priusq̄ bis gallus vocem dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simł cōmori tibi: nō te negabo. Similiter autez et oēs dicebāt. Et veniūt in prediū: cui nomen gethsemani: z ait discipłis suis. Sedete hic: donec orē. Et assūpsit petrū: et iacobū: et iohannē secum: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. Tristis est aīa mea: vsq; ad mortē. Sustinete hic: z vigilate. Et cum pcessisset paululum: procidit sup terrā: z orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora: z dixit. Abba pater: oīa possibilia tibi sunt: trāsfer calicē hūc a me. Sed nō qđ ego volo: sed quod tu. Et venit: z inuenit eos dormientes. Et ait petro. Symō: dormis: Nō potuistis vna hora vigilare: Vigilate et orate: vt nō intretis in tēptationem. Spirit⁹ quidē prōpt⁹ est: caro vo infirma. Et iterū abiēs orauit eundem sermonē dicēs. Et reuersus denuo: inuenit eos dormiētes. Erāt em̄ oculi eorū grauati: et ignorabāt qđ respōderent ei. Et venit tertio: et ait illis. Dormite iā: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hoīs in manus peccatorū. Surgite. Eam⁹. Ecce q me tradet: prope est. Et adhuc eo loquēte: venit iudas scarioth vnus ex duodecim: z cū illo turba multa cuz gladijs et lignis: missi a summis sacerdotib⁹ et a scribis: et a seniorib⁹. Dederat autē traditor eius signū eis: dicens. Quēcūq; osculatus fuero: ipse est. Tenete eum: z ducite caute. Et cuz venisset: statim accedēs ad eū ait. Rabi: z osculat⁹ est eum. At illi man⁹ iniecerunt in eum: z tenuerūt eum. Vidēs autē quidā de circūstantib⁹ educens gladiū: pcussit seruū summi sacerdotis: et amputauit illi auriculā. Et respondens iesus: ait illis. Tanq̄ ad latronem existis cum gladijs et lignis comprehēdere me: Quotidie eram apud vos in templo docens: et

nō me tenuistis. Sed vt ipleāŧ tur scripture. Tūc discipuli eius relinquentes eum: oēs fugerūt. Adolescēs autē quidā sequebatur eū: amictus sindone sup nudo: et tenuerūt eum. At ille reiecta sindone: nudus profugit ab eis. Et adduxerūt iesuʒ ad summum sacerdotē: et cōuenerunt oēs sacerdotes: ⁊ scribe: ⁊ seniores. Petrus aūt a lōge secutus est eum: vsqʒ intro in atriū summi sacerdotis: et sedebat cuʒ ministris: ⁊ calefaciebat se ad ignē. Sūmi vo sacerdotes et oē concilium: querebāt aduersus iesuʒ testimoniū vt eum morti traderent: nec inueniebāt. Multi eñ testimoniū falsum dicebant aduersus eū: ⁊ cōueniētia testimonia non erant. Et quidā surgētes falsum testimoniū ferebant aduersus eū: dicētes. Qm̄ nos audiuim⁹ eum dicentē. Ego dissoluā templuʒ hoc manu factū: et post triduū aliud non manu factū edificabo. Et nō erat conueniens testimoniū illoruʒ. Et exurgens summus sacerdos in medium: interrogauit iesum dicens. Non respondes quicq̄ ad ea que tibi obiiciuntur ab his: Ille aūt tacebat: et nihil respōdit. Rursum summus sacerdos interrogauit eum: et dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti: Jesus autē dixit illi. Ego sum. Et videbitis filiuʒ hominis sedentem a dextris virtutis dei: ⁊ venientē cum nubib⁹ celi. Sūmus aūt sacerdos scindens vestimenta sua: ait. Quid adhuc desideramus testes: Audistis blasphemiā. Quid vobis videtur: Qui om̄es condēnauerūt eum: esse reum mortis. Et ceperunt quidā cōspuere eum: et velare faciem eius: et colaphis eū cedere: et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis euʒ cedebāt. Et cū esset petrus in atrio deorsuʒ: venit vna ex ancillis summi sacerdotis. Et cū vidisset petrū calefacientem se: aspiciens illuʒ ait. Et tu cū iesu nazareno eras At ille negauit eū dicens. Neqʒ scio: neqʒ noui quid dicas. Et exiit foras ante atriuʒ: et gallus cantauit. Rursus autem cum vidisset illum ancilla: cepit dicere circūstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum: rursum qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es. Nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia nescio hominē istū quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est petrus verbi quod dixerat ei iesus. Priusq̄ gallus cātet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim mane consiliuʒ facientes summi sacerdotes cum

senioribus et scribis et vniuerso consilio: vintientes iesum: duxerunt et tradiderũt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeorum? At ille respodẽs ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem: rursum interrogauit eũ dicens. Non respõdes quicq̃? Vides in quãtis te accusant? Jesus autẽ amplius nihil respondit: ita vt miraretur pilatus. Per diem autẽ festum: dimittere solebat illis vnum ex vinctis: quemcũq; petissent. Erat autem qui dicebatur barabas: qui cũ seditiosis erat vinctus: qui in seditiõe fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatus autẽ respondit eis: et dixit. Vultis dimittã vobis regem iudeorum? Sciebat enim: q̃ per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerũt turbam: vt magis barabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens: ait illis. Quid ergo vultis faciã regi iudeorũ? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus vero: dicebat eis. Quid em̃ mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere: dimisit illis barabam: et tradidit iesum flagellis cesum: vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium pretorij: et conuocant totam cohortẽ: et induunt eum purpura: et imponunt ei plectentes spineã coronam: et ceperunt salutare eũ. Aue rex iudeorũ. Et percutiebant caput eius arundine: et cõspuebant eum. Et ponentes genua: adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei: exuerunt illũ purpura: et induerũt eum vestimẽtis suis: et educunt illum vt crucifigerẽt. Et angariauerũt pretereuntem quẽpiam symonem cireneum venientem de villa: patrem alexãdri et rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt illũ in golgotha locum: quod est interpretatum caluarie locus: et dabant ei bibere mirratũ vinũ: et nõ accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt vestimẽta eius: mittentes sortẽ super eis: quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat titulus cause eius ĩscriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnũ a dextris: et alium a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis deputatus est. Et pretereũtes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes. Vah qui destruis templum dei: et in tribus diebus

reedificas: saluū fac temetipm: descendens de cruce. Similiter et summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant. Alios saluos fecit: seipm non potest saluū facere: Xpus rex israel descendat nunc de cruce. vt videamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi erant: cōuiciabātur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram: vsq3 in horā nonā. Et hora nona: exclamauit iesus voce magna dicēs. Hely. hely. lama esebthani. Quod est interpretatum. Deus meus: deus me9: vt quid dereliquisti me: Et quidā de circūstantib9 audiētes: dicebant. Ecce heliā vocat. Currēs autem vnus et implens spongiā aceto: circūponēsq3 calamo: potum dabat ei dicens. Sinite videamus si veniat helias: ad deponendū eū. Jesus aūt emissa voce magna: expirauit. Et velū tēpli scissum est in duo: a sursū vsq3 deorsum. Vidēs autē centurio: qui ex aduerso stabat: q2 sic clamās expirasset: ait. Vere homo hic: filius dei erat. Erant autē et mulieres de longe aspicientes: inter quas erat maria magdalene: et maria iacobi minoris: et ioseph mater: et salome. Et cum esset in galilea sequebātur eum: et ministrabant ei. Et alie multe: que simul cū eo ascenderant hierosolimā. Euāgeliū.

ET cum iam sero esset factū: quia erat parasceue quod est ante sabbatum: venit ioseph abarimathia nobilis decurio: qui et ipse erat expectans regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatum: et petijt corpus iesu. Pilatus autem mirabatur: si iam obijsset. Et accersito cēturione: interrogauit eum si iam mortu9 esset. Et cum cognouisset a centuriōe: donauit corpus ioseph. Joseph autem mercatus sindonem: et deponēs eū3 inuoluit in syndone: et posuit eū3 in monumento: quod erat excisum in petra. Et aduoluit lapidē ad ostiū monumenti. Maria autē3 magdalene: et maria ioseph: aspiciebāt vbi poneret. Offertoriū.

Custodi me domine de manu peccatoris et ab hominibus iniq̄s eripe me domine. Secreta.

SAcrificia nos quesum9 domine propēsius ista restaurent: que medicinalib9 sunt instituta ieiunijs. Per. Cōio. Aduersum me exercebantur qui sedebant in porta et in me psallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meā ad te dn̄e tempus bn̄placiti de9 in multitudine mie tue. Complē.

SAnctificationib9 tuis omnipotēs de9: et vicia nr̄a curentur: et remedia nobis sempiterna proueniāt. Per. Sup ppl3.

Tua nos mia deus et ab oi surreptione vetustatis expurget: et capaces sancte nouitatis efficiat. Per dnm nostrum.

Feria quarta Officium.

In nomine dni omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum quia dominus factus obediens vsq3 ad mortem mortem autem crucis: ideo dns iesus christus in gloria est dei patris. V. Dne exaudi oronem meam: et clamor meus ad te veniat. Ps. In nomie.

Oratio.

Presta qs omps deus. vt qui nostris excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit. Lectio ysaie prophete ca.lxij.et.lxiij.

Hec dicit dns deus. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: et opus illius coram eo. Quis est iste qui venit de edon tinctis vestibus de bosra: Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: et propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari: Torcular calcaui solus: et de gentibus non est vir mecum. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: et omnia indumeta mea inquinaui. Circumspexi: et non erat auxiliator: quesiui: et no fuit qui adiuuaret: et saluauit mihi brachium meum. Miserationum domini recordabor. Laude dni sup omnibus que reddidit nobis dns deus noster. R. Ne auertas faciem tuam a puero tuo qm tribulor velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus qm intrauerunt aque vsq3 ad animam meam infixus sum in limo profundi et non est substantia. Oro.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti. vt inimici a nobis expelleres potestate: concede nobis famulis tuis. vt resurrectionis gratiam consequamur. Per eunde.

Lectio ysaie prophete ca.liij.

In diebus illis: Dixit ysaias. Domine: quis credidit auditui nostro: Et brachium dni cui reuelatum est. Et ascedit sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitienti. Non est species ei: neq3 decor. Et vidimus eum: et non erat aspectus: et desiderauimus eum despectum: et nouissimum virorum: virum dolorum: et scientem infirmitatem: et quasi absconditus vultus eius et despectus. Unde nec reputauimus eum. Vere laguores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum: et percussum adeo et humiliatum. Ipse aut vulneratus est propter iniquitates nras:

attrit⁹ est propter scelera nostra.
Disciplina pacis nostre sup eũ:
et liuore eius sanati sum⁹. Oēs
nos errauim⁹ quasi oues: vnus-
quisq; in viã suam declinauit: et
dñs posuit in eo iniquitatē om-
nium nostrũ. Oblatus est quia
ipse voluit: et nõ aperuit os suũ.
Sicut ouis ad occisionē ducet:
et quasi agnus corã tondēte ob-
mutescet: et nõ aperiet os suum.
De angustia ꝛ de iudicio subla-
tus est. Gñationē eius q̃s enar-
rabit: Quia abscisus est de ter-
ra viuentiũ. Propter scelus po-
puli mei ꝑcussi eum: et dabit im-
pios ꝓ sepultura: ꝛ diuites pro
morte sua: eo q̃d iniquitatē non
fecerit: nec dolus fuerit ĩ ore ei⁹:
ꝛ dñs voluit cõterere eũ in infir
mitate. Si posuerit ꝓ pctõ aĩaꝫ
suã: videbit semē longeuũ: et vo
luntas dñi in manu ei⁹ diriget:
pro eo q̃d tradidit in morte aĩaꝫ
suã: ꝛ cũ sceleratis reputat⁹ est.
Et ipse peccatum multorũ tu-
lit: ꝛ pro trãsgressoribus roga-
uit. Dicit dominus omĩpotēs.
Tractum. Domine exaudi ora-
tionē meã et clamor meus ad te ve-
niat. ℣. Ne auertas faciē tuaꝫ a me
in quacũq; die tribulor inclina ad
me aurē tuã. ℣. In quacũq; die in-
uocauero te velociter exaudi me. ℣.
Quia defecerũt sicut fum⁹ dies mei
et ossa mea sicut in frixorio confrixa
sunt. ℣. Percussus sum sicut fenũ ꝛ
aruit cor meũ q: oblitus sum come-
dere panem meũ. ℣. Tu exurgens
dñe misereberis syon q: venit tem-
pus miserendi eius.

Passio domini nostri iesu chri-
sti: scd̃m lucam caplo. xxij.

In illo tpe: Appropinqua-
bat dies festus azimorũ q̃
dicit pascha: ꝛ querebãt princi-
pes sacerdotũ et scribe: quomo-
do iesum interficerēt. Timebãt
vero plebē. Intrauit autē satha
nas in iudã qui cognominaba-
tur scarioth vnũ de duodecim:
et abijt et locutus est cum princi
pibus sacerdotũ et magistrati-
bus: quemadmodũ illũ trade-
ret eis. Et gauisi sunt: et pacti
sunt pecuniã illi dare. Et spopõ
dit. Et querebat oportunitatē:
vt traderet illũ sine turbis. Ue-
nit autē dies azimorũ in qua ne-
cesse erat occidi pascha: et misit
petrũ: et iohannē dicens. Eun-
tes parate nobis pascha: vt mã
ducemus. At illi dixerunt. Ubi
vis parem⁹: Et dixit ad eos. Ec-
ce introeũtib⁹ vobis in ciuitatē:
occurret vobis homo: ampho-
ram aque portãs. Sequimini
eum in domũ in quã intrat: ꝛ di
cetis patrifamilias domus. Di
cit tibi magister. Ubi est diuer-
soriũ vbi pascha cum discipulis
meis manducē: Et ipse vobis
ostendet cenaculũ magnũ stra-
tum: ꝛ ibi parate. Euntes autē:

inuenerunt sicut dixit illis. Et parauerunt pascha. Et cum facta esset hora: discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: anteq̄ patiar. Dico eniз vobis: quia ex hoc non manducabo illud: donec impleatur in regno dei. Et accepto calice: gr̄as egit et dixit. Accipite: et diuidite inter vos. Dico enim vobis: q̄ nō bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. Et accepto pane: gr̄as egit et fregit: et dedit eis dicēs. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicē postq̄ cenauit: dicens. Hic est calix noui testamenti in sanguine meo: qui pro vobis fundetur. Verū tamē ecce manus tradentis me: mecuз est in mensa. Et quidem filius hominis: secunduз quod definitum est vadit. Verūtamē ve illi homini: per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos: quis eoruз videretur esse maior. Dixit autē eis. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos: benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est: q̄ recūbit an qui ministrat? Nōne qui recūbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Vos auteз estis: qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis super mensam meaз in regno meo: et sedeatis sup thronos duodecim: iudicātes duodecim tribus israel. Ait aūt dominus Symoni. Symon: ecce sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te: et non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus: confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine: tecuз paratus sum et in carcerem et in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallus: donec ter abneges nosse me Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo: et pera: et calciamētis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum: tollat similiter et peram. Et qui non habet: vendat tunicam suam et emat gladium. Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptuз est oportet impleri in me: et cum iniquis deputat⁹ est. Etenī ea q̄

sunt de me: finem habēt. At illi dixerunt. Dñe: ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat scdm cōsuetudinem: in montē oliuarū. Secuti sunt autē illum et discipuli. Et cum puenisset ad locū: dixit illis. Orate: ne intretis in tēptationem. Et ipse auulsus est ab eis: quantū iactus est lapidis. Et positis genibus: orabat dicens. Pater: si vis transfer calicem istum a me. Verūtamē non mea voluntas: sed tua fiat. Apparuit autē illi angelus de celo: confortās eum. Et fact' in agonia: prolixius orabat Et factus est sudor eius sicut gutte sāguinis decurrentis in terrā. Et cū surrexisset ab oratiōe: et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristitia. Et ait illis. Quid dormitis: Surgite et orate: ne intretis in tēptationem. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: et appropinquauit iesu vt oscularetur eū. Jesus autem dixit illi. Juda: osculo filium hominis tradis: Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurū erat: dixerūt ei. Domine: si percutimus in gladio: Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: et amputauit auriculam eius dextrā. Respondēs autē iesus: ait. Sinite vsq3 huc. Et cum tetigisset auriculā eius: sanauit eum. Dixit autem iesus ad eos: qui venerant ad se principes sacerdotum: et magistratus templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs et fustibus: Cū quotidie vobiscū fuerim in templo: non extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra: et potestas tenebrarum. Comprehendētes autem eum: duxerunt ad domum principis sacerdotū. Petrus vero sequebatur a longe. Accēso autē igne in medio atrio: et circūsedentib' illis: erat petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentem ad lumen: et eum fuisset intuita: dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier: non noui illū. Et post pusillū: alius videns eum dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo nō sum. Et interuallo facto: quasi hore vnius: alius quidam affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat. Nam et galileus est. Et ait petrus. Homo nescio quid dicis. Et cōtinuo adhuc illo loquente: cantauit gallus. Et conuersus domin': respexit petrū. Et recordatus est petrus verbi domini sicut dixerat: qz priusq̄ gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras petrus: fleuit

amare. Et viri qui tenebant eũ: illudebãt ei: cedentes. Et velauerunt eum: et percutiebant faciem eius: et interrogabãt eum dicẽtes. Prophetiza. Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eũ. Et vt factus est dies: conuenerunt seniores plebis: et principes sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es christus: dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero: non credetis mihi. Si aũt et interrogauero: non respõdebitis mihi neqꝫ dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramꝰ testimoniũ? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgẽs omnis multitudo eorum: duxerũt illum ad pilatuꝫ. Ceperũt autẽ accusare eũ: dicentes. Hunc inuenimus subuertenteꝫ gentem nostrã: et prohibentem tributa dari cesari: et dicẽtem se christũ regem esse. Pilatus autẽ interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum? At ille respondens ait. Tu dicis. Ait auteꝫ pilatus ad principem sacerdotum ꝛ turbas. Nihil inuenio cause in hoc homine. At illi inualescebãt dicentes. Cõmouit populum docens per vniuersam iudeam: incipiens a galilea vsqꝫ huc. Pilatus autem audiens galileã: interrogauit si homo galileꝰ esset. Et vt cognouit quod de herodis potestate esset: remisit eum ad herodem: qui et ipse hierosolimis erat illis diebus. Herodes autem viso iesu: gauisus est valde. Erat enĩ cupiens ex multo tempore videre eum: eo quod audiret multa de illo: et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat auteꝫ illum multis sermonibus: et ipse nihil ei respondebat. Stabant aũt principes sacerdotũ et scribe: constanter accusantes eum. Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: et illusit indutum veste alba: et remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes et pilatus: in ipsa die. Nam antea: inimici erant adinuicem. Pilatus autẽ conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus ꝛ plebe: dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominẽ quasi auertentem populum: et ecce ego coram vobis interrogans: nullam causam inuenio in homĩe isto: ex his in quibus eum accusatis. Sed neqꝫ herodes. Nam remisit illum ad nos: et ecce nihil dignum morte actũ est ei. Emendatũ ergo illũ

dimittā. Necesse autē habebat dimittere eis per diē festū vnuȝ. Exclamauit autē simul vniuersa turba: dicens. Tolle hūc: ⁊ dimitte nobis barabā. Qui erat propter seditionē quandā factā in ciuitate ⁊ homicidiū: missus ī carcerē. Iterū autē pilatus locutus est ad illos: volens dimittere iesum. At illi succlamabāt: dicentes. Crucifige crucifige illū. Ille auteȝ tertio: dixit ad illos. Quid em̄ mali fecit iste: Nullā causam mortis: inuenio in eo. Corripiā ergo illuȝ: et dimittā. At illi instabāt: vocib᷒ magnis postulātes: vt crucifigeret̄. Et inualescebāt voces eoꝝ. Et pilatus adiudicauit fieri petitionē eorum. Dimisit autē illis eum: qui ꝓpter homicidiū et seditionem missus fuerat in carcerem: quē petebāt. Iesuȝ ꝟo tradidit voluntati eoꝝ. Et cuȝ ducerent eum: apprehenperūt symonem quendā cyrenensen venientē de villa: ⁊ imposuerūt illi crucē portare post iesum. Sequebat̄ aūt illū multa turba ppl'i et mulieꝝ: que plangebāt et lamētabātur eum. Cōuersus autem ad illas iesus: dixit. Filie hierusalē: nolite flere sup me: sed sup vosipās flete et super filios vestros: qm̄ ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles: et ventres qui non genuerūt: ⁊ vbera q̄ nō lactauerūt. Tunc incipient dicere montib᷒ cadite sup nos: ⁊ collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciūt: ī arido q̄d fiet: Ducebant̄ auteȝ ⁊ aliȷ̄ duo neq̄ cum eo: vt interficerent̄. Et postq̄ venerūt in locum qui vocatur caluarie: ibi crucifixerunt eum: et latrones: vnuȝ a dextris ⁊ alterū a sinistris. Iesus aūt dicebat. Pater: dimitte illis. Nō enim sciunt quid faciunt. Diuidentes vero vestimēta eius: miserunt sortes. Et stabat populus expectans: ⁊ deridebant illū pncipes cum eis dicētes. Alios saluos fecit, se saluum faciat: si hic est christus dei electus. Illudebant autē ei ⁊ milites accedentes: et acetum offerentes illi: dicentes. Si tu es xp̄s rex iudeorū: saluū te fac. Erat autē et supscriptio scripta sup illū: litteris grecis: ⁊ latinis: ⁊ hebraicis: hic est rex iudeoꝝ. Unus autem de his qui pendebāt latronib᷒: blasphemabat eū dicēs. Si tu es xp̄s: saluū fac temetipsum et nos. Respondēs autē alter: increpabat illū dicens. Neqȝ tu times deum: qm̄ in eadem dānatione es. Et nos quidem iuste. Nā digna factis recipim᷒. Hic ꝟo nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum. Dn̄e: memento mei: cū veneris in regnū tuū. Et ait illi iesus. Amen dico tibi hodie

mecum eris in paradiso. Erat autē fere hora sexta. Et tenebre facte sunt in vniuersam terram vsq3 in horā nonā: et obscurat⁹ est sol: et velū templi scissum est mediū. Et clamās voce magna iesus: ait. Pater: i manus tuas cōmendo spiritū meu3. Et hec dicens: expirauit. Videns aute3 centurio quod factū fuerat: glorificauit deū dicens. Vere hic homo iustus erat. Et oīs turba eoꝝ q̄ simul aderāt ad spectaculu3 istud: ⁊ videbāt que q̄ fiebāt: percutiētes pectora sua reuertebantur. Stabāt autē om̄es noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum a galilea. Hec videntes. Euangelium.

Et ecce vir noīe ioseph: qui erat decurio: vir bonus et iust⁹: hic non cōsenserat cōsilio ⁊ actibus eorum: ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat ⁊ ipse regnu3 dei. Hic accessit ad pilatū: et petijt corpus iesu. Et depositum inuoluit sindone: et posuit eu3 in monumēto exciso: in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Offer. Domine exaudi orationem meā et clamor meus ad te pueniat.

Purifica nos Secreta. misericors deus vt ecclesie tue p̄ces que tibi grate sunt pia munera deferentes: fiant expiatis mentib⁹ gratiores. p. Cōio.

Potū meū cum fletu temperabā q2 eleuās alisisti me et ego sicut fenu3 arui tu aūt dn̄e in eternū permanes tu exurgens misereberis syon quia venit tēpus miserēdi ei⁹. Compl.

Largire sensibus n̄ris oꝑs deus. vt per temporalē filij tui mortē quā misteria veneranda testantur. vitā nobis dedisse perpetuā cōfidam⁹. Per eūdē.

Respice q̄s Super ppl'm. dn̄e sup hanc familiā tua3: pro qua dn̄s noster iesus xp̄us: non dubitauit manibus tradi nocentiū: ⁊ crucis subire tormētum. Qui tecu3. Feria quinta in cena domini Officium.

Nos autē gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu xp̄i in quo est salus vita ⁊ resurrectio nostra per quē saluati et liberati sumus. ℣. De⁹ misereat̄ nostri et bn̄dicat nobis: illuminet vultum suu3 super nos ⁊ misereatur nostri. ps. Nos autem. Oratio.

Deus a quo ⁊ iudas reatus sui penā et cōfessionis sue latro premiū sumpsit: concede nobis tue ꝓpiciatiōis effectū. vt sicut in passiōe sua iesus xp̄s dn̄s n̄r diuersa vtriq3 intulit stipendia meritoꝝ: ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gr̄a3 largiat̄. Qui te. Lect. ep̄le btī pauli ap̄li ad corīthios. c. xi.

Fratres: Conueniētib⁹ vobis in vnū: iā nō est dn̄ica3 cenam manducare. Vnusq̄sq3

em̄ suam cenā presumit: ad māducandū. Et alius quidem esurijt: alius autē ebrius est. Nunquid domos nō habetis ad māducandū z bibendū: Aut ecclesiam dei contēpnitis: et cōfunditis eos qui nō habent: Quid dicā vobis: Laudo vos: in hoc nō laudo. Ego em̄ accepi a dn̄o quod z tradidi vobis: qm̄ dn̄s noster iesus xp̄us: in qua nocte tradebat accepit panē: et grās agens: fregit z dixit. Accipite z māducate. Hoc est corpus meū quod p vobis tradet. Hoc facite: in meā cōmemorationē. Similiter et calicē postq̄ cenauit: dicens. Hic calix: nouū testamētum est ī meo sanguine. Hoc facite quotiēscūq3 sumitis: in meā cōmemorationē. Quotiēscūq3 em̄ māducatis panē hunc: et calicem bibetis: mortē dn̄i annunciabitis donec veniat. Itaq3 q̄cūq3 māducauerit hunc panē: vel biberit calicem dn̄i indigne: reus erit corpis z sāguinis dn̄i. Probet autē seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui em̄ māducat z bibit indigne: iudiciū sibi māducat z bibit: non dijudicās corpus domini. Ideo inter vos mlti infirmi et imbecilles: z dormiūt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus: non vtiq3 iudicaremur. Dum iudicamur autē: a domino corripimur: vt non cum hoc mundo dānemur. R. Christus factus est p nobis obediēs vsq3 ad mortem mortē autē crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum z dedit illi nomen quod est sup omne nomē. R. reiteret: scilz. Xp̄s factus.

Scd̄m iohannem caplo. xiij.

In illo tēpore: Ante diē festum pasche: sciēs iesus q2 venit eius hora: vt trāseat ex hoc mundo ad patrē: cum dilexisset suos qui erāt in mundo: in finē dilexit eos. Et cena facta cū diabolus iam misisset in cor. vt traderet eū iudas symonis scariothis: sciens quia omnia dedit ei pater in manus: et q2 a deo exiuit. et ad deū vadit: surgit a cena. et ponit vestimēta sua. Et cū accepisset linteum: precinxit se. Deinde misit aquā in peluim: z cepit lauare pedes discipulorum: z extergere linteo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonē petrum: et dicit ei petrus. Dn̄e: tu mihi lauas pedes: Respōdit iesus: et dixit ei. Quod ego facio: tu nescis modo. Scies autem postea. Dixit ei petrus. Non lauabis mihi pedes ineternū. Respondit ei iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecū. Dicit ei symon petrus. Domine: non tantū pedes meos: sed et manus et caput. Dicit ei iesus. Qui lotus est: non indiget nisi

vt pedes lauet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed nō oms. Sciebat em̄: quisnam esset qui traderet eū. Propterea dixit: nō estis mūdi oēs. Postq̄ ergo lauit pedes eorū et accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterū: dixit eis. Scitis q̄d fecerim vobis: Vos vocatis me magister et dn̄e: et bn̄dicitis. Suz etem̄. Si ergo laui pedes vr̄os dn̄s et magister: et vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplum em̄ dedi vobis. vt queadmodū ego feci vobis: ita et vos faciatis. Credo in vnū deū. Offr.

Dextera dn̄i fecit virtutē dextera domini exaltauit me nō moriar sed viuā et narrabo opera dn̄i. Secre.

Ipse tibi quesumus domīe sancte pater oṗs eterne deus sacrificiū nostrū reddat acceptum. qui discipulis suis in sui cōmemoratiōe hoc fieri hodierna traditione monstrauit. iesus xp̄us domin⁹ noster. Qui tecū.

¶ Prefatio cōmunis dicit̄ nō de ieiunio. Infra actiōe.

Communicātes ⁊ diē sacratissimū celebrātes: quo dn̄s nr̄ iesus xp̄us ꝓ nobis est tradit⁹. Sed et memoriaz venerantes.

Hanc igit̄ oblationē Alia. seruitutis nr̄e: sȝ ⁊ cūcte familie tue quā tibi offerim⁹ ob diē in qua dn̄s nr̄ iesus xp̄s tradidit discipulis suis corpis ⁊ sanguinis sui misteria celebranda. Quesum⁹ dn̄e vt placat⁹. Alia.

Qui pridie quā pro nostra omniuz salute pateret̄ hoc est hodie: accepit panem in sanctas ac venerabiles man⁹ suas.

¶ Agnus dei dicit̄ sed osculuz pacē non datur. Cōio. Domin⁹ iesus postq̄ cenauit cum discipulis suis lauit pedes eoꝝ ⁊ ait illis scitis quid fecerim vobis ego dn̄s ⁊ magister exemplum dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis. an̄. Calicē salutaris accipiam ⁊ nomen dn̄i inuocabo. ps. Credidi ꝑpter quod. an̄. Cuȝ his qui oderunt pacē eram pacificus cū loquebar illis impugnabāt me gratis. ps. Ad dn̄m cum tri. an̄. Ab hominibus iniquis libera me dn̄e. ps. Eripe me dn̄e. an̄. Custodi me a laqueo quē statuerūt mihi ⁊ ab scādalis operātiū iniq̄tatē. p̄. Dn̄e cla. an̄. Cōsiderabā ad dexterā ⁊ videbam ⁊ nō erat q̄ cognosceret me. p̄. Voce mea ad. an̄. Acuerūt linguaz suā sicut serpētes. an̄a ad magn̄. Cenātib⁹ aūt accepit iesus panē benedixit ac fregit dedit discipl'is suis

Refecti vitalibus Compl'. alimētis: q̄s dn̄e de⁹ nr̄. vt q̄d tp̄e nr̄e mortalitatis exequimur. īmortalitatis tue munere cōseq̄mur. p. In die veneris sc̄i.

Feria. vj. dicta nona sacerdote stāte ad altare sine casula: cū capa serica i tribugijs vl' discalciato. lector

incipiat lectionem. Et in oībus oratioīb⁹. excepta illa de iudeis dicit. Flectam⁹ ge. nō. R. amē. ¶ Altare sit coopertuʒ vna mapa. Et ex vtraqʒ parte ponatur vna mapula linea. Et cum dr in passiōe. Partiti sunt vesti Duo clerici subito q̄si furtiue remoueāt illas. Post passionē dicūt Orōnes. quib⁹ finitis: duo cantent post altare illos vsus. Popule meus. et circa finē singulorum. Chorus rn̄deat. Agios ꝛ ea que sequunt. Quib⁹ tertio finitis ille qui defert crucem stās post alta. icipit an̄. Ecce lignū. Et tunc parū eleuat crucē: ita ꝙ summitas a populo videat. Et statim cātor incipit. Bti imma culati. Et dr totus a choro. Et primo iterū altius incipit. Ecce lig. Et ꝓcedit aliquantulū. Et parū magis eleuat crucē. Et cātor incipit. Bti qui scrutā. Tertio incipit altissima voce. Ecce lignū. Et venit ante altare ostēdēdo totā crucē. Et finitur an̄. tota a choro. Deide dr an̄. Duʒ fabrica. ꝛ hymn⁹. Pāge lingua. et in fine cuiuslibet versus repetitur a choro. Crux fidelis Cruce adorata interim debet vsus cantari a clero deuote et poplo. Sacerdos calciat se post altare. Et accensis candelis ponat corporale sup alta. et preparet. Calix cū vino nō ꝯsecrato. ꝛ ponatur super patenā hostia cōsecrata q̄ precedēti die fuerat reseruata. Deinde indutus casula faciat cōfessionē alta. Postea ipsemet si non est alius. Sacerdos accipiat calicē ꝛ deferat reuerenter ad altare. cantādo. Hoc est corpus qđ ꝑ. Et chorus rn̄det illud qđ sequit. Hic calix. no. t. est. Et postea misceat aquam in calicē. Quibus oblatis: ꝛ altari thurificato: inclinat se sacerdos dicēs. In spiritu hūilitatis. Et surgēs incipit. Orem⁹ p̄ceptis salutarib⁹. Pater nr̄. Quo finito respondet chorus Sʒ libera nos a malo Et ipse dicit orōnē. Libera nos vt est moris. Et cuʒ dixerit. Per oīa. s. s. et rn̄suʒ fuerit amen. Non dr Pax dn̄i. nec Agnus dei. neqʒ pax per oscula datur. Sed sumat tertiam portionē eucharistie ꝛ mittat in calicem nihil dicēs. Deide cōicet. et incipit in choro an̄a. Calicē. Et sacerdos vadit post alta. ꝛ exuit se: et finiuntur vespere sicut cetere hore diei.

In tribulatione sua: mane consurgēt ad me. Uenite reuertamur ad dn̄m: quia ipse cepit: et sanabit nos: percutiet: ꝛ curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos: et viuemus in cōspectu eius: sciem⁹. sequemurqʒ: vt cognoscamus dn̄m. Quasi dilu-

culum preparatus est egressus eius: et veniet quasi ymber nobis temporaneus et serotinus terre. Quid faciã tibi effraym: Quid faciã tibi iuda: Via vestra quasi nubes matutina: et quasi ros mane pertrãsiẽs. Propter hoc dolaui in pphetis: occidi eos in verbis oris mei: et iudicia tua quasi lux egredient: quia mĩam volo et non sacrificiũ: et scientiã dei plusq̃ holocausta. Tractus.

Domine audiui auditũ tuum et timui consideraui opera tua et expaui. ℣. In medio duorũ animalium innotesceris dum appropinquauerint anni cognosceris dum aduenerit tẽpus ostenderis. ℣. In eo dum conturbata fuerit aĩa mea in ira misericordie memor eris. ℣. Deus a libano veniet et sanctus de mõte vmbroso et condẽso. ℣. Operuit celos maiestas eius et laude eius plena ẽ t̃ra.

Oro. Deus a quo et iudas reatus sui penã: et cõfessionis sue latro premiũ sumpsit: cõcede nobis: tue ppiciatiõis effectum. vt sicut in passione sua iesus xps dñs nr̃: diuersa vtriq̃ intulit stipendia meritorum. ita nobis ablato vetustatis errore: resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum viuit.

Dixit domin9 ad moysen: et aaron: in terra egipti. Mensis iste vobis principiũ mensiũ: primus erit in mẽsib9 anni. Loquimini ad vniuersum cetũ filiorum israel: et dicite eis. Decima die mẽsis huius: tollat vnusquisq̃ agnum per familias et domos suas. Sin autẽ minor est numerus. vt sufficere nõ possit ad vescẽdũ agnũ: assumet vicinũ suũ qui iunct9 est domui eius: iuxta numerũ animarũ que sufficere possint ad esum agni. Erit autẽ agnus absq̃ macula: masculus anniculus. Iuxta quẽ ritũ tolletis et hedũ: et seruabitis eũ vsq̃ ad quartãdecimã diem mensis huius. Immolabitq̃ eum vniuersa multitudo filiorum israel ad vesperã: et sument de sanguine: ac ponent sup vtrũq̃ postem: et insuper liminarib9 domorum in quibus comedent illũ: et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cũ lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua: sed assum tantũ igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis: nec remanebit ex eo quicq̃ vsq̃ mane. Si q̃d residuum fuerit: igni comburetis. Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis: et calciamẽta habebitis in pedibus: tenẽtes baculos in manib9: et comedetis festinanter. Est enĩ phase: id est trãsitus domini. Tractũ Eripe me dñe ab hoĩe malo a viro iniquo libera me ℣. Qui cogitauerũt malicias

in corde tota die cōstituebāt prelia. ℟. Acuerūt liguas suas sicut serpētes venenū aspidum sub labijs eorꝝ. ℟. Custodi me dn̄e de manu peccatoris et ab hominibꝰ iniquis libera me. ℟. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos absconderūt supbi laqueū mihi. ℟. Et funes extenderunt in laqueū pedibus meis iuxta iter scādalū posuerūt mihi. ℟. Dixi dn̄o deus meꝰ es tu: exaudi dn̄e vocem oratiōis mee. ℟. Domine dn̄e virtus salutis mee obumbra caput meum in die belli. ℟. Ne tradas me dn̄e a desiderio meo peccatori cogitauerunt cōtra me ne derelinquas me ne vnq̄ꝫ exaltētur. ℟. Caput circuitꝰ eorꝝ labor labiorꝝ ipsorꝝ operiet eos. ℟. Uerūtamen iusti cōfitebuntur nōi tuo ꝛ habitabūt recti cū vultu tuo. Passio dn̄i nostri iesu xp̄i secundū iohannē caplo. xviij.

In illo tp̄e: Egressus est iesus cū discipulis suis trās torrentē cedron: vbi erat ortus: in quē introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat aūt ꝛ iudas q̄ tradebat eum locū: q꜡ frequēter iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum accepisset cohortē: ꝛ a pōtificibus et phariseis ministros: venit illuc cū laternis: et facibus et armis. Jesus itaqꝫ sciēs oīa que ventura erant sup eum: processit et dixit eis. Quē queritis: Responderūt ei. Jesum nazarenū. Dicit eis iesus. Ego sum. Stabat autē ꝛ iudas q̄ tradebat eū: cuꝫ ipsis. Ut ergo dixit eis ego suꝫ: abierūt retrorsuꝫ: ꝛ ceciderūt in terrā. Iterꝫ ergo eos interrogauit. Quē q̄ritis: Jlli autē dixerunt. Jesum nazarenū. Respōdit iesus. Dixi vobis: q꜡ ego sū. Si ergo me q̄ritis: sinite hos abire Ut impleret̄ sermo quē dixit: q꜡ quos dedisti mihi non ꝑdidi ex ipsis quemq̄ꝫ. Simō ergo petrꝰ habēs gladiū eduxit eū: ꝛ ꝑcussit seruū pōtificis: ꝛ abscidit eiꝰ auriculā dextrā. Erat autē nomē seruo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiū tuuꝫ in vaginā. Calicē quē dedit mihi pater: non vis vt bibā illum: Cohors ergo ꝛ tribunꝰ: ꝛ ministri iudeorꝝ cōprehenderūt iesū: et ligauerūt eum: et adduxerūt eum ad annā primū. Erat eniꝫ annas socer cayphe: q̄ erat pōtifex anni illiꝰ. Erat aūt cayphas qui ꝯsiliū dederat iudeis: q꜡ expedit vnum hoīem ꝑ pro pplo. Sequebatur autē iesum symō petrꝰ: et alius discipulus. Discipulus aūt ille erat notꝰ pōtifici: ꝛ introiuit cū iesu: ī atriū pōtificis. Petrꝰ aūt stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipul's aliꝰ q̄ erat notꝰ pōtifici: ꝛ dixit ostiarie ꝛ introduxit petrū. Dicit ergo petro āncilla ostiaria. Nūq̄d ꝛ tu ex discipulis es hoīs istiꝰ: Dicit

ille. Non sum. Stabant autem
serui et ministri ad prunas: quia fri-
gus erat: et calefaciebant se. Erat
autem cum eis et petrus stans: et
calefaciens se. Pontifex ergo in-
terrogauit iesum de discipulis
suis: et de doctrina eius. Respondit
ei iesus. Ego palam locutus sum
mundo. Ego semper docui in syna
goga: et in templo quo omnes iudei
conueniunt: et in occulto locutus
sum nihil. Quid me interrogas?
Interroga eos qui audierunt:
quid locutus sum ipsis. Ecce hi
sciunt: quid dixerim ego. Hec autem
cum dixisset: vnus assistens mini-
strorum dedit alapam iesu dicens.
Sic respondes pontifici? Respon
dit ei iesus. Si male locutus sum:
testimonium perhibe de malo. Si
autem bene: quid me cedis? Et mi-
sit eum annas ligatum: ad caypham
pontificem. Erat autem symon pe-
trus stans: et calefaciens se. Di-
xerunt ergo ei. Numquid et tu ex
discipulis eius es? Negauit ille
et dixit. Non sum. Dixit vnus ex
seruis pontificis: cognatus eius
cuius abscidit petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in orto cum illo?
Iterum ergo negauit petrus: et
statim gallus cantauit. Adducunt
ergo iesum ad caypham: in preto-
rium. Erat autem mane. Et ipsi
non introierunt in pretorium: vt
non contaminarentur: sed mandu-
carent pascha. Exiuit ergo pilatus
ad eos foras: et dixit. Quam accu
sationem affertis aduersus hominem
hunc? Responderunt et dixerunt ei.
Si non esset hic malefactor: non
tibi tradidissemus eum. Dixit ergo
eis pilatus. Accipite eum vos: et
secundum legem vestram iudicate eum. Di
xerunt ergo iudei. Nobis non licet
interficere quemquam. Ut sermo ie
su impleretur quem dixit: significans
qua morte esset moriturus. In-
troiuit ergo in pretorium pilatus:
et vocauit iesum et dixit ei. Tu es
rex iudeorum? Et respondit ie-
sus. A temetipso hoc dicis. An
alij dixerunt tibi de me? Respon-
dit pilatus Numquid ego iudeus
sum? Gens tua et pontifices tui:
tradiderunt te mihi. Quid feci-
sti? Respondit iesus. Regnum meum:
non est de hoc mundo. Si ex hoc
mundo esset regnum meum: ministri
mei vtique decertarent: vt non tra-
derer iudeis. Nunc autem regnum
meum non est hinc. Dixit itaque ei
pilatus. Ergo rex es tu? Respon-
dit iesus. Tu dicis quia rex sum
ego. Ego in hoc natus sum: et
ad hoc veni in mundum: vt testi-
monium perhibeam veritati. Omnis
qui est ex veritate: audit vocem
meam. Dicit ei pilatus. Quid est
veritas? Et cum hoc dixisset: iterum
exiuit ad iudeos: et dixit eis.
Ego nullam inuenio in eo causam.
Est autem consuetudo: vt vnum di-
mittam vobis in pascha. Uultis

ergo dimittā vobis regē iudeorum? Clamauerūt rursum oēs dicētes. Nō hunc sed barabam. Erat aūt barabas latro. Tunc ergo apprehēdit pilat⁹ iesum: et flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis īposuerūt capiti eius: et veste purpurea circūdederūt eum: et veniebant ad eum ꝛ dicebāt. Aue rex iudeoꝝ: Et dabāt ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis quia in eo nullā causam inuenio. Exijt ergo iesus: portās spineam coronā: et purpureū vestimentū. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eū pontifices ꝛ ministri: clamabāt dicentes. Crucifige: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eum vos: ꝛ crucifigite. Ego eīm nō inuenio ī eo causaꝫ. Responderūt ei iudei. Nos legem habem⁹: ꝛ scḋm legē debet mori: qꝛ filiū dei se fecit. Cuꝫ ergo audisset pilat⁹ hūc sermonē: magis timuit. Et ingressus est pretoriū iterū: ꝛ dixit ad iesum. Unde es tu? Jesus autē responsum nō dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris? Nescis qꝛ potestatē habeo crucifi͏gere te: et potestatē habeo dimittere te? Rn̄dit iesus. Non haberes potestatē aduersuꝫ me vllā: nisi tibi esset datuꝫ desup. Propterea q̇ tradidit me tibi: maius pctm̄ habet. Exinde q̄rebat pilatus dimittere eū. Judei vero: clamabāt dicētes. Si hunc dimittis: non es amicus cesaris. Oīs eīm qui se regē facit: cōtradicit cesari. Pilat⁹ aūt cū audisset hos sermōes: adduxit foras iesum: ꝛ sedit ꝓ tribunali in loco qui dicitur licostratos: hebraice autē gabatha. Erat autē parasceue pasche: hora q̄si sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vr̄. Illi aūt clamabāt. Tolle: tolle: crucifige eū. Dixit eis pilat⁹. Regē vestrū crucifigā? Rn̄derunt pōtifices. Non habemus regē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeret. Susceperūt aūt iesū: ꝛ eduxerūt. Et baiulās sibi crucem: exiuit in eū q̇ dicit̄ caluarie locū: hebraice golgotha: vbi eū crucifixerūt. Et cū eo alios duos hinc et hic: mediū autē iesuꝫ. Scripsit autē ꝛ titulum pilat⁹: ꝛ posuit sup crucē. Erat autē scriptum. Jesus nazarenus: rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulū mlti legerunt iudeoꝝ: qꝛ ꝓpe ciuitateꝫ erat locus: vbi crucifixus est iesus. Et erat scriptum: hebraice: grece: ꝛ latine: rex iudeoꝝ. Dicebant ergo pilato: pontifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed qꝛ ipse dixit: rex suꝫ iudeoꝝ. Rn̄dit pilatus. Qḋ scripsi: scripsi. Milites ergo cuꝫ crucifixis-

sent eum: acceperūt vestimenta eius: et fecerunt quattuor ptes: vnicuiq3 militi partē: et tunicā. Erat autem tunica incōsutilis: desup ɔterta per totū. Dixerūt ergo adinuicē. Nō scindam⁹ eā: sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Ut scriptura impleret̄ dicēs. Partiti sunt vestimēta mea sibi: ⁊ in vestē meā miserūt sortē. Et milites quidē hec fecerūt. Stabant autē iuxta crucē iesu mater ei⁹: ⁊ soror matris ei⁹ maria cleophe: et maria magdalene. Cū vidisset ergo iesus matrē: et discipulum stātem quē diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce fili⁹ tu⁹. Deīde dicit discipulo. Ecce mater tua. Ex illa hora: accepit ea3 discipulus in suā. Postea sciēs iesus q2 iā oīa cōsummata sunt: vt cōsummaret̄ scriptura: dicit. Sitio. Uas ergo positu3 erat: aceto plenū. Illi autē spongia3 plenā aceto: ysopo circūponentes: obtulerūt ori eius. Cū ergo accepisset iesus acetū: dixit. Cōsummatū est. Et inclinato capite: tradidit spiritū. Judei ergo qm̄ parasceue erat. vt nō remanerent ī cruce corpora sabbato: erat em̄ magnus dies ille sabbati: rogauerunt pilatū vt frangerētur eoꝝ crura: ⁊ tollerent̄. Uenerūt ergo milites: ⁊ primi q̄dē fregerūt crura: et alterius q̄ crucifixus est cum eo. Ad iesu3 aūt cum venissent. vt viderūt eum iā mortuū: nō fregerunt eius crura: sed vnus militu3 lācea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimoniū perhibuit: et veru3 est eius testimoniū. Et ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt em̄ hec: vt scriptura impleretur. Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit. Uidebūt in quem transfixerunt.

Euangelium.

Post hec autē rogauit pilatum ioseph abarimathia: eo q𝔡 esset discipulus iesu: occult⁹ aūt propter metū iudeoꝝ vt tolleret corpus iesu. Et permisit pilat⁹. Uenit ergo: et tulit corpus iesu. Uenit autē et nichodemus qui venerat ad iesum nocte primu3: ferens mixturā mirre et aloes: quasi libras centū. Acceperunt ergo corpus iesu: et ligauerunt eū lintheis cu3 aromatib⁹: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est ortus: et in orto monumentum nouum: in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorū: quia iuxta erat monumentu3 posuerunt iesum.

Oratio.




Oremus dilectissimi pro

ecclesia sancta dei. vt eam et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terraruz: subijciens ei principatus ⁊ potestates: detqz nobis quietã et trãsquillã vitam degẽtibus glorificare deuz patrẽ omnipotentez. Orem⁹. Flectam⁹ genua Leuate. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus: q̃ gloriaz tuã oĩb⁹ ĩ xp̃o gentib⁹ reuelasti: custodi opera misericordie tue. vt ecclesia tua toto orbe diffusa: stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per eũdez dominum nostrum iesum christũ ⁊c. Orõ.

Oremus et pro beatissimo papa nostro. N. vt deus et dominus noster: q̃ elegit eum in ordine episcopatus: saluum atqz incolumen custodiat ecclesie sue sancte ad regẽdũ populuz sanctũ dei. Orem⁹.



Flectam⁹ genua Leuate. Orõ.

Omnipotẽs sempiterne deus: cuius iudicio vniuersa fundantur. respice ꝓpicius ad preces nr̃as: et electũ a te nobis antistitẽ tua pietate cõserua. vt xp̃iana plebs que te gubernat auctore: sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeat. p.

Orem⁹ ꝛ ꝓ oĩb⁹ epĩs: Orõ. p̃sbyteris: diaconib⁹: subdiaconib⁹: acolytis: exorcistis: lectorib⁹: ostiarijs: confessorib⁹: virginibus: viduis: et ꝓ omĩ populo sctõ dei. Orem⁹. flectam⁹.

Omnipotẽs sempiterne deus: cuius spiritu totuꝫ corpus ecclesie sctificatur et regit: exaudi nos ꝓ vniuersis ordinibus supplicãtes. vt gr̃e tue munere ab oĩbus tibi gradib⁹ fideliter seruiat. Per. ĩ vnitate. orõ.

Oremus et pro xp̃ianissimo rege nr̃o. N. vt deus ꝛ dñs noster subditas illi faciat omẽs barbaras natiões: ad nostrã ꝑpetuã pacẽ. Orem⁹ flectamus.

Omnipotẽs sempiterne deus. in cui⁹ manu sunt oĩm potestates: ꝛ omnia iura regnorum: respice ad romanum benignus imperiũ. vt gentes que in sua feritate confidunt: potentie tue dextera cõprimant. p. Orõ

Oremus ꝛ ꝓ cathecuminis nostris. vt deus et dñs noster: adaperiat aures p̃cordiorꝫ ipsorꝫ: ianuãqꝫ mĩe. vt per lauacrum regeneratiõis accepta remissione omniũ pctõrꝫ: et ipsi inueniãtur in christo iesu domino nostro. Oremus flectamus.

Omnipotẽs sempiterne deus: qui ecclesiã tuam noua semper prole fecundas: auge fidem et intellectũ cathecuminis nr̃is: vt renati fonte baptismatis adoptionis tue filijs aggregentur. Per. Oratio

Oremus dilectissimi nobis deum patrẽ oĩpotentẽ. vt cũctis mundũ purget erroribus: morbos auferat: famẽ depellat: aperiat carceres: vincula dissoluat: peregrinantib⁹ reditũ: infirmãtibus sanitatem: nauigãtibus portum salutis indulgeat.

Oremus flectam⁹ genua.

Omnipotẽs sempiterne deus: mestorũ cõsolatio: laborantium fortitudo: perueniãt ad te preces de quacũqꝫ tribulatione clamantiũ. vt omnes sibi in necessitatibus suis mĩam tuã gaudeant affuisse. Per. Oratio.

Oremus et pro hereticis et scismaticis. vt deus et dñs noster eruat eos ab errorib⁹ vniuersis. ꝛ ad sctãm matrẽ ecclesiã catholicã atqꝫ apostolicã reuocare digneẽ. Oremus flectam⁹.

Omnipotens sempiterne deus: q̄ sal uas oēs: et nemīnē vis pire: respice ad aīas diabolica fraude deceptas. vt oi heretica praui tate deposita: errantiū corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatē. Per. Oro.

Oremus et p perfidis iudeis. vt deus et dn̄s nr̄ auferat velamē de cordibus eorū. vt et ipsi agnoscāt iesum xp̄m dn̄m nostrū. Hic nō dr̄ oremus flec.ge.le. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: q̄ etiā iudaicā perfidiā a tua mīa non repellis: exaudi p̄ces nr̄as quas p illius ppl̄i obcecatiōe deferimus. vt agnita veritatis tue luce q̄ xp̄s ē: a suis tenebris eruātur. Per eundē. Hic nō dr̄ amē.

Oremus et p paganis. vt deus oīps auferat iniq̄tatē a cordibus eorū: et relictis ydolis suis cōuertant ad deū viuū et verū et vnicū filiū eius iesum xp̄m deū et dn̄m nr̄m: cū quo viuit et regnat cū spū scō deus. Oremus flectamus.

Omnipotens sempiterne deus: q̄ nō mortē pctōrū: sz vitā semp inq̄ris: suscipe ppicius orōnē nostrā et libera eos ab ydolorū cultura: et aggrega eccl̄ie tue scē ad laudē et gl̄iam noīs tui. p. Ad crucē.

Popule meus q̄d feci tibi aut in quo cōtristaui te responde mihi. ℣. Qr eduxi te de terra egipti parasti crucem saluatori tuo. Chorus. Agios otheos. Agios bisq̄ros. Agios athanatos eleyson ymas. Sanctus deus. Sanctus fortis. Sanctus et imortalis miserere nobis. Quia eduxi te p desertū quadraginta annis et māna cibaui te et introduxi in terrā satis optimā parasti crucem saluatori tuo. Agios. Sanctus deus. Quid vltra debui facere tibi et non feci ego quidē plātaui te vineā meā speciosissimā et tu facta es mihi nimis amara aceto nāqz siti meā potasti et lācea pforasti latus saluatori tuo. Agios. Sanctus deus. Ad crucē p̄parādā.

Ecce lignū crucis in quo salus mūdi pepēdit venite adoremus. Ps. Bti imaculati. ℟. Beati qui scrutant. Ad crucē adorādā.

Dū fabricator mūdi mortē supplicij pateret i cruce clamās voce magna tradidit spm̄ et ecce velū tēpli scissuz est monumēta apta sūt terre motus ei factus fuerat magnus: qr mortē filij dei clamabat mūdus se sustinere nō posse apto ergo a milite lācea latere cruci fixi dn̄i exiuit sāguis et aq̄ i redētiōe salutis nr̄e. an. O crux splendidior cūctis astris mūdo celebris hoībus multū amabilis sāctior vniuersis q̄ sola fuisti digna portare talentū mūdi dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera salua p̄sentē catervā i tuis iugiter laudibus cōgregatā. an. O crux admirabile signū i quo dn̄s noster dei filius ē suspēsus p nr̄orū pōdere criminuz mortis dānauit supplicium et sāguis eius effusus est in p̄ciū nr̄e salutis. an. O crux venerāda q̄

sola fuisti digna portare regē celoꝝ

Pange lingua Hy⁹. et dñm.

Pgl'iosi pliū certamis et sup̄ crucis tropheū dic triūphū nobilē q̄liter redēptor orbis imolat⁹ vicerit. ℣. Crux fidelis inter oēs arbor vna nobilis nulla silua talē pfert frōde germine dulce lignū dulces clauos dulce pōdus sustinet. ℣. De parētis pthoplasti fraude fctā cōdolēs qn̄ pomi noxialis morte morsu corruit ipse lignū tūc notauit dāna ligni vt solueret. P̄. Crux fidel. ℣. Hoc op⁹ nr̄e salutis ordo depoposcerat multiformis pditoris:ars vt artē falleret:et medelam ferret inde hostis vn̄ leserat. P̄s. Crux fidel. ℣. Qn̄ venit ergo sacri plenitudo tp̄is missus ab arce pr̄is nat⁹ orbis cōditor ac de vētre ꝟginali caro fact⁹ pdijt. P̄s. Crux fidel. ℣. Uagit ifās inter arta posit⁹ p̄sepia mēbra pānis inuoluta ꝟgo mat̄ alligat ⁊ man⁹ pedesq̄ȝ crura stricta cigit facia. P̄. Crux fid. ℣. Hoc corp⁹ qđ pvobis tradet̄ hic calix noui testamēti ē i meo sāguie dicit dñs hoc facite quotiēscūq̄ȝ sumitis in meam cōmemorationem.

De sabbato sancto. Officiū.

In sabbato sācto finita nona:sacerdos bn̄dicit ignē nouiter excussum. Quo bn̄dicto diaconus accipit serpētē lūie nouo supposito. Et i medio nauis eccl'ie dicit flexis genib⁹ mediocri voce. lumē xp̄i. Et chor⁹ rn̄det. Deo grās Secūda vice in itroitu chori alta voce. Tertia vice in medio chori altissima voce iuxta letricū ⁊ ibi dimittat. Quo fctō bn̄dicit cereū. Et cū dixerit Suscipe scē pr̄: incēsi hui⁹ sacrificiū vesptinū iponat q̄nq̄ȝ pecias icēsi i cereo i modum crucis. Cū ꝟo dixerit. In honore dei rutilās ignis. accendit de igne nouo q̄ est sup serpētem ipsum cereū. Post paululū cū dixerit. Qui licet diuisus in partes. accēdunt̄ ex eo due cādele q̄ sunt in cādelabris an̄ eū. Cereo bn̄dicto extingunt̄ dicte cādele. vsq̄ȝ ad Credo. in missa. Postea legunt̄ lectiōes. Deide cātor incipiat letaniā. Et cū venerit ad martires: ille q̄ portat serpētē illuminatū p̄cedat crucē in pcessiōe ad fōtes. Et cū venerint ad fōtes bn̄dicātur ⁊ baptizentur si qui fuerīt baptizandi. Quo facto cātor incipiat respōsum. Cantemus dño ⁊ reuertātur. Quo finito resumat et finiat letaniā. His peractis cātor vel diaconus accipiat serpentem ardentē: et dicat in media naui mediocri voce primo flexis genibus Accēdite. Scđo alta voce in itroitu chori Tertio altissima voce i medio chori: et ibi dimittat: ⁊ nihil sibi rn̄det. Tunc ꝟo cantores incipiūt alta voce. Kyrieleyson. ⁊ sacerdos accedit ad altare ⁊ facta cōfessiōe:cum inci-

pit deuotissime. Gl'ia i excelsis. oĩa signa in classiẽ pulcent. post euãgeliũ Credo. et oĩa luminaria q̃ prius erãt extĩcta de nouo igne cerei accendũtur. Hac die nõ dr offerẽda. nec agn⁹ dei. nec pax p oscula datur. Prefatio de die pasche dr hoc modo. Sz in hac potissimũ nocte. Et dr cõicantes. et hãc igit. Cũ vo sacerdos cõicare cepit. De vespis. cãtor incipiat voce altissima. All'a ter. cũ psalmo toto. Laudate dominũ omnes gẽtes. Gl'ia patri. Postea incipit sacerdos añam Vespe autẽ sabbati. q̃ post magnificat repetat. vt est moris: et cum neuma finiat. Deiñ dr bñdicam⁹ dño all'a. Et sic missa et vespere finiantur. Lectio.

In principio creauit de⁹ celum z terrã. Terra aũt erat inanis z vacua. Et tenebre erãt sup faciẽ abyssi. Et spũs dñi ferebat sup aquas. Dixitqz de⁹. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit de⁹ lucẽ q̧ esset bona: et diuisit lucẽ ac tenebras: appellauitqz lucẽ diem: et tenebras noctẽ. Factũqz est vespe et mane: dies vn⁹. Dixit quoqz de⁹. Fiat firmamentũ in medio aquax: et diuidat aquas ab aq̃s. Et fecit de⁹ firmamentũ: diuisitqz aquas q̃ erãt sub firmamẽto: ab his que erãt sup firmamẽtũ. Et fctm̃ est ita. Vocauitqz de⁹ firmamẽtuz celũ. Et fctm̃ est vespe et mane: dies scd̃s. Dixit vo de⁹. Cõgregent aque q̃ sub celo sunt ĩ locũ vnũ: z appareat arida. Factũqz est ita. Et vocauit de⁹ aridã terram: cõgregatiõesqz aquax: appellauit maria. Et vidit de⁹ q̃d esset bonũ: z ait. Germiet terra herbã virentẽ: et facientẽ semẽ. z lignũ pomiferũ faciẽs fructuz iuxta gen⁹ suũ: cui⁹ semẽ ĩ semetipso sit sup terrã. Et fctm̃ est ita Et ptulit terra herbã virentẽ: z ferentẽ semẽ iuxta gen⁹ suum: lignũqz faciẽs fructũ: et habens vnũquodqz semẽ scd̃m speciem suã. Et vidit de⁹ q̃d esset bonũ. Factũqz est vespe z mane: dies tertius. Dixit aũt deus. Fiat luminaria ĩ firmamẽto celi: z diuidãt diẽ z noctẽ: z sint in signa et tempora: z dies: et annos. vt luceãt in firmamẽto celi: et illuminent terrã. Et factũ est ita. Fecitqz de⁹ duo magna lumĩaria. Luminare mai⁹ vt p̃esset diei: et luminare min⁹ vt p̃esset nocti: et stellas. Et posuit eas ĩ firmamẽto celi. vt lucerẽt sup terrã: z p̃essent diei ac nocti. vt diuiderẽt lucẽ ac tenebras. Et vidit de⁹ q̃d esset bonũ. Factũqz est vespe et mane: dies quart⁹. Dixit etiam de⁹. Producãt aq̃ reptile aĩe viuentis: et volatile sup terrã sub firmamẽto celi. Creauitqz de⁹ cete grãdia. et oẽm aĩam viuen-

tem atqз motabilē: quā produ-
xerant aque in species suas: ⁊ oē
volatile scđm genus suū. Et vi-
dit deus qđ esset bonū: benedi-
xitqз eis dicēs. Crescite ⁊ multi-
plicamini: et replete aquas ma-
ris: auesqз multiplicent̃ sup ter-
ram. Et factū est vespere et ma-
ne: dies quintus. Dixit quoqз
deus. Producat terra aīam vi-
uentem in gñe suo: iumēta et re-
ptilia et bestias terre scđm spēs
suas. Factumqз est ita. Et fecit
deus bestias terre iuxta species
suas: et iumēta et omne reptile
terre in gñe suo. Et vidit deus
quod esset bonū: ⁊ ait. Faciam⁹
hominē ad ymaginē ⁊ similitu-
dinem nostrā: et presit piscibus
maris et volatilib⁹ celi: ⁊ bestijs
terre vniuerseqз creature: oīqз
reptili quod mouet̃ in terra. Et
creauit deus hominē ad ymagi
nem et similitudinem suaз. Ad
ymaginē dei creauit illuз. Ma-
sculū ⁊ feminā creauit eos. Be-
nedixitqз illis deus: et ait. Cre-
scite et multiplicamini: et reple-
te terrā et subijcite eam: et dña-
mini piscib⁹ maris: et volatilib⁹
celi: et vniuersis animātib⁹ que
mouētur super terram. Dixitqз
deus. Ecce dedi vobis oēm her
bem afferentē semen super ter-
ram: ⁊ vniuersa ligna que habēt
in semetipsis sementē gñis sui:
vt sint vobis in escam: ⁊ cunctis
animātib⁹ terre: omniqз volu-
cri celi: ⁊ vniuersis q̄ mouent̃ in
terra: et in quib⁹ est aīa viuens:
vt habeāt ad vescendū. Et fctm̄
est ita. Viditqз deus cūcta que
fecerat: et erant valde bona. Et
factum est vespere ⁊ mane: dies
sextus. Igitur pfecti sunt celi et
terra: ⁊ oīs ornatus eoꝝ. Cōple
uitqз de⁹ die septimo opus suū
quod fecerat: et requieuit die se-
ptimo ab vniuerso opere quod
patrarat. Oratio.

DEus qui mirabiliter crea-
sti hoīem et mirabilius redemi-
sti: da nobis q̄s contra oblecta-
menta pcti mētis ratiōe psiste-
re. vt mereamur ad gaudia eter-
na peruenire. Per. Lectio scđa.

FActum est in vigilia matu-
tina: et ecce respiciens dñs
sup castra egiptioꝝ p colūpnā
ignis et nubis: interfecit exerci-
tum eoꝝ: et subuertit rotas cur-
ruum: ferebāturqз in pfundū.
Dixerūt ergo egiptij. Fugiam⁹
israelē. Dñs em̄ pugnat p eis
cōtra nos. Et ait dñs ad moy-
sen. Extēde manū tuaз sup ma-
re. vt reuertantur aque ad egip-
tios: sup currus et equites eoꝝ.
Cūqз extēdisset moyses manū
cōtra mare: reuersum est primo
diluculo ad priorē locū. Fugiē-
tibusqз egiptijs: occurrerūt aq̄:
⁊ inuoluit eos dñs ī medijs flu-
ctib⁹. Reuerseqз sunt aq̄: ⁊ ope-

ruerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis: et qui insequētes ingressi fuerāt mare: nec vnus quidē supfuit ex eis. Filij aūt israel prexerūt p mediū sicci maris: et aq̄ eis erāt quasi p muro a dextris et a sinistris. Liberauitq̄ dn̄s ī die illo isrl̄ de manu egiptiorꝝ: et viderūt egiptios mortuos sup littus maris: et manum magnā quā exercuerat dominus cōtra eos. Timuitq̄ populus dn̄m: et crediderūt dn̄o et moysi seruo eiꝰ. Tūc cecinit moyses et filij isrl̄ carmē hoc dn̄o: et dixerūt. Tractū. Cantemꝰ dn̄o gl̄iose em̄ honorificatꝰ est equum et ascensorē ꝓiecit in mare adiutor et protector factꝰ es mihi in salutē. ℣. Hic deus meꝰ et honorificabo eum deꝰ patris mei et exaltabo eū. ℣. Dominꝰ cōteret bella dn̄s nomē est illi.

Oro. Deus cuius antiqua miracula etiā nr̄is sc̄lis coruscare sentimꝰ: dū qđ vni pp̄lo a persecutiōe egipti liberando: dextere tue potētia ꝯtulisti id in salutē gentiū per aquā regenerātiōis oparis: p̄sta vt et ī abrahe filios: et in israeliticā dignitatē: totius mundi transeat plenitudo. Per dn̄m. Lectio tertia.

Apprehendent septē mulieres virū vnū in die illa: dicētes. Panē nostrū comedemꝰ: et vestimētis nostris operiemur tantūmodo inuocet nomē tuū super nos. Aufer obprobriū nostrum. In die illa erit germē domini in magnificētia et gloria: et fructus terre sublimis: et exultatio his q̄ saluati fuerint ex israel. Et erit oīs qui relictus fuerit in syon: et residuus in hierl̄m sanctꝰ vocabit: omnis qui scriptus est in vita in hierl̄m. Si abluerit dominus sordes filiaꝝ syon: et sanguinem hierusalē lauerit de medio eius: in spiritu iudicij et spiritu ardoris. Et creabit dn̄s super omnē locū mōtis filie syon: et vbi inuocatus est nubē p diē: et fumū et splendorē ignis flammantis in nocte. Sup oēm enim gloriā protectio: et tabernaculū erit in vmbraculū diei ab estu: et in securitatē et absconsionem: a turbine et a pluuia. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandum paschale sacramētum: vtriusq̄ testamenti paginis instruis. da nobis intelligere misericordiā tuā. vt ex perceptione presentiū munerum: firma sit expectatio futurorum. Per dominum nostrum. Lectio quarta.


Hec ē hereditas seruoꝝ domini: et iustitia eoꝝ apđ me dicit dn̄s. Oēs sitientes venite ad aquas: et qui nō habetis argentū properate: emite: et comedite. Venite emite absq̄ argēto: et absq̄ vlla cōmutatiōe: vinū et lac. Quare appenditis argē-

tum nō in panibus: ꝛ laborē ve-
strum nō in saturitate: Audite
audiētes me: ꝛ comedite bonū:
et delectabit̄ in crassitudine aīa
vr̄a. Inclinate aurē vestrā: et ve
nite ad me. Audite: et viuet aīa
vestra. Et feriā vobiscū pactum
sempit̄nū: mias dauid fidelis.
Ecce testē ppl'is dedi eum: ducē
ac p̄ceptorē gētib⁹. Ecce gentes
quas nesciebas vocabis: ꝛ gen-
tes q̄ nō cognouerūt te ad te cur-
rent: ꝑpter dn̄m deū tuū ꝛ sctm̄
israel: q̄ glorificauit te. Querite
dn̄m dum inueniri pōt: inuoca-
te eū dū ꝓpe est. Derelinquat
impius viā suā: ꝛ vir iniqu⁹ cogi
tatiōes suas: et reuertat̄ ad do-
minū ꝛ miserebit̄ eius: ꝛ ad deū
nostrū qm̄ mult⁹ est ad ignoscē-
dum. Non em̄ cogitatiōes mee
cogitatiōes vestre: neq₃ vie vr̄e
vie mee dicit dn̄s: q₂ sicut exaltā
tur celi a terra: sic exaltate sunt
vie mee a vijs vestris: et cogita-
tiones mee a cogitationib⁹ ve-
stris. Et quomō descendit ym-
ber et nix de celo: ꝛ illuc vltra nō
reuertitur: sed inebriat terram ꝛ
infundit eā: et germinare ea₃ fa-
cit: et dat semen serēti et panem
comedenti: sic erit verbū meum
quod egrediet̄ de ore meo. Di-
dn̄s omp̄s. Tractū. Vinea facta
est dilecto in cornu in loco vberi.
℟. Et macheria circūdedit et circū-
fodit et plātauit vineā soreth et edi
ficauit turrem in medio eius. ℣. Et
torcular fodit in ea vinea enim dn̄i
sabaoth dn̄s israel est. Orō.
Deus q̄ ecclesiā tuā semper
gentiū vocatione multipli-
cas: ꝯcede ꝓpici⁹. vt quos aqua
baptismatis abluis: ꝯtinua ꝓ-
tectiōe tuearis. per do. Lect. v.
Scripsit moyses canticū: et
docuit filios israel. Prece-
pitq₃ iosue filio nū: et ait. Con-
fortare et esto robustus. Tu em̄
introduces filios israel in terrā
quā pollicitus su₃: et ego ero te-
cum. Postq̄ꝫ ergo scripsit moy-
ses verba legis huius in volu-
mine atq₃ cōpleuit: precepit le-
uitis qui portabant archam fe-
deris domini: dicens. Tollite li-
brum istu₃ et ponite illum in la-
tere arche federis dn̄i dei nr̄i. vt
sit ibi contra te in testimonium.
Ego em̄ scio contentionē tua₃:
et ceruicem tuam durissimam.
Adhuc viuente me et ingrediē-
te vobiscum: semper cōtentiose
egistis cōtra dominū. Quāto-
magis cū mortuus fuero: Con
gregate ad me oēs maiores na-
tu per tribus vr̄as atq₃ docto-
res: ꝛ loquar audientib⁹ eis ser-
mones istos: et inuocabo cōtra
eos celū ꝛ terrā. Noui em̄ quod
post mortē meā iniq₃ agetis: et
declinabitis cito de via quā pre-
cepi vobis: ꝛ occurrēt vobis ma
la i extremo tp̄e: qn̄ feceritis ma

lum in cõspectu dñi. vt irritetis eum per opera manuũ vestrarum. Locutꝰ ẽ ergo moyses audiẽte vniuerso cetu israel: verba carminis huius: et ad finem vsqꝫ compleuit. Tractũ. Attende celum ⁊ loquar et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meum et descendãt sicut ros verba mea sicut ymber super gramina ⁊ sicut nix supra fenũ quia nomẽ dñi inuocabo. ℣. Date magnitudinem deo nostro dei vera opera eius et oẽs vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas iustꝰ et sanctus dominus. Oratio.

Concede q̃s oĩpotens deꝰ. vt q̃ festa paschalia agimꝰ: celestibus desiderijs accẽsi: fontem vite sitiamꝰ. Per dñm.


¶ Sabbato in vigilia pasche finita nona sacerdos benedicit ignem nouiter excusum. Quere benedictionẽ ignis in die purificationis. Quo bñdicto diaconus accipit serpentẽ lumine nouo supposito. Et in medio ecclesie dicit flexis genibꝰ mediocri voce. Lumẽ xpi. ⁊ chorus respõdet. Deo gratias. Scđa vice in introitu chori alta voce. Tertia vice in medio chori altissima voce iuxta letricum et ibi dimittit. Quo facto bñdicit cereũ. Et cũ dixerit. Suscipe sãcte pater. incensi huius sacrificiũ vespertinuꝫ imponat q̃nqꝫ pecias incensi in cereo in modũ crucis. Quo facto legũtur lectiones sine cãdelis accẽsis vsqꝫ ad Credo. Et finitis lectionibꝰ cãtor incipit letaniam vsqꝫ ad martires. Et cum venerint ad martires ille q̃ portat serpentẽ illuminatũ p̄cedat crucẽ in p̄cessiõe ad fõtes. Et cũ venerit ad fontes benedicãtur. Quo facto cantor incipit respõsum Cantemus: et reuertũtur. Quo finito refiniat ⁊ finiat letaniam. His pactis cãtor vel diaconus accipit serpẽtem et dicit ĩ medio nauis mediocri voce primo flexis genibꝰ. Ascẽdite. Secũdo alta voce in Introitu chori. Tertio altissima voce ĩ medio chori et ibi dimittit et nihil ei respondetur. Bñdictio cerei.



Exultet iam angelica turba



celorum. Exultent diuina



misteria et pro tanti regis vi



ctoria tuba in tonet saluta-

ris. Gaudeat se tellus: tãtis
irradiata fulgoribꝰ et eterni
regis splẽdore lustrata: totiꝰ
orbis se sentiat ami sisse
cali ginẽ. Leteť et mater ec-
clesia tãti luminis adornata
fulgoribꝰ ⁊ magnis populoꝝ
vocibꝰ hec au la resul tet.
Quapropť astãtibꝰ vobis frẽs

carissimi: ad tã mirã sctĩ huiꝰ
lumĩs claritatē: vna mecum
queso dei omnipotentis mise-
ricordiã inuo cate. Ut q̃ me
nõ meis meritis intra leuitarũ
numerũ dignatus est aggrega
re: luminis sui gratiam in-
fundẽdo cerei huiꝰ laudẽ im-
ple re ꝑfici at. Per dñm no-

strũ iesuz xp̄m filium suũ: cuz quo viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per om̄ia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscũ. Et cum spiritu tuo. Sursũ corda. Habemus ad dominuz. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum ꝛ iustum est.

Vere quia dignũ et iustuz est. Inuisibilem deuz omnipotentem patrē filiumqꝫ eius vnigenituz dn̄m nostruz iesum christũ cuz sancto spiritu: toto cordis ac mētis affectu et vocis ministerio personare. Qui ꝑ nobis eterno patri ade debituz soluit ꝛ veteris

piaculi cautionē pio cruore
detersit. Hec sūt enī festa pa-
schalia in quib' ille verus agn'
occiditur eiusqꝫ sanguine po-
stes fidelium consecrantur.
Hec nox est in qua primū
patres vestros filios israel
eductos de egipto rubrū ma-
re sicco vestigio trāsire feci-

sti. Hec igitur nox est q̄ pecca-
torum tenebras colūne illu-
minatione purgauit. Hec nox
est q̄ hodie per vniuersū mun
dum in christū credentes a vi-
cijs seculi et caligine pecca-
toruꝫ segregatos reddit gra
tie soci at sanctitati. Hec
nox est in q̄ destructis vinculis

mortis xp̄us ab inferis victor ascēdit. Nihil eniꝫ nobis na-sci profuit nisi redimi profu-isset. O mira circa nos tue pieta tis dignatio. O in-estimabilis dilectio carita-tis vt seruū redimeres filium tradidisti. O certe necessari-um ade peccatum quod christi morte deletum est. O felix culta que talez ac tm̄ meruit habere redēptorē. O ve-re beata nox q̄ sola meruit sci-re tēpus et horā in qua xp̄s ab inferis resurrexit. Hec nox est de qua scriptū est ꝛ nox vt dies illuminabit ꝛ nox illumina-tio mea in deli ciis meis.



Huius igitur sanctificatio



noctis fugat scelera culpas



lauat et reddit innocentiam.



lapsis et mestis leticiam. Fu-

Hic quinq₃ grana incẽsi a diacono infigunt cereo in modum crucis.



gat odia concordiã₃ parat et



curuat imperia. In huius igi-




tur noctis gratia suscipe sctẽ



pater incensi huius sacrifici-



um vespertinũ qd tibi in hac ce-



rei oblatione solẽni per mi-




nistrorũ manus de operibus



apũ sacrosancta reddit eccl'ia.



Sed iã colũne hui9 preconia



nouimus quã ĩ honore dei ru-



Hic accendat cereus.

tilans ignis ascẽdit.



Qui licet diuisus in partes mu



tuati tamẽ luminis detrimẽ-

ta nõ nouit. Alitur liquanti-
bus ceris quas ĩ substantiaꝫ
preciose huius lampadis apis
mater eduxit. O vere beata
nox q̃ expoliauit egiptios di-
tauit hebreos. Nox in qua ter-
renis ce lestia humanis di-
uina iunguntur.

Hic accẽdunť lãpades.

O ramus ergo te domĩe
vt cereus iste in honorem no-
minis tui consecratus ad no-
ctis huiꝰ caliginẽ destruen-
dam indeficiens pseueret. In
odorem suauitatis acceptus
supernis luminaribus misce-
atur. Flammas eius lucifer
matutinus inueniat. Ille in
quam lucifer q̃ nescit occasum.

Ille qui regressio ab inferis hu
mano generi serenus illuxit.
Pre camur ergo te domi-
ne vt nos famulos tuos ꝛ oēm
cleruz et deuotissimum popu-
lum vna cū beatissimo papa
nostro. ill. Et rege nr̄o lu-
douico atq3 episcopo nostro.
ill. et pꝛīcipib9 nr̄is quiete
tēpoꝛū cōcessa in his pascha
libus gaudijs conseruare di-
gneris. Per dn̄z nr̄m iesuz chri
stuz filium tuuz q̄ tecuz viuit
et regnat i vnitate spūs san-
cti deus. Per omnia secula
seculoꝛuz. Amen.

¶ Sequitur officium in vigilia pasche. et primo benedictio fontium. Oro. ℣. Adiutoriū nostrū. ℟. Qui fecit. ℣. Sit nomē dn̄i. ℟. Ex hoc nūc. ℣. Dn̄e exaudi. ℟. Et cla. ℣. Dn̄s vobiscū. Oremꝰ. Oro.

Omnipotēs sempiterne deus. adesto magne pietatis

tue misteriis: adesto sacramentis: et ad creãdos nouos populos quos tibi fons parturit baptismatis spm̃ adoptiõis emitte. vt qđ hũilitatis nr̃e gerendũ est misterio tue ỽtutis impleat effectu. Per do. no. iesũ xp̄m filiũ. qui te. vi. ⁊ re. de⁹. Prefatio.

Per omnia secula seculorum.

Dñs vobiscũ. Sursuꝫ corda.

Grãs agamus dño deo nr̃o.

Uere dignũ ⁊ iustũ est equuꝫ et salutare. Nos tibi semꝑ et vbiqꝫ grãs agere. Domine sancte pater omp̄s eterne de⁹.

Qui inuisibili potentia sacramẽtorũ tuoꝝ mirabiliter operaris effectũ. Et licet nos tãtis misteriis exequẽdis simus indigni: tu tamen gratie tue dona non deserens etiam ad nostras p̄ces aures tue pietatis inclina. Deus cuius spirit⁹ suꝑ aquas ĩter ipsa mũdi pri-

mordia ferebatur. vt iam tūc vir
tutē sanctificationis aquarū
natura cōciperet. Deus q̄ no-
cētis mūdi crimina per aquas
abluēs regeneratiōis speciē
in ip̄a diluuij effusione signa-
sti. vt vnius eiusdēqꝫ elemen-
ti ministerio et finis esset vi-
cijs et origo virtutib⁹. Respi-

ce dn̄e in facieꝫ ecclesie tue
Et multiplica in ea regenera-
tiones tuas. Qui gratie tue
affluentis impetu letificas
ciuitatem tuam: fontemqꝫ
baptismatis aperis toto orbe
terraꝝ gētib⁹ innouādis. Ut
tue maiestatis imperio su-
mat vnigeniti tui gratiam de

Hic diuidat aquā in modum crucis.

spiritu sancto.

Qui hāc aquā regenerādis hominib⁹ pparatā archana sui luminis admixtiōe fecūdet: vt sanctificatione cōcepta ab immaculato diuini fontis vtero in nouā renati creaturam progenies celestis emergat. Et quos aut sex⁹ in corpe aut etas

discernit in tpe. Oēs in vnam pariat gr̄a mater infantiam. Procul ergo hīc iubēte te dn̄e omnis spiritus īmūdus abscedat pcul tota nequitia dyabolice fraudis absistat. Nihil hic loci habeat contrarie virtutis admixtio nō insidiando circumuolet non latendo subri-

piat nõ inficiendo corrũpat.
Hic manu tangat.
Sit hec sancta ꝛ ĩnocẽs creatura libera ab omni impugnatoris incursu. Et totiꝰ neq̃tie purgata discessu. Sit fõs viuꝰ: aqua regenerãs: vnda purificãs. Ut oẽs hoc lauacro salutifero diluendi operãte in eis spiritu sctõ: perfecte purgationis indulgẽtiam cõsequãtur.
Hic secundam crucem faciat.
Unde benedico te creatura aque: per deuz ✠ viuũ: p deũ ✠ veruz: p deũ ✠ sctm̃ q̃ te in p̃ricipio ṽbo separauit ab arida: cuiꝰ spũs sup te ferebatur in mundi creatione: qui te de paradiso manare fecit: et in quattuor flumi- ĩq̃ttuor ptes
Hic diuidat aquã in modum crucis.


nibus totaꝫ terrā rigare pre-
cepit. Qui te in deserto amarā
suauitate indita fecit esse po
tabilē et sitienti populo de
petra produxit.

Hic ter faciat crucem.

Bene✠dico te ꝑ iesuꝫ xp̄m
filium eius vnicuꝫ dominū
nr̄m qui te in chana galilee
signo admirabili sua potētia
conuertit in vinū. Qui pedib᷒
sup te ambulauit. Et a iohan-
ne in iordane in te baptizatus
est. Qui te vna cū sanguine de
latere suo ꝓduxit: ꝛ discipulis
suis iussit. Ut credētes bapti-
zarent in te dicēs. Ite docete
oēs gētes baptizātes eos. In
noīe pr̄is ꝛ filij et spūs sancti.

Hic mutat vocẽ quasi legendo: et sequitur.


HEc nobis p̃cepta seruãtib⁹ tu de⁹ op̃s clemens adesto tu benign⁹ aspira. Insufflat in aquã ter. tu has simplices aq̃s tuo ore bñdicito. vt preter naturalẽ emũdationẽ quã lauandis possũt adhibere corporib⁹: sint etiã purificatis mentibus efficaces. Hic mittat cereos in aq̃:



Descẽdat ĩ hãc plenitudinẽ fon



tis virtus sp̃us sc̃tĩ: totãq; hu



ius aque substãtiã regenerã




Hic extrahant cerei de aqua.

di fecũdet effectu.



Hic omnium pctõꝝ macule




deleantur. Hic natura ad yma




gines tuã cõdita et ad honorẽ




sui reformata p̃ricipij: cũctis




vetustatis scaloribus emũde



tur vt oĩs homo hoc sacramẽ



tum regenerationis ingressus



in vere innocentie nouam in



fantiam renascatur.

Et dicitur legendo. Per dominum nostrũ iesum xp̃m. Deide infunditur crisma in modũ crucis et legendo dicat.

SAnctificet̃ ⁊ fecũdet̃ fons iste: ex eo renascentib⁹ in vitam eternã. Amẽ. In noĩe p̃ris et filij et spiritussancti. Amẽ.

¶ Ad missam. Kyrieleysõ. Xp̄e leyson. Gloria in excelsis. Oratio

DEus q̄ hāc sacratissimā noctē gl'ia dn̄icē resurrectõis illustras: ꝯserua ī noua familie tue ꝓgenie adoptiõis sp̄m quē dedisti. vt corpe ꝛ mēte renouati: purā tibi exhibeāt seruitutē. Per eūdē eiusdē. Lectio ep'le bti pauli ap'li ad colocēses. cap. iij.

FRatres: Si cōsurrexistis cū xp̄o: q̄ sursū sunt q̄rite: vbi xp̄s est in dextera dei sedēs. Que sursum sunt sapite: non q̄ sup terrā. Mortui em̄ estis: ꝛ vita vr̄a abscōdita ē cū xp̄o ī deo. Cū ei xp̄s apparuerit vita vr̄a: tūc ꝛ vos apparebitis cū ipso in gl'ia. All'a. ℣. Cōfitemini dn̄o qm̄ bon⁹ qm̄ in scl'm mia eius. Tractū.

Laudate dn̄z oēs gētes ꝛ collaudate euz oēs ppl'i. ℣. Qm̄ cōfirmata ē sup nos mia ei⁹ et ℣itas dn̄i manet in eternū. Scd'z matheū. c. xxviij

VEspere aūt sabbati: q̄ lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū. Et ecce terremot⁹ fact⁹ est magn⁹. Angel⁹ eī dn̄i descēdit de celo: ꝛ accedēs reuoluit lapidē: ꝛ sedebat super eū. Erat aūt aspect⁹ ei⁹ sicut fulgur: ꝛ vestimēta ei⁹ sicut nix. Pre timore aūt ei⁹ exterriti sūt custodes: ꝛ facti sūt velut mortui. Respōdens aūt angelus: dixit mulierib⁹. Nolite timere vos. Scio em̄: q iesuz q̄ crucifix⁹ est q̄ritis: nō est hic. Surrexit em̄: sicut dixit. Venite ꝛ videte locū: vbi posit⁹ erat dn̄s. Et cito eūtes: dicite discipl'is ei⁹ q꞉ surrexit. Et ecce ꝑcedit vos in galileā. Ibi euz videbitis: ecce dixi vobis. Credo in vnū deum. Secreta. Or̄o.

SVscipe q̄s dn̄e preces ppl'i tui cū oblatiõib⁹ hostiarū. vt paschalib⁹ initiate misterijs: ad eternitatis nobis medelā te operāte ꝓficiāt. per. Prefa. Te quidē oī tp̄e. Sz in. Cōicātes. Hanc igit. Ad vespas añ. sup psalmos. All'a. et' d' ter cū ps. toto. scz Laudate dn̄z oēs gentes. et Gl'ia pr̄i. Ad magn̄. añ.

Vespere aūt sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū alleluya. Complendū.

SPm̄ nobis dn̄e tue caritatis infūde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti: tua facias pietate ꝯcordes: Per in vnitate eiusdē. Bn̄dicamus dn̄o. all'a. ā. ad aspgēdū aquā. Vidi aquā egredientē de tēplo a latere dextro all'a: ꝛ om̄s ad quos ꝑuenit aq̄ ista salui facti sunt et dicent all'a all'a. ℣. Hec dies. In die pasche. Offm̄.



REsurrexi ꝛ adhuc tecum sum alleluia posuisti super me manū tuā all'a mirabilis facta est sciētia tua all'a

alleluya. ℣. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Dñe probasti me et cognouisti me: tu cognouisti cessionē meā ꝛ resurrectionem meā. Gloria patri. Gloria in in excelsis deo. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitū tuū eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nostra q̄ preueniendo aspiras: etiā adiuuādo ꝓsequere. Per eundē. Lectio ep̄le btī pauli ap̄li ad corinth. j. ca. v.

FRatres: Expurgate vetus fermentū. vt sitis noua cōspersio: sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū: immolatus est xp̄s. Itaqꝫ epulemur. Nō in fermēto veteri: neqꝫ in fermēto malicie et neq̄tie: sed in azimis sinceritatis et veritatis. ℟. Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. ℣. Cōfitemini dño qm̄ bonus qm̄ in seculū mia eius. Alleluya. ℣. Pascha nostrū immolatus est xp̄s. Scd̄m marcū ca. xvj.

IN illo tp̄e: Maria magdalene: et maria iacobi ꝛ salome: emerūt aromata: vt venientes vngerēt iesū. Et valde mane vna sabbatoꝝ: veniūt ad monumētū: orto iā sole. Et dicebāt adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumēti? Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe magnꝰ valde. Et introeūtes in monumentū: viderūt iuuenē sedētē in dextris coopertū stola cādida: et obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Jesū q̄ritis: nazarenū crucifixū. Surrexit. Non est hic. Ecce locus: vbi posuerūt eū. Sed ite: dicite discipulis eiꝰ et petro: q꞉ p̄cedet vos i galileā. Ibi eū videbitis: sicut dixit vobis. Credo i vnū deū. Offꝫ. Terra tremuit et quieuit dū resurgeret in iudicio deus all'a. Secreta.

SUscipe q̄s dñe preces ppl'i tui cū oblationibꝰ hostiaꝝ. vt paschalibꝰ initiate misterijs: ad eternitatis nobis medelā te operāte ꝑficiāt. p. prefa. Te q̄dē oī tp̄e. Cōicātes. Hāc igit. Cō. Pascha nostrū imolatus est xp̄us all'a itaqꝫ epulemur in azimis sinceritatis ꝛ veritatis alleluya all'a all'a.

SPm̄ nobis dñe tue Cōpl'. caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibꝰ satiasti: tua facias pietate cōcordes. per eiusdē. Ad vespas. Alleluya. ℣. Angelus dñi descēdit de celo ꝛ accedens reuoluit lapidē et sedebat sup eum. Feria scd̄a Officium.

INtroduxit nos dñs in terram fluentē lac et mel all'a et vt lex domini semper sit in ore nostro alleluya alleluya. ℣. Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Gloria patri. Kyrie leyson. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui solẽnitate pascha
li mũdo remedia cõtulisti:
populũ tuũ quesum⁹ celesti do
no ꝓsequere. vt et perfectã liber
tatem cõsequi mereatur: ⁊ ad vi
tam proficiat sempiternã. Per.

Lectio actuũ apostoloꝝ ca. x.

In diebus illis: Stans pe
trus in medio plebis: dixit
Viri fratres: vos scitis quod fa
ctum est verbũ per vniuersaz iu
deam: incipiens a galilea post
baptismũ quod p̄dicauit iohã
nes. iesũ a nazareth: quomõ vn
xit euz de⁹ spiritu sancto ⁊ virtu
te. Qui pertrãsiuit bñfaciẽdo: ⁊
sanando oẽs oppressos a diabo
lo: qm̃ deus erat cũ illo. Et nos
testes sumus omnium que fecit
in regione iudeoꝝ et hierusalez:
quẽ occiderũt suspendẽtes in li
gno. Hũc deus suscitauit tertia
die: et dedit eum manifestũ fieri
non omni populo: sed testibus
preordinatis a deo: nobis q̃ mã
ducauimus et bibim⁹ cum illo:
postq̃ resurrexit a mortuis. Et
precepit nobis predicare popu
lo ⁊ testificari quia ip̃e est qui cõ
stitutus est a deo iudex viuoꝝ et
mortuorũ. Huic om̃es ꝓphete
testimoniũ perhibẽt: remissionẽ
peccatoꝝ accipere per nomẽ ei⁹:
omnes qui credunt in eum. ℟.
Hec dies quã fecit dñs exultemus
⁊ letemur in ea. ℣. Dicat nunc israel
qm̃ bonus qm̃ in seculum mia eius.

Alleluia. ℣. Nõne cor nostrum ar
dens erat in nobis de iesu dum lo
queretur in via. Scd'z lucã. c. xxiiii.

In illo tpe: Exeũtes duo ex
discipulis iesu: ibant ipsa
die in castellũ quod erat in spa
cio stadioꝝ sexaginta ab hieru
salez noĩe emaus. Et ipsi loque
bãtur adinuicẽ: de his oĩbus q̃
acciderãt. Et factũ est dũ fabu
larentur ⁊ secũ q̃rerẽt: ⁊ ipse iesus
appropinquans ibat cum illis.
Ocl'i autẽ eoꝝ tenebãtur: ne eũ
agnoscerẽt. Et ait ad illos. Qui
sunt hi sermones quos cõfertis
adinuicẽ ambulãtes: ⁊ estis tri
stes: Et respõdẽs vnus cui no
mẽ cleophas: dixit ei. Tu solus
peregrinus es in hier'lm: et non
cognouistis q̃ facta sunt in illa
his diebus: Quibus ille dixit.
Que: Et dixerũt. De iesu naza
reno: qui fuit vir ꝓpheta: potẽs
in opere et sermone: coraz deo ⁊
omni populo. Et quomodo tra
diderũt eum summi sacerdotes
et principes nr̃i: in damnatione
mortis: ⁊ crucifixerunt eũ. Nos
autẽ sperabam⁹: q' ipse esset re
dẽpturus israel. Et nũc sup hec
oĩa: tertia dies est hodie: q̃d hec
facta sunt. Sed ⁊ mulieres q̃dã
ex nr̃is terruerũt nos: que ante
lucẽ fuerũt ad monumentuz: et
nõ inuẽto corpore eius venerũt:
dicẽtes se etiã visionẽ angeloꝝ
vidisse: qui dicũt eum viuere. Et

abierũt quidã ex nostris ad monumentũ: et ita inuenerũt sicut mulieres dixerũt. Ipsũ vo nõ inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credẽdum: in omnib⁹ que locuti sunt pphete. Nõne hec oportuit pati xp̃m: et ita intrare ĩ gloriã suã: Et incipiẽs a moyse et oib⁹ prophetis: interp̃tabat illis in omnibus scripturis q̃ de ipso erãt. Et appropinquauerũt castello quo ibãt. Et ip̃e se finxit lõgius ire. Et coegerũt illum dicentes. Mane nobiscũ: qm̃ aduesp̃acit et iclinata est iã dies. Et itrauit cum illis. Et factũ est dũ recũberet cũ illis: accepit panẽ et bñdixit ac fregit: et porrigebat illis. Et apti sunt ocl'i eorũ: et cognouerũt eũ. Et ipse euanuit ex oculis eorũ. Et dixerũt adinuicẽ. Nõne cor nr̃m ardẽs erat in nobis dũ loqueret in via: et apiret nobis scripturas: Et surgẽtes eadẽ hora: regressi sunt ĩ hierl'm. Et inuenerũt ɔgregatos vndecim: et eos q̃ cũ ipis erãt: dicẽtes q surrexit dñs vere: et apparuit symoni. Et ipsi narrabant q̃ gesta erãt ĩ via: et quomodo cognouerũt eũ in fractiõe panis. Credo in vnũ deum. Offr. Angelus dñi descẽdit de celo et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluia. Secreta.

Suscipe dñe q̃s p̃ces populi tui cũ oblationib⁹ hostiarũ. vt paschalib⁹ initiate misteriis ad eternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per. Prefatio Te quidẽ omni tẽpore. Cõmunicantes. Hanc igitur. Cõio. Surrexit dñs et appruit petro all'a.

Spiritũ nobis dñe Cõpl'. tue caritatis infunde. vt quos sacramẽtis paschalib⁹ saciasti: tua facias pietate concordes. Per dñm Feria. iij. Offm̃.

Aqua sapiẽtie potauit eos alleluya firmabitur in illis et non flecter alleluya exaltabit eos ineternũ alleluya all'a. ℣. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in in seculum mia eius. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus qui ecclesiã tuã nouo semp fetu multiplicas: concede famulis tuis. vt sacramẽtũ viuẽdo teneãt qđ fide pceperũt. Per. Lectio actuũ aplor. c. xiij.

In dieb⁹ illis: Surgẽs paulus: et manu silẽtiũ indicẽs ait. Viri frẽs: filii gñis abrahã et q̃ ĩ vobis timẽt deũ: vobis verbum salutis hui⁹ missũ est. Qui em̃ habitabãt hierl'm et p̃ncipes ei⁹: ignorãtes iesũ: et voces prophetarũ q̃ p oẽ sabbatũ legunt: iudicãtes ĩpleuert. Et nullã causam mortis ĩueniẽtes ĩ eo: petierũt a pilato vt interficerẽt eũ. Cũq; ɔsũmasset oĩa q̃ de eo scripta erãt: ďponẽtes eũ ď ligno posue

runt in monuměto. Deus vero suscitauit eum a mortuis: tertia die. Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderāt cū eo de galilea in hierusalem: qui nūcusq; sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annūciam⁹ eam que ad patres nostros repromissio facta est: qm̄ de⁹ hanc adimpleuit filiis nr̄is: resuscitans iesum xp̄m dominū nr̄m. ℟. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus et letemur in ea. ℣. Dicant nūc qui redempti sunt a dn̄o quos redemit de manu inimici de regionibus cōgregauit eos. Alleluya. ℣. Xp̄s resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dn̄abitur.

Scd̄m lucam capitulo vltimo.

In illo tp̄e: Stetit iesus in medio discipuloꝝ suorū: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum. Nolite timere. Conturbati vo et conterriti: existimabāt se sp̄m videre. Et dixit eis. Quid turbati estis ⁊ cogitatiōes ascēdūt in corda vestra: Videte manus meas et pedes meos: quia ipse ego sum. Palpate ⁊ videte: quia spiritus carnē ⁊ ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cum hec dixisset: ostēdit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autē illis nō credentibus: ⁊ mirātibus pre gaudio: dixit. Habetis hic aliqd qd manducet: At illi obtulerūt ei partem piscis assi: et fauuz mellis. Et cuz mādūcasset corā eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba q̄ locutus sum ad vos: cuz adhuc essem vobiscū: qm̄ necesse est impleri oīa que scripta sunt in lege moysi: et ꝓphetis: ⁊ psalmis: de me. Tūc aperuit illis sensum: vt intelligerēt scripturas. Et dixit eis: qm̄ sic scriptū est: et sic oportebat christū pati: et resurgere a mortuis die tertia: et predicari in nomine eius penitentiā: et remissionē peccatoꝝ in om̄s gentes. Credo in vnuz. Offꝛ. Intonuit de celo dn̄s et altissimus dedit vocem suam ⁊ apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suscipe dn̄e fidelium preces cum oblationibus hostiarū: vt per hec pie deuotionis officia ad celestez gloriā trāseamus. Per. Prefatio. Te quidez omni. Cōicantes. Hāc igitur. Cōio. Si consurrexistis cum xp̄o que sursuz sunt querite all'a vbi xp̄s est in dextera dei sedens que sursuz sunt sapite alleluya. Complendū.

Concede quesumus omp̄s deus. vt paschalis ꝑceptio sacramenti continua in nostris mentib⁹ perseueret. Per dn̄m.

Feria quarta Officium.

Venite bn̄dicti patris mei percipite regnum alleluya quod vobis paratū est ab origine mūdi alleluya alleluya all'a.

℣. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū mia eius. ℣. Cantate dn̄o. Gloria patri. Gloria in excelsis.

Deus qui nos resur- Orō. rectionis dominice annua solēnitate letificas: cōcede ꝓpitius. vt per tēporalia festa que agimus. peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundez.

Lectio actuū apostoloꝝ. ca. iij.

In dieb' illis: Aperiēs petrus os suum: dixit. Viri israelite: et qui timetis deuz: audite. Deus abrahā: ⁊ de' ysaac: et deus iacob: deus patrum nostroꝝ glorificauit filiū suū iesuz: quem vos quidē tradidistis et negastis ante faciez pilati: iudicante illo dimitti. Vos aūt sanctuz et iustū negastis: et petistis virum homicidā donari vobis. Auctorem ꝟo vite interfecistis: quē deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sum'. Et nunc fratres scio quia per ignorātiaz fecistis: sicut et principes vestri. Deus autē qui prenūciauit per os omniū ꝓphetaꝝ pati xp̄m suum: impleuit sic. Penitemini igitur ⁊ cōuertimini. vt deleant̄ vr̄a peccata. ℟. Hec dies quam fecit dn̄s exultem' et letemur in ea. ℣. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i exaltabit me. All'a. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue tūc dicet his qui a dextris eius erunt: venite benedicti patris mei percipite regnum cum gaudio magno. Scd̄m iohannē. c. vltio.

In illo tēpore: Manifestauit se iterū iesus: ad mare tyberiadis. Manifestauit autē sic. Erant simul symon petrus et thomas qui dicit̄ didimus: ⁊ nathanahel q̄ erat a chana galilee: et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dicit eis symō petrus. Vado piscari. Dicūt ei Venimus et nos tecū. Et exierunt ⁊ ascenderūt in nauē: ⁊ illa nocte nihil prendiderūt. Mane autē iam facto: stetit iesus in littore. Non tamē cognouerūt discipuli: q̄a iesus est. Dicit ergo eis iesus. Pueri: nunq̄d pulmētarium habetis? Respōderunt ei. Nō. Dicit eis. Mittite in dexterā nauigij rethe: ⁊ īuenietis. Miserunt ergo rethe: et iam nō valebant illud trahere pre multitudine pisciuz. Dicit ergo discipłus ille: quē diligebat iesus petro. Dn̄s est. Symō petr' cū audisset quia dn̄s est: tunica succinxit se: erat em̄ nudus: et misit se in mare. Alij autez discipuli: nauigio venerūt. Non em̄ lōge erant a terra: sed quasi cubitis ducentis: trahētes rethe pisciū. Vt ergo descenderūt in terraz: viderunt prunas positas: et piscem suppositū: et panē. Dicit eis iesus. Afferte de piscibus: quos prendidistis nunc. Ascen

dit symō petrus: et traxit rhete in terrā plenū magnis piscib⁹: centū quīquaginta trib⁹. Et cū tāti essent: nō est scissū rhete. Dicit eis iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eū tu q̄s es: sciētes q2 dn̄s est. Et venit iesus ⁊ accepit panē: ⁊ dedit eis: ⁊ piscē silr. Hoc iā tertio manifestat⁹ est iesus discipl'is suis: cū resurrexisset a mortuis. Credo. Offr. Portas celi aperuit dn̄s ⁊ pluit illis māna vt ederēt panē celi dedit illis panē angelorū māducauit homo all'a.

Suscipe dn̄e sacrificia q̄ paschalib⁹ gaudiis immolam⁹: quib⁹ eccl'ia mirabiliter ⁊ pascit̄ et nutrit̄. Per do. Secre.

Prefatio. Te quidē oī tpe. Cōmunicātes. Hāc igit̄. Co. Christus resurgēs ex mortuis iā nō moritur all'a mors illi vltra nō dominabitur alleluya alleluya. Complē.

Ab oī nos q̄s dn̄e vetustate purgatos: sacramēti tui venerāda ꝑceptio: in nouā trāsferat creaturā. Qui vi. Fe. v. offm̄

Victricē manū tuā dn̄e laudauerūt pariter all'a: q2 sapiētia aperuit os mutū et linguas infantiū facit disertas all'a all'a. ℣. Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹: qm̄ in scl'm mia ei⁹. ℣. Cātate dn̄o. Gl'ia pri. Gloria in excel. Oro.

Deus q̄ diuersitatē gentiū in ꝯfessiōe tui noīs adunasti: da vt renatis fōte baptismatis vna sit fides mētiū: et pietas actionū. p. Le. act. apl'orū. c. viij.

In dieb⁹ illis: Angelus dn̄i locutus est ad philippū: dicens. Surge ⁊ vade cōtra meridianū: ad viā q̄ descēdit ab hierusalē in gazam: hec est deserta. Et surgens abiit. Et ecce vir ethiops eunuchus potēs cādacis regine ethiopū: q̄ erat super oēs gazas ei⁹: venerat adorare in hierl'm: ⁊ reuertabat̄ sedēs super currū suū: legēsq3 ysaiā prophetā. Dixit aūt spūs philippo Accede et adiūge te ad currum istū. Accurrēs aūt philipp⁹: audiuit illū legentē ysaiā ꝓphetā: et dixit. Putasne intelligis q̄ legis? Qui ait. Et quomō possum nisi aliqs ostēderit mihi? Rogauitq3 philippū. vt ascēderet ⁊ sederet secū. Locus aūt scripture hic erat: quā legebat. Tāq̄ ouis ad occisionē duct⁹ ē: ⁊ sicut agn⁹ corā tōdente se sine voce: sic non aperuit os suū. In hūilitate iudiciū ei⁹ sublatū est. Gnationem ei⁹ q̄s enarrabit? Qm̄ tollet̄ de terra vita ei⁹. Rn̄dens aūt eunuchus philippo: dixit. Obsecro te: de quo ꝓpheta dixit hoc? De se an de alio aliquo? Aperiēs āt philippus os suū: icipiēs a scriptura ista euāgelizauit illi iesum. Et dū irēt per viā: venerunt ad quandā aquā. Et ait eunuch⁹.

Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autē philipp⁹. Si credis ex toto corde: licz. At ille respōdens ait. Credo dei filium: esse iesuz xp̄m. Et iussit stare currū. Et descēderunt vterqz in aquā: philippus ⁊ eunuch⁹: et baptizauit eū. Cum autē ascendissent de aqua spūs dn̄i rapuit philippū: ⁊ amplius nō vidit eū eunuchus. Ibat autē p viā suā: gaudēs. Philippus autē: inuētus est i azoto. Et ptrāsiēs euāgelizabat ciuitatib⁹ cunctis: donec veniret cesareā: nomē dn̄i iesu xp̄i. ℟. Hec dies quā fecit dn̄s exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Lapidem quē reprobauerūt edificantes hic fact⁹ est in caput anguli a dn̄o factū est istud ⁊ ē mirabile i ocl'is nostris. Alleluya. ℣. Surrexit altissimus de sepulchro q̄ p nobis pependit in ligno. Scd̄m iohem. c. xx.

In illo tp̄e: Maria stabat ad monumentū foris: plorans. Dū ergo fleret: inclinauit se ⁊ pspexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput: ⁊ vnū ad pedes: vbi positū fuerat corp⁹ iesu Dicunt ei illi. Mulier: quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dn̄m meū: ⁊ nescio vbi posuerūt eum. Hec cū dixisset: cōuersa est retrorsuz: et vidit iesum stantez: ⁊ nō sciebat qꝛ iesus est. Dicit ei iesus. Mulier: q̄d ploras? Quē queris? Illa existimās qꝛ ortolanus esset: dicit ei. Dn̄e: si tu sustulisti eū: dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria: cōuersa illa: dicit ei. Rabboni: qđ dicitur magister. Dicit ei iesus. Noli me tāgere. Nondū em̄ ascēdi ad prēz meū. Vade autē ad fratres meos: et dic eis. Ascēdo ad patrez meū ⁊ patrē vr̄m: deū meū ⁊ deū vr̄m. Venit maria magdalene annūciās discipl'is: qꝛ vidi dn̄z: et hec dixit mihi. Credo. Offr̄. In die solēnitatis vestre dicit dn̄s inducam vos in terrā fluentē lac et mel alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e munera populoꝝ tuoꝝ ppiti⁹. vt ꝯfessiōe tui nomis et baptismate renouati: sempiternā btitudinē cōsequātur. Per. Prefa. Te quidē oī. Cōicātes. Hāc igit. Cōio. Populus acq̄sitiōis annūciate virtutes eius all'a q̄ vos de tenebris vocauit in admirabile lumē suū all'a. Cōpl'.

Exaudi dn̄e preces nr̄as: vt redēptionis nr̄e sacroscā cōmercia: ⁊ vite nobis conferāt presentis auxiliū: ⁊ gaudia sempiterna ꝯciliēt. p. Fe. vi. Offm̄.



Eduxit eos dn̄s in spe all'a et inimicos eoꝝ operuit mare all'a all'a all'a. ℣. Attēdite popule meus legē meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui paschale sacramētuz ī recō ciliatiōis hūane federe ꝯtulisti: da mentib⁹ nr̄is. vt qđ ꝓfessiōe celebram⁹ imitemur effectu. per.

Lectio ep̄le bti petri ap̄li. i. c. iii.

Charissimi: Xp̄s semel pro pctis vr̄is mortu⁹ ē: iust⁹ ꝓ iniustis: vt vos offerret deo mortificatos quidem carne: viuifica tos aūt spū in quo ⁊ his q̄ in car cere erāt spū veniēs p̄dicauit: q̄ increduli fuerāt qn̄ expectabāt dei pacientiā: in dieb⁹ noe cū fa bricaret archa: in qua ⁊ pauci id est octo aīe salue fc̄tē sūt p aquā. Qđ et vos nunc silis forme sal uos facit baptisma: non carnis depositio sordiū: sed ꝯsciētie bo ne interrogatio in deuz: p resur rectionē dn̄i nr̄i iesu xp̄i: q̄ est in dextera dei. ℞. Hec dies quā fe cit dn̄s exultem⁹ ⁊ letemur in ea. ℣. Bn̄dict⁹ q̄ venit in noīe dn̄i de⁹ dn̄s et illuxit nobis. Alla. ℣. Data est mihi oīs potestas in celo ⁊ in terra.

Scd̄m matheum capit. vltimo.

In illo tp̄e: Undecim disci puli abierunt in galileā: in montē vbi ꝯstituerat illis iesus. Et vidētes eū: adorauert. Qui dam aūt dubitauerūt. Et acce dēs iesus: locut⁹ ē eis dicēs. Da ta est mihi oīs ptās: in celo et in terra. Eūtes ergo docete oēs gē tes: baptizātes eos ī noīe pr̄is: et filij: ⁊ spūs scti: docentes eos seruare oīa quecūqꝫ mādaui vo bis. Et ecce ego vobiscū sū: oīb⁹ dieb⁹ vsqꝫ ad cōsummationē se culi. Offert. Erit vobis hic dies memorialis all'a et diē festū celebra bitis solēnez dn̄o in ꝓgenijs vestris legitimū sempiternū diē all'. all'. all'.

Hostias q̄s dn̄e pla Secr. catus assume: quas ⁊ ꝓ re natoꝝ expiatiōe pcti deferim⁹: ⁊ pro acceleratiōe celestis auxilij. per. Prefa. Te quidē. Cōicātes Hāc igit. Cō. Data est mihi ois ptās in celo ⁊ in terra all'a eūtes do cete oēs gētes baptizātes eos ī no mine pr̄is: ⁊ filij: ⁊ spūs scti all'a all'.

Respice q̄s dn̄e pp̄lꝫ Cōpl. tuū: ⁊ quē etn̄is dignat⁹ es reuocare misterijs: a tpalib⁹ cul pis dignāter absolue. Per do.

Sabbato Officium.

Eduxit dn̄s populū suuz in exultatione all'a et electos suos in leticia all'a all'a. ℣. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomen ei⁹: annūciate inter gētes opa eius. Gl'ia pr̄i. Gloria in excel. Orō

Concede q̄s oп̄s de⁹. vt qui festa paschalia venerando egim⁹: p hec cōtigere ad gaudia eterna mereamur. p. Lectio epi stole bti petri ap̄li. i. ca. ii

Charissimi: Deponētes oēm maliciā: ⁊ oēm dolū ⁊ simulatio nes: ⁊ inuidias: ⁊ oēs detractio nes: sicut modo geniti infātes: rationabiles sine dolo lac cōcu

piscite. vt in eo crescatis in salu-
tem: si tñ gustatis qm̃ dulcis est
dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidez
viuũ ab hoïb' quidẽ reprobatũ:
a deo aũt electũ ꝛ honorificatũ:
et ipsi tanꝙ̃ lapides viui supedi
ficamini in domos spũales: sa-
cerdotiũ sanctũ: offerre spũales
hostias acceptabiles deo p iesũ
xp̃m. Propter qd ꝯtinet scriptu
ra. Ecce ponã in syõ lapidẽ sum
mũ: angularẽ: electũ: preciosũ: ꝛ
oïs q̃ crediderit in eũ: nõ cõfun-
detur. Vobis igit̃ honor credẽ
tib'. Nõ credẽtib' aũt: lapis quẽ
reprobauerũt edificãtes: hic fa-
ctus est in caput anguli: ꝛ lapis
offensiõis ꝛ petra scãdali his q̃
offendũt vbo: nec credũt in quo
ꝛ positi sũt. Vos ãt gen' electũ:
regale sacerdotiũ: gens sctã: po
pulus acq̃sitõis: vt virtutes an-
nũcietis ei' q̃ de tenebris vos vo
cauit: in admirabile lumẽ suuz.
Qui aliqñ nõ ppl's dei: nũc aũt
ppl's dei. Qui nõ ꝯsecuti miaz:
nũc aũt miam ꝯsecuti. All'a. V.
Hec dies quã fecit dñs exultem' et
letemur i ea. All'a. V. In die resur-
rectiõis mee dicit dñs p̃cedã vos in
galileam. Scd̃m iohannẽ ca. xx.
In illo. t. Una sabbati ma-
ria magdalene venit mane
cuz adhuc tenebre essent ad mo-
numẽtuz: ꝛ vidit lapidẽ sublatũ
a monumẽto. Cucurrit ergo et
venit ad symonẽ petrũ ꝛ ad aliũ
discipl'm quẽ amabat iesus: ꝛ di
cit eis. Tulerũt dñz meũ de mo-
numẽto: ꝛ nescio vbi posuerĩt eũ.
Exiuit ergo petr': ꝛ ille ali' disci-
pulus: ꝛ venerũt ad monumẽtũ.
Currebãt ãt duo siml': ꝛ ille ali'
discipl's p̃cucurrit citi' petro: ꝛ
venit prim' ad monumẽtuz. Et
cũ se iclinasset: vidit liteamĩa po
sita nõ tñ introiuit. Venit ergo
symõ petr' seq̃ẽs eũ: ꝛ introiuit
in monumẽtũ. Et vidit liteami-
na posita: ꝛ sudarium qd fuerat
sup caput ei' nõ cũ linteaminib'
positũ: sed sepatim inuolutũ in
vnũ locũ. Tũc ergo ꝛ ĩtroiuit et
ille discipl'us q̃ venerat prim' ad
monumentũ: ꝛ vidit ꝛ credidit.
Nondũ eñ sciebat scripturã: q2
oporteret eũ a mortuis resurge
re. Credo. Offr. Bñdict' q̃ venit
in noie dñi bñdixim' vos de domo
dñi de' dñs ꝛ illuxit nobis all'. all'a.
Concede q̃s dñe semp Secr.
nos p hec misteria pascha-
lia gratulari. vt ꝯtinua nr̃e repa
tiõis opatio: ppetue fiat nobis
causa letitie. p. Prefa. Te q̃dez.
Cõicãtes. Hãc igit̃. Cõ. Oẽs q̃
i xp̃o baptizati estis xp̃z iduistis all'.
Redẽptiõis nr̃e mũere Opl'.
vegetati q̃s dñe. vt p hoc p-
petue salutis auxiliũ: fide semp
vera pficiat. Per dñm. Dñica
in octa. pasche Offm̃.
Quasi modo geniti infãtes
all'a rationabiles sine dolo

lac cõcupiscite all'a all'a all'. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Orō.

Presta q̃s oĩps de⁹: vt q̃ festa paschalia pegim⁹: hec te largiẽte morib⁹ ⁊ vita teneam⁹. p dñz.

Lect. ep̃le btĩ iohãnis ap̃li. c. v.

Charissimi: Oẽ q̃d natũ est ex deo: vincit mũdũ. Et hec est victoria q̃ vincit mũdũ: fides nr̃a. Quis est aũt q̃ vincit mundũ nisi q̃ credit q: iesus est xp̃us fili⁹ dei: Hic est q̃ venit p aquã ⁊ sãguinẽ: iesus xp̃s. Nõ in aqua solũ: sed in aqua ⁊ sanguine. Et sp̃us est q̃ testificat: qm̃ xp̃us est veritas. Quia tres sunt: q̃ testimoniũ dãt in celo. Pater: ℣bũ: et sp̃us sctũs. Et hi tres: vnum sunt. Et tres sunt: q̃ testimoniũ dãt in terra. Sp̃us: aqua: ⁊ sanguis. Si testimoniũ hoĩm accipimus: testimoniuz dei mai⁹ est. Qm̃ hoc est testimoniuz dei q̃d mai⁹ est: q: testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filium dei: hz testimoniũ dei in se. All'a. ℣. Angelus dñi descẽdit de celo ⁊ accedẽs reuoluit lapidẽ ⁊ sedebat sup eum. Alleluia. ℣. Post dies octo ianuis clausis stetit iesus in medio discipulorum suo⁊ et dixit eis. pax vobis.

Scd̃m iohannem ca. xx.

In illo tp̃e: Cũ esset sero die illa vna sabbato⁊: ⁊ fores essent clause vbi erãt discip̃li ꝯgregati ꝑpter metũ iudeo⁊: venit ih̃s et stetit ĩ medio eo⁊ ⁊ dixit eis. pax vobis. Et cũ hoc dixisset: oñdit eis man⁹ et lat⁹. Gauisi sũt ergo discip̃li: viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pr̃: et ego mitto vos. Hoc cũ dixisset: ĩsufflauit ⁊ dixit eis. Accipite sp̃m sctm̃. Quo⁊ remiseritis pctã: remittunt eis: ⁊ quo⁊ retinueritis: retenta sunt. Thomas aũt vn⁹ ex duodeci q̃ d: didimus: nõ erat cuz eis qñ venit iesus. Dixerũt ergo ei: alij discipuli. Vidim⁹ dñm. Ille aũt dixit eis. Nisi videro in manib⁹ ei⁹ fixurã clauorũ ⁊ mittã digitum meũ in locũ clauo⁊: ⁊ mittã manuz meã ĩ latus ei⁹: nõ credã. Et post dies octo: ite⁊ erãt discip̃li ei⁹ int⁹: ⁊ thomas cuz eis. Venit iesus ianuis clausis: ⁊ stetit ĩ medio ⁊ dixit. Pax vobis. Deĩn dixit thome Infer digitũ tuũ huc ⁊ vide man⁹ meas: ⁊ affer manũ tuã: ⁊ mitte in lat⁹ meũ: et noli eẽ incredul⁹: sz fidelis. Rñdit thomas ⁊ dixit ei. Dñs me⁹: ⁊ deus me⁹. Dicit ei ih̃s. Q: vidisti me: credidisti. Btĩ q̃ nõ viderũt: et crediderũt. Multa quidẽ ⁊ alia signa fecit iesus in cõspectu discipulo⁊ suo⁊: q̃ nõ sunt scripta in libro hoc. Hec aũt scripta sũt. vt credatis: q: iesus ẽ xp̃s fili⁹ dei. Et vt credẽtes vitã habeatis: in noĩe ei⁹. Cred. Of. Angel⁹ dñi descẽdit d celo ⁊ dixit mulierib⁹ quẽ q̃-

ritis surrexit sicut dixit all'a. Secr.
SUscipe mũera dñe q̃s exultãtis eccl'ie: τ cui causã tãti gaudij p̃stisti: ppetuũ fructũ cõcede letitie. p. Prefa. Te quidẽ. Cõicãtes. Hãc igit. Cõ. Mitte manũ tuam τ cognosce loca clauoꝝ all'a τ noli esse incredulus sed fidelis alleluya all'a. Compl'.
QUesum⁹ dñe deus nr̃. vt sacrosctã misteria q̃ p repationis nr̃e munimine ɔtulisti: τ p̃ns nobis remediũ eẽ facias τ futuꝝ p.
Feria. iiij. lec. actuũ apl'oꝝ.
IN dieb⁹ illis. Orãtes apl'i: dixerũt. Dñe: tu q̃ fecisti celũ et terrã: τ mare. τ oĩa q̃ in illis sũt: q̃ p os p̃ris nr̃i dauid pueri tui per sp̃m sctm̃ dixisti. Quare fremuerũt gẽtes: et ppl'i meditati sũt ĩania. Astiterũt reges terre τ p̃ncipes ɔuenerũt ĩ vnũ: aduersus dñz τ aduersus xp̃m ei⁹. Cõuenerũt em̃ vere ĩ hac ciuitate: aduersus sctm̃ filiũ tuũ iesuz quẽ vnxisti. herodes τ põti⁹ pilatus cũ gẽtib⁹ et ppl'is isr'l fecere q̃ man⁹ tua et ɔsiliũ tuũ decreuerũt fieri. Et nũc respice dñe de⁹ ad minas illoꝝ: τ da seruis tuis cũ oĩ fiducia loq̃ verbũ tuũ: in eo q̃d manũ tuã extẽdas ad sanitates et signa et pdigia faciẽda p nomen scti filij tui iesu. Et cum orassent: mot⁹ ẽ locus ĩ quo erãt ɔgregati. Et repleti sũt oẽs spũ sctõ: et loquebanť v̄bũ dei cum libertate omni volenti credere.

IN Scd̃m marcũ ca. vltimo.
IN illo tpe: Surgẽs iesus mane prima sabbati: apparuit p̃mo marie magdalene: de qua eiecerat septẽ demonia. Illa vadẽs nũciauit his q̃ cũ eo fuerãt: lugẽtib⁹ et flentib⁹. Et illi audiẽtes q: viueret τ visus esset ab ea: nõ crediderũt. Post hec ãt duob⁹ ex eis ãbulãtib⁹ ostẽsus est ĩ alia effigie: eũtib⁹ ĩ villã. Et illi eũtes nũciauerũt ceteris. Fer. vj. l'ac.
IN dieb⁹ illis: apl'oꝝ. c. v.
Surgẽs quidã ex cõsensu sacerdotũ noĩe gamalihel legis doctor: car⁹ vniuerse plebi: iussit modicuz apl'os foras secedere. Dixitq3 ad illos. Uiri isr'lite: attẽdite vobis sup hoĩb⁹ istis: q̃d acturi estis. Ante hos em̃ dies: extitit theodas magus: dicens esse se aliquẽ magnũ: cui ɔsensit nũer⁹ viroꝝ circiter q̃dringẽtoꝝ. Qui postea occisus est: et oẽs q̃ credebãt ei dispsi sunt: τ redacti sunt ad nihilũ. Post hũc extitit iudas galile⁹ ĩ dieb⁹ pfessiõis: τ auertit plebẽ post se. Qui τ ipse perijt: et quotquot cõsenserũt ei dissoluti sũt. Nũc itaq3 discedite ab istis hoĩbus: τ sinite illos nõ coinq̃nãtes man⁹ vr̃as: qm̃ si ex hoĩb⁹ sunt opa hec: dissoluenť. Si ãt ex deo sunt: nõ poteritis dissoluere ea. neq3 vos neq3 principes vr̃i: ne forte etiã deo repugnãtes ĩueniamini. Cõsenserũt autez ei. τ vocãtes apl'os: cesos

eos dimiserūt: precipiētes ne lo-
querent vlli in noīe iesu. Apl'i āt
ibāt gaudētes a ɔspectu cōcilij:
qm̄ ꝓ noīe iesu digni habiti sūt
cōtumeliā pati. Omī aūt die: in
tēplo et circa domos non cessa-
bant: docētes et euāgelizantes
iesū xp̄m. Scdm matheū.c.vlti.

IN illo tpe: Exierūt mulie-
res de monumēto: cū timo
re et gaudio magno: currentes
nūciare discipl'is ei⁹. Et ecce ih̄s
occurrit illis: dicēs. Auete. Ille
aūt accesserūt: ⁊ tenuerūt pedes
ei⁹: et adorauerūt eū. Tūc ait illis
iesus. Nolite timere. Ite nūcia-
te fratrib⁹ meis. vt eāt ī galileā.
Ibi me videbūt. Que cū abijs-
sent: ecce quidā de custodib⁹ ve-
nerūt in ciuitatē: et nūciauerūt
principib⁹ sacerdotū oīa q̄ facta
fuerāt. Et ɔgregati cū seniorib⁹
cōsilio accepto: pecuniā copio-
sam dederūt militib⁹: dicentes.
Dicite q̄r discipl'i ei⁹ nocte vene-
rūt: et furati sunt eū vobis dor-
miētib⁹. Et si hoc auditū fuerit
a p̄side: nos suadebim⁹ ei: ⁊ secu
ros vos faciem⁹. At illi accepta
pecunia: fecerūt sicut erant edo-
cti. Et diuulgatū est verbū istō
apud iudeos. vsq3 in hodiernū
diē.

Dñica.ij.post octa.pasche.

MIsericordia dn̄i plena est
terra all'a verbo dei celi fir-
mati sūt all'a all'a. ℣. Exul-
tate iusti in dn̄o: rectos decet collau
datio. Gl'ia pr̄i. Gl'ia in ex. Orō.

DEus qui in filij tui hūilita-
te iacentē mundū erexisti:
fidelib⁹ tuis ꝑpetuā cōcede leti-
tiā: vt quos ꝑpetue mortis eri-
puisti casibus: gaudijs facias
sempiternis ꝑfrui. Per eundē.

Lectio ep'le bti petri apl'i.j.c.ij.

CHarissimi: Xp̄s passus est
pro nobis: vobis relinq̄ns
exemplū. vt sequamini vestigia
eius. Qui pctm̄ nō fecit: nec in-
uētus est dolus in ore eius. Qui
cū malediceret: nō remaledice-
bat. Cū pateret: nō cominaba-
tur. Tradebat aūt iudicāti se in-
iuste: q̄ pctā nr̄a ꝑtulit in corpe
suo super lignū. vt pctis mortui
iustitie viuam⁹: cui⁹ liuore sanati
sum⁹. Eratis eī: sicut oues errā-
tes. Sed ɔuersi estis nūc ad pa
storē ⁊ ep̄m aīaꝶ vr̄aꝶ. Alleluia.
℣. Surrexit pastor bonus q̄ posuit
aīam suā ꝓ ouib⁹ suis ⁊ ꝓ suo grege
mori dignat⁹ est. All'a. ℣. Ego sum
pastor bon⁹ ⁊ cognosco oues meas
et cognoscūt me mee. Scdz iohā-
nem.ca.x.

IN illo tpe: Di-
xit iesus turbis iudeorū.
Ego sum pastor bon⁹. Bonus
pastor aīaʒ suā dat ꝓ ouib⁹ suis
Mercēnarius ⁊ q̄ nō est pastor:
cuius nō sunt oues ꝓprie: videt
lupū venientē: ⁊ dimittit oues ⁊
fugit. Et lupus rapit: ⁊ dispgit
oues. Mercēnari⁹ autē fugit q̄r
mercēnarius est: ⁊ nō ptinet ad
eū de ouib⁹. Ego sum pastor bo
nus. Et cognosco meas: et co-

gnoscũt me mee. Sicut nouit me pater:z ego agnosco patrẽ:z aĩam meã pono ꝓ ouib⁹ meis. Et alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere:et vocẽ meã audient. Et fiet vnuꝫ ouile et vn⁹ pastor. Credo. Offr. Deus de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo et in noĩe tuo leuabo manus meas alleluya. Secreta.

Benedictionẽ dñe nobis cõferat salutarẽ sacra semper oblatio. vt qd agit misterio. virtute pficiat. p. Et dr pfatio cõis vsq ad ascensionẽ qñ celebram⁹ de dñica vl de feria. Cõio. Ego sum pastor bonus all'a et cognosco oues meas et cognoscũt me mee alleluya alleluya. Complen.

Presta nobis oĩps de⁹. vt viuificatiõis tue grãꝫ ꝯsequẽtes. in tuo semp munere gl'iemur. p.

Feria.iiij.lect.act.apl'orum.c.xiiij.

In dieb⁹ illis: Diuisa ẽ oĩs multitudo ciuitatis: z quidaꝫ quidẽ erãt cũ iudeis:quidã ṽo cũ apl'is. Cũqꝫ impetũ fecissent gẽtiles:et iudei cũ principibus suis. vt iniuriã illis facerẽt: et lapidarẽt eos: intellexerunt z fugerũt:in ciuitates lycbaonie: listram:et derben: et cõfines regiones:ibiqꝫ predicabãt euangeliũ. Et quidã vir listris: sedebat ĩfirmus pedib⁹ ex vtero matris sue: q̃ nunq̃ ambulauerat. Hic cum audisset paulũ loquentem:credidit: Quem cum intendisset paulus: z vidisset quia haberet fidem vt saluus fieret: voce magna dixit. Surge: supra pedes tuos rectus. Et exiliuit:z ambulabat. Turba autẽ cum vidisset quod fecit paulus:leuauerunt vocem lychaonice dicẽtes. Dij similes facti hominib⁹: descẽderũt ad nos. Vocabãt autẽ barnabã iouem:paulũ ṽo mercurium:qm̃ ipse preibat sermone. Sacerdotes autẽ iouis qui erant ante ciuitatẽ:tauros et coronas offerentes illis cum turbis: volebant sacrificare. Quo audito paulus et barnabas:cõsciderũt vestimẽta sua. Et exierunt ad turbas: clamãtes et dicentes. Viri: quid hec facitis: Nos similiter passibiles vt vos sumus homines: annũciantes vobis. vt ab his vanis ydolis conuertamini ad deũ viuũ:qui fecit celum et terrã:mare z oĩa q̃ in eis sunt. Scd'm lucã.c.vltio.

In illo tpe: Una sabbati valde diluculo venerũt mulieres ad monumentũ portãtes q̃ parauerãt aromata z ĩuenerũt lapidẽ reuolutũ a monumẽto. Et ingresse:nõ ĩuenerũt corp⁹ dñi iesu. Et fctm̃ ẽ dũ mẽte ꝯsternate eẽnt de isto:ecce duo viri steterũt sec⁹ illas:ĩ veste fulgẽte. Cũ timerẽt aũt z declinarẽt vultũ ĩ terrã dixerũt ad illas Quid q̃ritis viuentẽ cũ mortuis: Nõ est hic:ſꝫ surrexit. Recordamini q̃liter lo-

cutus ē vobis cū adhuc i galilea esset: dicēs qꝛ oportet filiū hoīs tradi in manꝰ pctōꝝ: ꝛ crucifigi: et die tertia resurgere. Et recor-date sūt ꝟboꝝ eiꝰ. Et regresse a monumēto: nūciauerūt hec oīa illis vndecim et ceteris omnibꝰ.

Feria.vj.lect.actuū aploꝝ.c.xv.

IN diebꝰ illis: Surgēs pe-trus: dixit. Viri frēs: vos scitis qꝛ ab antiqs tpibꝰ īter vos deꝰ elegit p os meū audire gen-tes ꝟbū euāgelij: et credere. Et qui nouit corda hoīm deꝰ testi-moniū phibuit: dādo illis spm̄ sctm̄ sicut et vobis: et nō discre-uit inter vos et illos: fide purifi-cās corda eoꝝ. Nūc ergo qd tē-ptatis dn̄z vt īponatis iugū sup ceruices discipłoꝝ: qđ neqꝫ pr̄es nr̄i neqꝫ nos portare potuimꝰ: Sed per grām dn̄i nr̄i iesu xp̄i credimꝰ nos saluos fieri: queād-modū et illi. Tacuit aūt oīs mul titudo: et audiebāt barnabā: et paulū exponētes quāta fecit deꝰ signa et pdigia p eos inter gen tes.

Scdm matheū ca.ix.

IN illo tpe: Accesserūt ad ie suz discipli iohis dicētes. Qua-re nos ꝛ pharisei ieiunamus fre quēter: discipuli aūt tui nō ieiu-nant: Et ait illis iesus. Nunqd possūt filij spōsi lugere: quādiu cū illis est spōsus. Venient aūt dies cū auferet ab eis spōsus: ꝛ tūc ieiunabūt. Nemo aūt īmit-tit cōmissurā pāni rudis: ī vesti-mentū vetus. Tollit em̄ plenitu dinē eiꝰ a vestimēto: ꝛ peior scissu ra fit. Neqꝫ mittūt vinuz nouū: in vtres veteres. Alioqn rūpun tur vtres: ꝛ vinū effūdit: ꝛ vtres pereūt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittunt et ambo conser-uantur.

Dñica tertia Officiū.



IUbilate deo oīs terra all'a psalmū dicite noī eius all'a date gl'iaz laudi eiꝰ all'a all'a all'a. ℣. Dicite deo quā terribilia sūt opera tua dn̄e: in multitudine virtu tis tue mentientur tibi inimici tui. Gl'ia pr̄i. Gloria in excel.

Oro.

DEus q̄ errātibus vt in viā possint redire iustitie veri-tatis tue lumē ondis: da cūctis qui xpiana pfessiōe cēsent: ꝛ illa respuere q̄ huic inimica sūt noī: et ea q̄ sūt apta sectari. p.

Lectio epl'e beati petri apl'i.j.ca.ij.

CHarissimi: Obsecro vos tāq̄ aduenas ꝛ pegrinos: absti-nere vos a carnalibꝰ desiderijs: q̄ militāt aduersus aīam: cōuer satiōnē vestrā inter gētes habē-tes bonā. vt ī eo qđ detrectāt de vobis tāq̄ de malefactoribꝰ: ex bonis opibus vos cōsiderātes: glorificēt deū in die visitatiōis. Subiecti estote oī hūane creatu re: pp̄ter deū. Siue regi q̄si pre-cellēti: siue ducibꝰ tāq̄ ab eo mis-sis ad vindictā malefactoꝝ: lau-dem ꝟo bonoꝝ. Qꝛ sic est volū-tas dei. vt bn̄facientes obmute-scere faciatis imprudentiū ho-

minũ ignorantiã. Quasi liberi: et nõ quasi velamẽ hñtes: malitie libertatẽ: sed sicut serui dei. Oẽs honorate: fraternitatẽ diligite: deũ timete: regẽ honorificate. Serui: subditi estote: in oĩ timore dñi. Nõ tm̃ bonis et modestis: sꝫ etiã discolis. Hec est eĩ grã: in xp̃o iesu dño nr̃o. Allã. ℣. In die resurrectionis. Allã. ℣. Modicũ ⁊ nõ videbitis me dicit dominꝰ iterꝫ modicũ ⁊ videbitis me qꝛ vado ad prẽm. Scd'ꝫ iohẽꝫ.c.xvj.

In illo.t. Dixit ih̃s discipulis suis. Modicũ et iã non videbitis me: et iterꝫ modicũ ⁊ videbitis me: qꝛ vado ad prẽꝫ. Dixerũt ergo ex discip̃lis eiꝰ adinuicẽ. Quid ẽ hoc qđ dicit nobis modicũ et nõ videbitis me: et iterũ modicũ ⁊ videbitis me: qꝛ vado ad prẽꝫ: Dicebãt ergo. Quid ẽ hoc qđ dicit modicuꝫ: Nescimꝰ qđ loquit̃. Cognouit aũt iesus qꝛ volebãt eũ iterrogare: ⁊ dixit eis. De hoc q̃ritis iter vos qꝛ dixi modicuꝫ ⁊ nõ videbitis me: et iterum modicũ ⁊ videbitis me: Amẽ am̃ dico vobis: qꝛ plorabitis ⁊ flebitis vos. Mũdꝰ ãt gaudebit: vos ãt ꝯtristabimĩ: sꝫ tristitia vr̃a vertet̃ in gaudiũ. Mulier cũ parit tristitiã hꝫ: qꝛ venit hora eiꝰ. Cũ aũt pepit puerũ: iã nõ memĩt p̃ssure ꝑpt̃ gaudiũ: qꝛ natꝰ ẽ hõ ĩ mũdũ. Et vos igit̃ nũc q̃dẽ tristitiã habetis. Iterũ aũt videbo vos: et gaudebit cor vr̃ꝫ. Et gaudiũ vr̃ꝫ nemo tollet a vobis. Credo. Offr̃. Lauda aĩa mea dñm laudabo dñm in vita mea psallã deo meo q̃diu ero all'. Secr̃.

His nobis dñe misterijs cõferat: quo terrena desideria mitigãtes discamꝰ amare celestia.p. Cõ. Modicũ ⁊ nõ videbitis me allã iterꝫ modicũ ⁊ videbitis me qꝛ vado ad patrẽ all'.all'. Cõpl.

Sacramẽta q̃ sumpsimꝰ q̃s dñe ⁊ spiritalibꝰ nos ĩstruãt alimẽtis: et corꝑalibꝰ tueant̃ auxilijs.p. Fer.iiij.L.epl'e btĩ petri apl'i.j.c.j.

Charissimi: Aĩas vr̃as castificãtes in obediẽtia caritatis: in frat̃nitatis amore simplici ex corde: inuicẽ diligite attẽtiꝰ: renati nõ ex semĩe corruptibili: sꝫ ĩcorruptibili: ꝑ ṽbũ dei viui ⁊ ꝑmanẽtis: qꝛ oĩs caro fenũ: ⁊ oĩs gl'ia eiꝰ tãq̃ flos feni. Exaruit fenũ: et flos eiꝰ decidit. Verbũ ãt dñi manet in eternũ.

In illo tẽ Scd'ꝫ iohẽꝫ.c.iij. pore: Facta ẽ q̃stio a discipulis iohĩs cũ iudeis: de purificatiõe. Et venerũt ad iohẽꝫ: ⁊ dixerũt ei. Rabbi: q̃ erat tecũ trãs iordanẽ: cui testioniũ ꝑhibuisti ecce hic baptizat ⁊ oẽs veniũt ad eũ. R̃ndit iohẽs: et dixit. Nõ potest homo accipere quicq̃: nisi fuerit ei datuꝫ de celo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis: qđ dixerim. Ego nõ suꝫ xp̃s: sed qꝛ

missus sum ante eũ. Qui habet spõsã: spõsus est. Amicus aũt spõsi q̃ stat ⁊ audit eum: gaudio gaudet ꝓpter vocẽ sponsi. Hoc ergo gaudiũ meũ: ĩpletũ est. Illũ oportet crescere: me ãt minui. Qui desursũ venit: sup oẽs est. Qui aũt de terra est terra ẽ: ⁊ de terra loq̃t. Qui de celo venit sup oẽs est: ⁊ qđ vidit ⁊ audiuit hoc testat̃: ⁊ testimoniũ ei⁹ nemo accipit. Qui ãt accepit ei⁹ testimoniũ: signauit: q2 deus verax est. Quẽ eĩ misit de⁹ v̾ba dei loquit̃. Nõ eñ ad mẽsurã dat de⁹ spm̃. Pater diligit filiũ: et oĩa dedit ĩ manu ei⁹. Qui credit in filiũ: h3 vitã eternã. Qui ãt incredulus est filio: non videbit vitã: sed ira dei manet super eum. Feria.vj. lectio actuum ap̃loꝝ.c.iij.

In dieb⁹ illis: Ait petr⁹ ad plebẽ. Moyses q̃dẽ dixit ad patres nr̃os: q2 ꝓpĥaz vobis suscitabit dñs deus de fratrib⁹ vr̃is: tanq̃ meip3 audietis: iuxta oĩa q̃ loquet̃ vobis. Erit ãt oĩs aĩa que nõ audierit ꝓphetã illũ: exterminabit̃ de plebe. Et oẽs ꝓphete a samuel ⁊ deiceps q̃ locuti sunt: annũciauer̃t dies istos. Vos aũt estis filij ꝓpĥaꝝ: et testamẽti qđ disposuit de⁹ ad p̃res nr̃os: dicẽs ad abrahã: in semĩe tuo b̃ndicent̃ om̃s gẽtes terre. Vobis eñ primũ de⁹ resuscitãs filiũ suũ: misit eũ b̃ndicentẽ vobis: vt cõuertat̃ vnusq̃sq3 vestrũ a neq̃tia sua. Scđꝫ marcũ.c.ix.

In illo tp̃e: Assumpsit iesus petrũ ⁊ iacobũ et iohannẽ: et ducit illos in montẽ excelsum seorsum solos: ⁊ trãsfigurat⁹ est corã ipsis. Et vestimẽta ei⁹ facta sunt splẽdida ⁊ cãdida nimis sicut nix: qualia fullo sup terrã nõ põt cãdida facere. Et apparuit illis helias cũ moyse ⁊ erãt loq̃ntes cũ iesu. Et r̃ndens petr⁹: ait iesu. Rabbi: bonũ est nos hic eẽ: et faciam⁹ hic tria tabernacula. Tibi vnu3, moysi vnum. ⁊ helye vnũ. Nõ eñ sciebat q̃d diceret. Erãt eñ timore exterriti. Et facta est nubes obũbrãs eos. Et venit vox de nube dicẽs. Hic ẽ filius me⁹ charissim⁹: audite illu3. Et stati3 circũspiciẽtes: neminẽ ampli⁹ viderũt nisi iesũ tm̃ secũ. Et descẽdẽtib⁹ illis de mõte: precepit illis ne cuiq̃ q̃ vidisset narrarẽt: nisi cũ fili⁹ hoĩs a mortuis resurrexerit. Et v̾bũ ꝯtinuerũt apud se: cõquirẽtes q̃d esset: cũ a mortuis resurrexerit. Dñica quarta Officium.



Cantate dño canticũ nouũ all'a q2 mirabilia fecit dñs all'a ante cõspectũ gentiũ reuelauit iustitiã suã all'a all'a. V̾. Saluauit sibi dexterã eius et brachiũ sc̃tm̃ ei⁹. Gl'ia p̃ri. Gloria in excel. Oro.

Deus q̃ fideliũ mentes vni⁹ efficis volũtatis: da pp̃lis

tuis id amare qđ pcipis: id desi derare qđ pmittis. vt inter mũdanas varietates: ibi nr̃a fixa sint corda: vbi vera sũt gaudia. p.

Lectio epl'e btĩ iacobi apl'i ca.j.

Charissimi: Omẽ datuz optimũ: ꝛ omẽ donũ pfectũ desursũ est descẽdẽs a pr̃e luminũ apud quẽ non est trãsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Volũtarie genuit nos vbo veritatis: vt sim' initiũ aliqđ creature ei'. Scitis aũt frẽs mei dilectissimi. Sit aũt oĩs hõ velox ad audiẽdũ: tard' aũt ad loquẽdũ: ꝛ tardus ad irã. Ira eñ viri iustitiã dei nõ operatᷣ. Propter qđ abiiciẽtes oẽm immũdiciã ꝛ abũdantiã malicie: in mãsuetudine suscipite insitũ vbũ: quod põt saluare aĩas vr̃as. In xp̃o iesu dño nr̃o. All'a. ℣. Ardẽs est cor meũ desidero videre dñm meuz quero ꝛ nõ iuenio vbi posuerũt eũ. All'a. ℣. Vado ad eũ q̃ misit me ꝫ qꝛ hec locut' sum vobis tristitia impleuit cor vr̃m. Sc̃d'z iohẽz. c. xvj.

In illo tpe: Dixit iesus discipl'is suis. Vado ad eũ q̃ me misit: ꝛ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sꝫ qꝛ hec locut' sum vobis: tristitia impleuit cor vr̃m. Sꝫ ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis. vt ego vadã. Si eñ nõ abiero: paraclitus nõ veniet ad vos. Si autez abiero: mittã eũ ad vos. Et cuz venerit ille: arguet mundum de pctõ: et de iustitia et de iudicio. De pctõ quidẽ: qꝛ nõ credũt in me. De iustitia vo: qꝛ ad pr̃em vado: ꝛ iã nõ videbitis me. De iudicio aũt: qꝛ prĩceps mũdi huius iudicat' est. Adhuc mlt'a habeo vobis dicere: ſꝫ nõ potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spũs veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Non eñ loquetᷣ a semetipo: sed quecũqꝫ audiet loquetᷣ: et q̃ vẽtura sunt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet: ꝛ annũciabit vobis. Offr̃. Iubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terra psalmũ dicite noĩ ei' venite et audite ꝛ narrabo vobis oẽs q̃ timetis deũ quãta fecit dñs aĩe mee all'a.

Sec. Deus q̃ nos p hui' sacrificij venerãda commercia: vnius summeqꝫ diuinitatis participes effecisti: p̃sta q̃s. vt sicut tuã cognoscim' veritatẽ: sic eã dignis morib' assequamur. per. Cõio. Dũ venerit paraclitus spũs veritatis ille arguet mũduz de peccato et de iustitia ꝛ de iudicio alleluya alleluya. Compl'. Adesto dñe de' noster: vt p hec q̃ fideliter sumpsim': et purgemur a vitijs: et a piculis oĩb' eruamur. Per. Feria. iiij. lectio actuũ apostoloꝝ capitulo. xiiij.

In dieb' illis: Supuenerũt ab antiochia ꝛ ychonio iu-

dei:q̄ cōcitatis turbis lapidaue runt paulū:ꝛ traxerūt extra ciui tatē existimātes eū mortuū esse. Circūdātib⁹ autē eū discipl'is: surgēs intrauit in ciuitatē. Al tera autē die: ꝑfect⁹ est cū barna ba ī derben. Et cū in illa ciuita te ꝓphetassent ac docuissēt mul tos: regressi sunt listram:ꝛ ycho nium:ꝛ antiochiā: confirmātes aīas discipuloꝝ:ꝛ exhortātes vt permanerēt in fide: et q꞉ p mul tas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Scd̄m iohannē capitulo.xvij.

In illo tp̄e: Respiciēs iesus ī discipl'os suos:dixit. Pa ter scē: serua eos ī noīe tuo quos dedisti mihi:vt sint vnū sicut et nos. Cū essem cū eis: ego serua bam eos in noīe tuo. Quos de disti mihi custodiui: et nemo ex his periit nisi fili⁹ perditiōis:vt scriptura impleat. Nūc autē ad te venio:ꝛ hec loquor ī mūdo.vt gaudiū meū habeāt impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermo nem tuū:ꝛ mūdus odio eos ha buit:q꞉ nō sunt de mūdo sicut ꝛ ego nō sum de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo:sed vt ser ues eos a malo. Feria.vj.lectio actuum apostoloꝝ capitulo.xv.

In dieb⁹ illis: Apl'i ꝛ senio res qui erāt hierosolimis: scripserunt his q̄ erāt antiochie fratrib⁹ dicētes. Placuit nobis frēs in vnū collectis: eligere vi ros ꝛ mittere ad vos cū charissi mis nr̄is barnaba et paulo: ho minib⁹ q̄ tradiderūt aīas suas ꝓ pter nomē dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Mi sim⁹ ergo iudā ꝛ sylā: q̄ ꝛ ipsi vo bis ꝟbis eadē referēt. Uisū est ergo spūi scō: nihil amplius vo bis imponere oneris q̄ꝫ hec q̄ ne cessitatis sūt: vt abstineatis vos a delibatis:ꝛ sanguine: et forni catiōe. A quib⁹ custodiētes vos bn̄ agetis in : nomie dn̄i nostri iesu xp̄i. Scd̄m iohannē.c.xiij.

In illo tp̄e: Dixit iesus disci pulis suis. Filioli: adhuc modicū vobiscū sū. Queretis me: et sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nō potestis venire. Et vobis dico modo. Mādatū no uum do vobis:vt diligatis inui cem sicut dilexi vos.vt ꝛ vos inui cē diligatis. In hoc cognoscēt oms q꞉ discipuli mei estis: si di lectionē habueritis adinuicē. Di cit ei symon petr⁹. Dn̄e: quo va dis: Rn̄dit ei iesus Quo ego va do: nō potes me mō seq̄. Seq̄ ris aūt postea. Dn̄ica.v. Offm̄.

Uocem iocūditatis annun ciate et audiat̄ alleluya nū ciate vsq̄ ad extremū terre liberauit dn̄s populū suū all'a all'a. ℣. Jubilate deo omis terra: seruite dn̄o in leticia. Gloria patri. Glo ria in excelsis deo. Oratio.

Deus a quo bona cuncta

procedunt:largire supplicibus tuis:vt cogitemus te inspirante que recta sunt:ꝛ te gubernante eadē faciam⁹. Per. Lectio epl'e beati iacobi apostoli capitulo.j.

Charissimi: Estote factores verbi et non auditores tm̄:fallētes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi ꝛ nō factor:hic cōparabitur viro:cōsideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abijt:et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autē perspexerit in lege pfecta libertatis ꝛ pmāserit:nō auditor obliuiosus factus sed factor operis:hic beat⁹ in facto suo erit. Si q̄s autē putat se religiosū esse nō refrenās linguā suā:sed seducēs cor suū: hui⁹ vana ē religio. Religio mūda ꝛ īmaculata apud deum ꝛ patrē:hec est. Uisitare pupillos et viduas:in tribulatiōe eoꝝ:ꝛ immaculatū se custodire:ab hoc seculo. All'a. ℣. Xp̄us resurgens ex mortuis iā nō morit mors illi vltra nō dn̄abitur. All'a. ℣. Usq₃ modo nō petistis quicq̄ in noīe meo petite ꝛ accipietis. Scd̄m iohem.c.xvj.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Amē amē dico vobis:si q̄d petieritis patrē in nomīe meo:dabit vobis. Usq₃ modo nō petistis quicq̄:ī noīe meo petite et accipietis:vt gaudiū vr̄m sit plenū. Hec in puerbijs locut⁹ sum vobis. Uenit hora:cū iā non in puerbijs loquar vobis:sed palā de pr̄e annūciabo vobis. Illo die:in noīe meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego rogabo pr̄em de vobis. Ipse enim pater amat vos:q₂ vos me amastis: et credidistis q₂ a deo exiui. Exiui a patre:ꝛ veni ī mūdum. Iterū relinquo mundū:ꝛ vado ad patrē. Dicūt ei discipl'i ei⁹. Ecce nūc palā loq̄ris:ꝛ puerbium nullū dicis. Nūc scim⁹ q₂ scis oīa:ꝛ nō opus est tibi vt q̄s te īterroget. In hoc credim⁹:q₂ a deo existi. Credo. Offer. Bn̄dicite gētes dn̄m deū nr̄m ꝛ obaudite vocē laudis ei⁹ q̄ posuit aīam meā ad vitam ꝛ non dedit cōmoueri pedes meos bn̄dict⁹ dn̄s q̄ nō amouit dep̄cationē meā ꝛ m̄iam suā a me all'a.

Suscipe dn̄e fideliū Secre. p̄ces cū oblationib⁹ hostiarū.vt p hec pie deuotiōis officia ad celestē gl'iam trāseam⁹.p. Cō.

Cātate dn̄o all'a cātate dn̄o ꝛ bn̄dicite nomē ei⁹ bn̄ nūciate de die ī diē salutare ei⁹ all'a alleluya. Compl'.

Tribue nobis dn̄e celestis mēse ꝟtute satiatis. ꝛ desiderare q̄ recta sunt ꝛ desiderata percipere.p do. In rogatiōib⁹.

feria.ij.et.iij. Officiū.

Exaudiuit de tēplo scō suo vocē meam all'a et clamor me⁹ in cōspectu ei⁹ introiuit ī aures ei⁹ all'a all'a. ℣. Diligā te dn̄e forti-

tudo mea: dn̄s firmamētum meū ꝛ refugiū meū et liberatoꝛ me⁹. Glīa patri. Orō ad missā fer. ij. ꝛ. iij.

Presta q̄s omnipotens de⁹: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus: contra aduersa oīa tua semper protectiōe muniamur. per. Lectio ep̄le beati iacobi apl̄i. c. vltimo.

Charissimi: Cōfitemini alterutrū pctā vestra: ꝛ oꝛate pro inuicē vt saluemini. Multū em̄ valet dep̄catio iusti assidua. Helias homo erat silis vobis passibilis: et oꝛatione oꝛauit. vt nō plueret sup terrā: et nō pluit annos tres ꝛ mēses sex. Et rursum oꝛauit: ꝛ celū dedit pluuiā: et terra dedit fructū suū. Si q̄s autē errauit ex vobis a veritate et cōuerterit quis eum: scire debet: q̄m qui cōuerti fecerit peccatoꝛem ab erroꝛe vie sue: saluabit animaꝫ eius a moꝛte. Et operit multitudinē pctōꝝ. ℟. All'a. ℣. Cōfitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in seculū mia eius. Scd̄m lucā. c. xj.

In illo tēpoꝛe: Dixit iesus discipulis suis. Quis vr̄m habebit amicū: et ibit ad illum media nocte ꝛ dicet illi: amice cōmoda mihi tres panes: q̄m amicus meus venit de via ad me: et nō habeo quod ponā ante illū: Et ille deintus respondens: dicat. Noli mihi molestus esse: iā ostium clausum est: et pueri mei mecū sunt in cubili: non possum surgere ꝛ dare tibi. Et ille si p̄seuerauerit pulsans: dico vobis: ꝛ si nō dabit illi: surgēs eo q̄ amicus eius sit: propter improbitatem tamē eius surget: ꝛ dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: ꝛ dabitur vobis. Querite: ꝛ inuenietis. Pulsate: et aperieꝉ vobis. Omnis em̄ qui petit accipit: et qui q̄rit inuenit: ꝛ pulsanti aperietur. Quis aūt ex vobis patrē petit panē: nunquid lapidē dabit illi: Aut piscem: nunquid p̄ pisce serpentē dabit illi: Aut si petierit ouū: nūq̄d poꝛriget illi scoꝛpionē: Si ergo vos cū sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris: quātomagis pater vester de celo: dabit spirituꝫ bonum petentibus se. Offꝫ. Confiteboꝛ dn̄o nimis in oꝛe meo et in medio multoꝛū laudabo eum q̄ assistit ad dexterā pauperis vt saluam faciat a p̄sequentib⁹ aīam meā. all'a.

Hec munera que. Secreta. sumu⁹ domine: et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis mīe dona conciliēt. p. Cōio. Petite et accipietis querite et inuenietis pulsate et aperieꝉ vobis: omis em̄ qui petit accipit et qui querit inuenit ꝛ pulsāti aperieꝉ all'a.

Uota nostra q̄s Cōplen. dn̄e pio fauoꝛe p̄sequere: vt dum dona tua in tribulatiōe

percepimus: de consolatiõe nostra in tuo amore crescamus. p.

Feria. iij. lectio epl'e beati pauli apostoli ad timotheum cap. ij.

Charissimi: Obsecro primũ oĩm fieri obsecratiões: oratiões: postulatiões: grãruz actiões pro omnib' hominib': pro regib': et oĩbus qui in sublimitate sunt cõstituti: vt quietaz ⁊ tranquillã vitã agam': in omni pietate et castitate. Hoc em̃ bonum est: et acceptũ corã saluatore nostro deo: qui oẽs homines vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Unus em̃ de': vnus et mediator dei ⁊ hominũ homo christ' iesus: qui dedit semetipsum redemptionẽ ꝓ omnibus: cuius testimoniũ temporibus suis cõfirmatũ est: in quo positus suz ego p̃dicator ⁊ apostolus. Ueritatẽ dico ⁊ non mẽtior: doctor gentiũ in fide ⁊ veritate Scd'm matheũ capitu. vij.

In illo tp'e: Dixit iesus discipulis suis. Petite: et dabitur vobis. Querite: ⁊ inuenietis. Pulsate: ⁊ aperietur vobis. Om̃is em̃ qui petit accipit: ⁊ qui querit inuenit: et pulsãti aperietur. Aut q̃s est ex vobis homo: quẽ si petierit filius suus panẽ: nunq̃d lapidẽ porriget ei: Aut si piscem petierit: nunq̃d serpentem porriget ei: Si ergo vos cũ sitis mali: nostis bona data dare filijs vestris. Quãtomagis pater vester qui ĩ celis est: dabit bona petẽtib' se: Omnia ergo quecũq3 vultis. vt faciãt vobis homines: et vos facite eis. Hec est eniz lex et ꝓphete. Intrate ꝑ angustã portã: quia lata porta: et spaciosa via: que ducit ad perditionẽ: et multi sunt qui intrãt per eam. Quã angusta porta et arcta via: que ducit ad vitam: et pauci sunt: qui inueniũt eã. In vigilia ascensionis dñi Offm̃.



Omnes gẽtes plaudite manibus iubilate deo in voce exultationis. ℣. Subiecit populos vobis: et gentes sub pedibus vestris. Gloria patri. Oro.

Presta q̃s oĩpotẽs pater. vt nostre mẽtis intentio: quo solẽnitatis vẽture gloriosus auctor ingressus est semp intẽdat: et quo fide pergit: cõuersatione perueniat. Per eundem dñm.

Lectio actuũ apl'oꝝ capitu. iiij.

In diebus illis: Multitudinis credentiũ erat cor vnũ: et aĩa vna. Nec quisq̃ eoruz que possidebat: aliquid suũ esse dicebat: sed erãt illis om̃ia cõia. Et virtute magna apostoli testimonium reddebãt resurrectionis dñi nostri iesu xp̃i. Et grã magna erat in omnib' illis. Nec em̃ aliquis inter eos indigẽs erat. Quotquot ei possessores agrorum vel domorũ erant: venden-

tes afferebāt precia eorum que vendebāt: et ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebat aūt vnicuiq3 prout opus erat. Alleluya. ℣. Pater cum essem cū eis ego autem seruabam eos quos dedisti mihi rogo vt serues eos in secula.

Scdm iohannē capitulo. xvij.

In illo tpe: Sublevatis iesus oculis ī celū: dixit. Pater venit hora: clarifica filiū tuū vt filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestate3 oīs carnis. vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternā. Hec est aūt vita eterna. vt cognoscāt te solum deum verum: et quē misisti iesum christum. Ego te clarificaui sup terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apd temetips3: claritate quā habui priusq͂ mundus esset apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus: quos dedisti mihi de mundo. Tui erant ⁊ mihi eos dedisti: et sermonē meum seruauerūt. Et nunc cognouerūt q2 omnia que dedisti mihi abs te sunt: q2 verba que dedisti mihi dedi eis. Et ipsi acceperūt: ⁊ cognouerūt vere quia a te exiui: et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mūdo rogo: sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt: ⁊ mea oīa tua sūt: ⁊ tua mea sunt: ⁊ clarificatus sum in eis. Et iam nō sum in mūdo: ⁊ hi in mundo sunt et ego ad te venio. Offr. Ascēdit deus in iubilatiōe dñs in voce tube alla. Secreta.

Sacrificiū dñe pro filiis tuis supplices venerabili quam preuenimus: nunc ascensione deferimus: presta quesumus. vt et nos per ipsum cōmerciu3 sacrosanctū ad celestia cōsurgamus. Per eunde3. Cōio. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum alleluya et gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Alia cōio. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mihi alleluya nunc autem ad te venio non rogo vt tollas eos de mūdo sed vt serues eos a malo alla alla. Compl.

Tribue quesumus domine. vt p hec sacramēta q͂ sumpsimus: illuc tendat nostre deuotionis affectus: quo tecū est nostra substātia: iesus christus dominus noster. Qui tecum vi.

In die ascensiōis dñi Officiū.



Viri galilei q̄d admiramini aspiciētes in celu3 alleluya quēadmodum vidistis eu3 ascendentem in celū ita veniet alla alla all. ℣. Cūq3 intuerent in celū eūtē illū ecce duo viri astiterūt iuxta illos ī vestibus albis qui et dixerūt. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Concede q̄s omps deus:

vt qui hodierna die vnigenitũ tuũ redẽptorẽ nostrũ ad celos ascẽdisse credim⁹: ipsi quoq; mẽte in celestib⁹ habitemus. Per eundẽ. Lectio actuũ aplorum. ca. j.

PRimũ quidem sermonẽ feci de oĩbus o theophile: q̃ cepit iesus facere et docere: vsq; in diem qua precipiẽs aplis per spm̃ sanctũ quos elegit: assumpt⁹ est. Quibus et prebuit seipsum viuũ post passionẽ suã in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis: et loquẽs de regno dei. Et cõuescens precepit eis ab hierosolimis ne discederent: sed expectarẽt promissionẽ patris: quã audistis inquit per os meũ: quia iohãnes quidẽ baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini in spũ sancto nõ post multos hos dies. Igitur qui cõuenerant: interrogabãt eũ dicentes. Dñe: si in tempore hoc restitues regnũ israel: Dixit autem eis. Nõ est vestrũ nosce tẽpora vel momẽta: que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spũs scti in vos: et eritis mihi testes in hierusalem: et in oĩni iudea et samaria: et vsq; ad vltimũ terre. Et cum hec dixisset: vidẽtibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cũq; intuerentur in celum euntem illũ: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei: quid statis aspicientes in celum: Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodũ vidistis eum euntem in celũ. Alleluya. ℣. Ascendit deus in iubilatione dominus in voce tube. Alleluya. ℣. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrũ deum meum et deũ vestrũ. Scdm marcũ ca. vltimo.

IN illo tpe: Nouissime recũbentibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatẽ illorũ et duritiã cordis: quia his q̃ viderãt eũ surrexisse non crediderãt. Et dixit eis. Euntes in mundũ vniuersũ: predicate euãgeliũ oĩni creature. Qui crediderit et baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condẽnabitur. Signa autẽ eos qui crediderint: hec sequentur. In noĩe meo: demonia eiiciẽt. Linguis loquent̃ nouis. Serpentes tollent. Et si mortiferũ quid biberint nõ eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebũt. Et dñs quidẽ iesus postq̃ locutus est eis: assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti: predicauerũt vbiq;: dño cooperante: et sermonem confirmante sequentibus signis. Credo in vnũ deũ. Offr.

Viri galilei quid admiramini aspi-

cientes in celuꝫ hic iesus qui assum-
ptus est a vobis in celum sic veniet
quemadmodū vidistis eū ascenden
tem in celum alleluya. Secreta.
SUscipe dñe munera que ꝑ
filij tui gloriosa ascensione
deferimus: ⁊ cōcede ꝓpitius. vt
a presētibꝰ periculis liberemur:
et ad vitā perueniamꝰ eternam.
Per eundē. Prefatio. Per xp̄m
dñm nostrū. Qui post resurre.
Cōicātes. Cōio. Psallite dño q̄
ascendit super celos celorū ad oriē-
tem alleluya. Complendū.
PResta nobis q̄s ops et mi-
sericors deꝰ. vt que visibilibꝰ mi-
sterijs sumēda percepimus: in-
uisibili ꝯsequamur effectu. per.

Dominica prima post ascensio-
nem domini Officium.

EXaudi dñe vocē meaꝫ qua
clamaui ad te alleluya tibi
dixit cor meū quesiui vultū
tuum vultum tuum dñe requirā ne
auertas faciē tuaꝫ a me all'a all'a. ℣.
Dñs illuminatio mea et salus mea
quam timebo. Gloria pri. Oro.
OMps sempiterne deꝰ: fac
nos tibi semper et deuotaꝫ
gerere volūtatē: et maiestati tue
sincero corde seruire. p. Lectio
ep'le beati petri apostoli ca. iiij.
CHarissimi: Estote pruden
tes: ⁊ vigilate i orationibꝰ.
Ante oīa auteꝫ mutuā in vobis-
metipsis caritatē continuā ha-
bentes: q꞉ caritas operit multi-
tudinē pctōꝝ. Hospitales inui-
cem: sine murmuratiōe. Unus-
quisqꝫ sicut accepit grām. in al-
terutrum illā administrātes: si-
cut boni dispēsatores multifor-
mis grē dei. Si quis loquitur:
quasi sermones dei. Si q̄s mi-
nistrat: tanq̄ ex virtute quā ad-
ministrat deus. vt in oībus ho-
norificet deus: per iesum xp̄m
dñꝫ nostrū. Alleluya. ℣. Dñs in
syna in sctō ascendēs in altū capti-
uam duxit captiuitatem. All'a. ℣.
Non vos relinquā orphanos vado
⁊ venio ad vos ⁊ gaudebit cor vrm̄.
Scđm iohannē cap. xv. et. xvj.
IN illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Cuꝫ venerit pa-
raclitus quē ego mittā vobis a
patre spm̄ veritatis: qui a patre
procedit: ille testimoniū ꝑhibe-
bit de me. Et vos testimonium
perhibebitis: q꞉ ab initio mecū
estis. Hec locutꝰ sum vobis. vt
nō scādalizemini. Absqꝫ syna-
gis faciēt vos. Sed venit hora
vt oīs qui interficit vos: arbitre
tur obsequiū se prestare deo. Et
hec faciēt vobis: q꞉ nō nouerūt
patrē neqꝫ me. Sꝫ hec locutꝰ sū
vobis. vt cū venerit hora eoꝝ re-
miniscamini q꞉ ego dixi vobis.
Offr̄. Ascēdit deus in iubilatiōe
dñs in voce tube all'a. Secreta.
SAcrificia nos dñe imacu-
lata purificēt: et mētibꝰ no-
stris supne grē dent vigorē. p.

Cō. Pater cum essem cum eis ego seruabā eos quos dedisti mihi all'a nunc aūt ad te venio nō rogo vt tollas eos de mūdo sed vt serues eos a malo alleluya all'a. Complendū.

Repleti dñe muneribus sacris: da q̄s. vt in gratiarū semper actione maneam⁹. Per.

Feria. iiij. l'c. actuū apl'oꝝ ca. ij.

In dieb⁹ illis: Receperūt iudei sermonē dñi nostri iesu xp̄i: et baptizati sunt: et apposite sunt in illa die anime circiter tria milia. Erāt autē perseuerātes in doctrina apl'oꝝ: ꝛ cōicatiōe fractiōis panis: et orōnib⁹. Fiebat autē omni anime timor. Multa quoq; prodigia ꝛ signa per apl'os fiebāt in hierusalē: et metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiam qui credebāt erant pariter: et habebāt omnia cōmunia. Possessiones et substantias vendebāt: ꝛ diuidebāt illas oīb⁹ ꝓut cuiq; opus erat. Quotidie quoq; perdurantes vnanimiter in tēplo: et frangentes circa domos panē: sumebāt cibū cum exultatiōe ꝛ simplicitate cordis collaudentes deum.

Scd'm marcum capitulo. vij.

In illo tp̄e: Surgēs iesus: abijt in fines tyri et sydonis. Et ingressus domū: neminem voluit scire. Et non potuit latere. Mulier eñ statim vt audiuit de eo: cuius filia habebat spiritū immundū: intrauit ꝛ ꝓcidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis: sirofenissa gñe. Et rogabat eum. vt demoniū eijceret de filia ei⁹. Qui dixit illi. Sine prius: saturari filios. Nō est eñ bonū sumere panē filioꝝ: et mittere canib⁹. At illa respondit: et dicit ei. Vtiq; dñe. Nā et catelli edunt sub mēsa: de micis puerorū. Et ait illi: ꝓpter hunc sermonē vade: exijt demoniū de filia tua. Et cum abijsset domū suā: inuenit puellā iacentem supra lectū: et demonium exijsse.

In octa. ascensionis dñi. Primum quidem. require retro.

Scd'm lucam capitulo vltimo.

In illo tp̄e: Dixit dñs iesus discipulis suis. Ego mittā promissum patris mei in vos. Vos aūt sedete ī ciuitate: quoadusq; induamini virtute ex alto. Eduxit autē eos foras in bethaniā: ꝛ eleuatis manib⁹ suis: bñdixit eis. Et factū est dū benediceret illis: recessit ab eis: et ferebat̄ in celū. Et ipsi adorantes: regressi sunt in hier'l'm: cum gaudio magno. Et erant semp in tēplo laudātes ꝛ bñdicentes deū. Feria. vj. l'c. actuū apl'oꝝ.

In dieb⁹ illis: Rñdit iacob⁹ dicēs. Viri fratres: audite me. Symō narrauit queadmodum primū de⁹ visitauit sumere ex gētib⁹ ppl'm noī suo. Et huic

concordāt verba prophetarū si-
cut scriptū ē. Post hec reuertar:
et reedificabo tabernaculuz da-
uid qđ cecidit: ꝛ diruta eiꝰ reedi-
ficabo: ꝛ erigā illud. vt requirāt
ceteri hominū dñm: et oēs gē
tes super quas inuocatuz est no
men meum: dicit dominꝰ faciēs
hec. Notū a seculo est dño opus
suū. Propter qđ ego iudico nō
inquietari eos qui ex gentibꝰ cō
uertuntur ad dominū: sed scri-
bere ad eos vt abstineāt se a con
taminationibꝰ simulacrorum: ꝛ
fornicatiōe: ꝛ suffocatis: et san-
guine. Moyses eñ a tēporibus
antiquis habet in singulis ciui-
tatibus qui eū predicēt in syna-
gogis: vbi per oēe sabbatū le-
gitur. Tūc placuit aplis ꝛ senio
ribus cū oēi ecclesia eligere vi-
ros ex eis: et mittere antiochiaz
cum paulo et barnaba iudā: qui
cognominatꝛ barsabas: et silēā:
viros primos in fratribus: scri-
bentes per manus eorum. Se-
cundm marcum capitulo. vij.

IN illo tempore: Dicebat ie
sus ad turbas: et ad disci-
pulos suos. Audite me oēs: ꝛ
intelligite. Nihil est extra hoīez
introiens in euz: quod possit eū
coinquinare. Sed que de homi
ne procedūt: illa sunt que cōmu
nicant hominē. Si quis habet
aures audiēdi: audiat. Et cum
introisset ī domū a turba: inter-
rogabāt eum discipuli eius pa-
rabolam. Et ait eis. Sic et vos
imprudentes estis: Non intelli
gitis quia omne extrinsecus in-
troiens in hominē nō potest eū
cōmunicare: quia nō introijt in
cor eius: sed in ventrē et in seces-
sum exit purgās omnes escas:
Dicebat autem: quoniā que de
homine exeunt illa cōmunicant
hominē. Ab intus eñ de corde
hominū: cogitatiōes male pro-
cedunt: adulteria: fornicatiōes:
homicidia: furta: auaritia: neq-
tie: dolus: impudicitia: oculus
malus: blasphemie: superbia:
stultitia. Oīa hec mala: abin-
tus ꝓcedūt: ꝛ coīcant hominē.
In vigilia pētecostes cap. xxij.

TEmptauit deus abrahā: ꝛ
dixit ad eū. Abrahā: abra-
ham. Ille respōdit. Adsū. Ait
illi. Tolle filiū tuum quē diligis
ysaac: et vade in terrā visionis:
atqꝫ offer euz ibi in holocaustū:
super vnū montiū quē monstra
uero tibi. Igitur abrahā de no-
cte consurgens: strauit asinum
suum: ducens secum duos iuue
nes ꝛ ysaac filium suum. Cūqꝫ
concidisset ligna in holocaustū:
abijt ad locuz quem preceperat
ei deus. Die autem tertio eleua
tis oculis vidit locum procul:
dixitqꝫ ad pueros suos. Expe-
ctate hic cuz asino. Ego et puer
illuc usqꝫ properantes: postq̄

adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocausti: et imposuit sup ysaac filium suum. Ipse ỽo portabat in manibus ignẽ et gladiuꝫ. Cumqꝫ duo pergerẽt simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili? At ille. Ecce inquit ignis ꝛ ligna. Ubi est victima holocausti? Dixit ãt abrahã. Deus prouidebit sibi victimã holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter: venerũtqꝫ ad locum quẽ ostenderat ei deꝰ: in quo edificauit altare: et desuper ligna cõposuit. Cumqꝫ colligasset ysaac filium suum: posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditqꝫ manuꝫ: et arripuit gladium: vt immolaret filium. Et ecce angelus domini de celo: clamauit dicens. Abraham: abrahã. Qui respõdit. Adsuꝫ. Dixitqꝫ ei. Non extendas manũ tuam super puerũ: neqꝫ facias illi quicq̃. Nũc cognoui quod timeas deum: et nõ peperceris filio tuo vnigenito ꝑpter me. Leuauit abraham oculos suos: et vidit post tergũ arietẽ inter vepres herentẽ cornibus. Quem assumẽs: obtulit holocaustuꝫ pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illius: dominꝰ videt. Unde vsqꝫ hodie dicitur: in monte dñs videt. Uocauit autẽ angelus dñi abrahã scdo de celo: dicens. Per memetipm iuraui dicit dñs: q꞉ fecisti rẽ hãc ꝛ non pepcisti filio tuo vnigenito ꝑpter me: bñdicã tibi et multiplicabo semẽ tuũ sicut stellas celi: et velut arenã q̃ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicoꝝ suoꝝ: et bñdicẽtur in semine tuo oẽs gẽtes terre: q꞉ obedisti voci mee. Reuersus est abrahã ad pueros suos: abierũtqꝫ bersabee simul: et habitauit ibi. Oratio.

Deus qui in abrahe famuli tui opere hũano gñi obedientie exẽpla prebuisti: ꝯcede nobis: et nostre volũtatis prauitatẽ frangere: ꝛ tuoꝝ preceptoꝝ rectitudinẽ in oibꝰ adiplere. p. Lc. ij. c. xxj.

Scripsit moyses canticũ: et docuit filios israel. Precepitqꝫ iosue filio nũ: et ait. Confortare et esto robustus. Tu eñ introduces filios israel in terrã quam pollicitus sum: et ego ero tecũ. Postq̃ ergo scripsit moyses ỽba legis huius in volumine: atqꝫ cõpleuit: ꝑcepit leuitis qui portabãt archã federis dñi dei: dicẽs. Tollite librũ istum: et ponite illuꝫ in latere arche federis domini dei nr̃i. vt sit ibi contra te in testimoniũ. Ego enim scio contentionẽ tuam: et ceruicem tuam durissimã. Adhuc viuente me ꝛ ingrediẽte vobiscũ: semper contentiose egistis con

tra dominū. Quantomagis cū
mortuus fuero: Cōgregate ad
me omnes maiores natu per tri
bus vestras atqz doctores: et lo
quar audiētibus eis sermones
istos: ⁊ inuocabo cōtra eos celū
et terrā. Noui em̄ ꝙ post mortē
meā inique agetis: et declinabi-
tis cito de via quam precepi vo-
bis. Et occurrēt vobis mala in
extremo tēpore: quādo feceritis
malū in conspectu dn̄i. vt irrite-
tis eum per opera manuū vrāꝝ.
Locut⁹ est ergo moyses audien-
te vniuerso cetu filioꝝ israel: ver-
ba carminis huius: et ad finem
vsqz cōpleuit. Tractū. Attende
celum et loquar et audiat terra ver-
ba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut
pluuia eloquiū meū et descendat si-
cut ros: ℣ba mea sicut ymber super
gramina et sicut nix supra fenum qꝛ
nomen dn̄i inuocabo. ℣. Date ma-
gnitudinē deo vestro dei vera ope-
ra eius et om̄es vie eius iudicia. ℣.
Deus fidelis in quo non est iniqui-
tas iustus et sanctus dn̄s. Orō.
Deus qui nobis per ꝓphe-
tarum ora precepisti temporalia relinquere: atqz ad eter-
na festinare: da famulis tuis. vt
que a te iussa cognouim⁹: imple
re celesti inspiratiōe valeamus.
Per dominum nostrū. Lectio
tertia ysaie ꝓphete ca. iiii.
Apprehendēt septē mulieres
virū vnuz in die illa: dicen-
tes. Panem nostrū comedem⁹:
⁊ vestimētis nostris operiemur:
tantūmodo inuocet nomē tuuz
super nos. Aufer obprobriū no
strum. In die illa erit germē do
mini in magnificentia ⁊ gloria:
et fructus terre sublimis: ⁊ exul-
tatio his q̄ saluati fuerit in isrl̄.
Et erit om̄is qui relictus fuerit
in syon: et residuus in hierusalē
sanctus vocabit: oīs qui script⁹
est in vita in hirl̄m. Si abluerit
dn̄s sordes filiorū syon: et san-
guinez hierl̄m lauerit de medio
eius: in spiritu iudicij et spiritu
ardoris. Et creabit dn̄s super
omnē locū mōtis syon: ⁊ vbi in-
uocatus est nubē per diem: et fu
mum ⁊ splendorē ignis flāman
tis per noctē. Super omnē em̄
gloriā protectio: et tabernaculū
erit in vmbraculū diei ab estu: et
in securitatem et absconsionem
a turbine et pluuia. Orō.
Deus qui nos ad hanc cele-
brandam festiuitatem vtriusqz
testamenti paginis instruis: da
nobis intelligere mīam tuaz. vt
ex ꝑceptione presentiū munerū:
firma sit expectatio futurorum.
Per dominū nostrum. Lectio
quarta libri baruch cap. iij.
Audi israel mādata vite. ⁊
aurib⁹ percipe vt scias pru-
dentiā. Quid est israel ꝙ in ter-
ra inimicorū es: Inueterasti in
terra aliena: coinq̄natus es cuz

mortuis: deputatus es cum his qui in inferno sunt: quia dereliquisti fontē sapiētie. Nam si in via dei ambulasses: habitasses vtiqȝ in pace super terrā. Disce vbi sit sapiētia: vbi sit virtus: vbi sit prudentia. vt scias simul vbi sit longiturna vita: ⁊ victus: vbi sit lumen oculorū et pax. Quis inuenit locum eius: et quis introiuit in thesauros eius: Ubi sunt principes gentiū et qui dominātur super bestias que sunt in terra: Qui in auibus celi ludunt: qui argentū thesaurizant et aurum in quo confidūt homines: et non est finis possessionis eorum: qui argentū fabricant ⁊ solliciti sunt: ⁊ ad inferos descēderunt: et alij in locum eorū surrexerunt. Iuuenes viderunt lumen: et habitauerunt super terram. Viā autē discipline nescierunt: neqȝ intellexerūt semitas eius: neqȝ susceperunt eam filij eorum. A facie illorū longe facta est. Nō est audita in chanaam: neqȝ visa est in themā. Filij quoqȝ agar exquisierūt prudentiā que de terra est: negociatores terre theman: fabulatores et exquisitores prudentie et intelligentie. Viam autem sapientie nescierunt: neqȝ meminerūt semitarum eius. O israel quā magna domus dei: ⁊ ingens locus possessionis eius: et non habet consummationē excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna. sciētes bellum. Non hos elegit dominus: neqȝ viam discipline inuenerūt: et propterea perierunt. Et quoniam non habuerūt sapientiā: interierūt propter suam insipiētiam. Quis ascendit in celum: ⁊ accepit eam: et adduxit eam de nubibus: Quis transfretauit mare et inuenit eam: ⁊ attulit eā super aurum electum: Non est qui sciat viam eius: nec qui excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa nouit illam: et adinuenit eam prudentia sua: qui perfecit terram in sempiterna tempora: et adimpleuit eam pecudib⁹. Vocauit eam: ⁊ audiuit eam in tremore. Stelle autem dederūt lumen in custodijs suis: et letate sunt. Vocate sunt: et dixerūt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate: qui fecit illas. Hic est deus noster: et non estimabitur alius absqȝ illo. Hic adinuenit omnē viam discipline: et dedit illā iacob puero suo: et israel electo suo. Post hec super terram visus est: et cum hominibus conuersatus est. Tractum.

Vinea facta est dilecto in cornu in loco vberi. ℣. Et macheria circumdedit et circumfodit et plantauit vineam soreth et edificauit turrim in

medio eius. ℟. Et torcular fodit in ea: vinea enim domini sabaoth domus israel est. Oratio.

Deus incõmutabilis virt⁹ ꝛ lumẽ eternũ: respice ꝓpitius ad totius ecclesie mirabile sacramẽtuꝫ: ꝛ da famulis tuis vt hoc qḋ deuote agim⁹: etiaꝫ rectitudine vite teneam⁹. Per do. Lectio. v.

Facta est sup me man⁹ dñi: et eduxit me in spiritu dñi: et dimisit me in medio cãpi qui erat plenus ossib⁹: et circũduxit me per ea in giro. Erant autem multa valde super faciem cãpi: siccaqꝫ vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis: putasne viuẽt ossa ista? Et dixit. Dñe deus tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis: et dices eis. Ossa arida: audite verbuꝫ dñi. Hec dicit dñs deus ossib⁹ his. Ecce ego intromittã in vos spiritum ꝛ viuetis: et dabo sup vos neruos: et succrescere faciam super vos carnes: et superextendã in vobis cutem: et dabo vobis spiritum et viuetis: et scietis qꝛ ego dominus. Et ꝓphetaui sicut preceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetãte me: et ecce cõmotio. Et accesserunt ossa ad ossa: vnũquodqꝫ ad iuncturam suaꝫ. Et vidi: et ecce super ea nerui et carnes ascenderunt: et extenta est in eis cutis desuper: ꝛ spiritũ non habebãt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritũ: vaticinare fili hominis: et dices ad spiritũ. Hec dicit dominus deus. A quattuoꝛ vẽtis veni spiritus: et insuffla sup interfectos istos: et reuiuiscãt. Et prophetaui sicut p̃ceperat mihi Et ingressus est in ea spũs: ꝛ vixerunt et steterunt super pedes suos: et erat exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili homis: ossa hec vniuersa: domus isrl' est. Ipsi dicunt. Aruerũt ossa nostra: et periit spes nostra: et abscisi sum⁹. Propterea vaticinare: et dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Ecce ego aperiã tumulos vestros: ꝛ educam vos de sepulchris vestris populus meus: et inducam vos in terram israel. Et scietis quia ego dominus: cum aperuero sepulchra vestra: ꝛ adduxero vos de tumulis vr̃is populus me⁹: ꝛ dedero spiritum meuꝫ in vobis: et vixeritis. Et requiescere vos faciaꝫ. Dicit dominus omnipotens. Tractum. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ ita desiderat aĩa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuum qñ veniam et apparebo ante facieꝫ dei mei. ℣. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte duꝫ dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus.

Oro.

Concede quesumus omnipotens deus. vt qui

solemnitatez doni spirit⁹ sancti colimus: celestibus desiderijs accēsi: fontē vite sitiamus. Per dominū nostrum. eiusdem. Kyryeleyson. Gloria in excel. Orō.

PResta quesumus omnipotens deus. vt claritatis super nos splendor effulgeat: et lux tue lucis corda eorū qui per gratiam tuam renati sunt: sancti spiritus illustratione confirmet. Qui tecū viuit et regnat.

Lectio actuum aplōr. c. xix.

IN diebus illis. Factuz est cuz apollo esset corinthi. vt paulus peragratis superiorib⁹ partibus veniret ephesum: ꝛ inueniret quosdā discipulos. Dixitq3 ad eos. Si spiritū sanctuz accepistis credentes: At illi dixerunt ad eum. Sed neq3 si spiritus sanctus est audiuim⁹. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis: Qui dixerūt. In iohannis baptismate. Dixit aūt paulus. Iohānes baptizauit baptismo penitētie ppl'm: dicēs in euz qui vēturus esset post ipsum vt crederēt: hoc est in iesuz. His audit is: baptizati sunt in noīe dñi iesu. Et cū imposuisset illis manus paulus: venit spiritus sanctus super eos et loquebantur linguis ꝛ pphetabāt. Erāt aūt oēs viri fere duodeciz. Ingressus autē synagogā: cum fiducia loquebat᷑ per tres mēses: disputans ꝛ suadēs de regno dei. Alleluya. ℣. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculuz mia ei⁹. Tractū.

Laudate dominuz omnes gentes et collaudate euz omnes populi. ℣. Quoniā confirmata est super nos mia eius et veritas domini manet in eternū. Scdz iohannē. c. xiiij.

IN illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrē: et aliuz paraclitum dabit vobis. vt maneat vobiscum in eternū: spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non vidit euz nec scit eum. Vos autem agnoscetis eum: quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos. Veniam ad vos. Adhuc modicū: et mundus me iam nō videt. Vos aūt videbitis me: quia ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis: q2 ego in patre meo: et vos in me: ꝛ ego ī vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui aūt diligit me: diliget᷑ a pr̄e meo: et ego diligā eū: et manifestabo ei meipsum. Credo in. Offr. Emitte spm̄ tuū ꝛ creabunt᷑ ꝛ renouabis faciem terre: sit gloria dñi in scl'a all'a.

MUnera q̄s dñe oblata sctīfica: ꝛ corda nostra sctī spūs illustratiōe emūda. p. eiusdē. Secr. Prefa. Qui ascendens.

Et non dicit hodierna die: in vigilia. Cõicantes. Hanc igitur. Cõio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui i me credit flumina de ventre eius fluent aque viue. hoc autẽ dixit de spũ quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ all'a all'a. Complẽ. Sancti spũs dñe corda nr̃a mũdet infusio: et sui roris intima aspersiõe fecũdet. Per. in vnitate eiusdẽ dñm nr̃m iesũ. Ite missa est. Deo gratias. In die pentecostes Officium.



Spiritus dñi repleuit orbem terrarũ all'a et hoc quod cõtinet oĩa scientiã habet vocis alleluya all'a all'a. ℣. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a tẽplo tuo qđ est in hierusalẽ. Gl'ia pr̃i. Gl'ia in ex. Orõ Deus qui hodierna die corda fideliũ sancti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semp cõsolatiõe gaudere. Per. in vnitate eusdem. Lectio actuum apostolorꝝ capitulo. ij. In dieb' illis: Dũ cõplerẽtur dies pentecostes: erant oẽs discipuli pariter in cenaculo. Et factus est repente de celo sonus: tanꝗ aduenietis spirit' vehemẽtis: ⁊ repleuit totam domum vbi erãt sedẽtes. Et apparuerũt illis disptite ligue tanꝗ ignis: seditqꝫ supra singulos eorum. Et repleti sunt oẽs spiritu sancto: ⁊ ceperũt loqui varijs linguis. prout spũs sanctus dabat eloqui illis. Erant autẽ in hier'l'm habitãtes iudei viri religiosi: ex om̃i natiõe que sub celo est. Facta autẽ hac voce cõuenit multitudo: ⁊ mẽte ꝯfusa est: qm̃ audiebat vnusquisqꝫ ligua sua illos loquẽtes. Stupebãt autẽ oẽs: ⁊ mirabant' dicẽtes. Nõne ecce oẽs isti qui loquunt' galilei sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisqꝫ linguã nostrã in qua nati sumus? Parthi: et medi: ⁊ elamite: et q̃ habitãt mesopotamiã: iudeã: ⁊ capadociã: pontũ: et asiã: phrigiã: ⁊ pãphiliam: egyptũ: ⁊ partes libie: que est circa cirenẽ: et aduene romani: iudei quoqꝫ et proseliti: cretes: et arabes: audiuim' eos loquẽtes nr̃is linguis magnalia dei. ℟. Beata gens. require in fo. xlviij. All'a. ℣. Emitte spiritum tuum et creabũtur: et renouabis faciem terre. Alleluya. ℣. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende. Scd'm iohannẽ. c. xiiij. In illo tẽpore: Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonem meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eũ veniem': et mansiõnẽ apđ eũ faciem'. Qui non diligit me: sermões meos nõ seruat. Et ser

mone quē audistis non est me⁹: sed eius q̄ misit me patris. Hec locut⁹ sum vobis: apud vos manens. Paraclitus aūt spūs sanctus quē mittet pater in nomie meo: ille vos docebit oīa: et suggeret vobis oīa q̄cūq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodo hic mūdus dat: ego do vobis. Nō turbet cor vestrū: neq; formidet. Audistis q: ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; q: vado ad prē: q: pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscū. Venit em̄ princeps mūdi hui⁹: et in me nō habet quicq̄. Sz vt cognoscat mūdus: q: diligo patrē: ⁊ sicut mandatū dedit mihi pater: sic facio. Credo in. Offr. Confirma hoc deus qd operat⁹ es in nobis a tēplo tuo qd est in hierl'm tibi offerēt reges munera alleluya.

Munera dn̄e q̄s Secreta. oblata sctīfica: et corda nostra scti spūs illustratiōe emunda. Per. eiusdē. Prefatio. Qui ascendēs sup oīs. Cōicantes. Hanc igigit. Cō. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehemētis vbi erāt sedentes alleluya: et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. Complendū.

Sancti spirit⁹ dn̄e corda nostra mundet infusio: et sui roris intima aspsione fecundet. Per in vni. eiusdē. Ite missa est.

Feria secunda Officium.



Cibauit eos ex adipe frumenti all'a et de petra melle saturauit eos all'a all'a alleluya. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Deus q̄ aplīs tuis sctm̄ dedisti spm̄: cōcede plebi tue pie petitiōis effectū. vt qb⁹ dedisti fidē largiaris et pacē. qui vi.

Lectio actuū apostolo⁊ cap. x.

In diebus illis: Aperiēs petrus os suum: dixit. Viri fratres: nobis precepit dn̄s predicare populo ⁊ testificari: quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorū et mortuo⁊. Huic omnes pphete testimoniū phibent: remissionē peccatorū accipere per nomen eius: oms̄ qui credunt in eum. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spirit⁹ sanctus super oms̄ qui audiebant verbū. Et obstupuerūt ex circūcisione fideles qui venerāt cū petro: quia ⁊ in natiōes grā spiritus sācti effusa est. Audiebant eī illos loquētes linguis: et magnificātes deum. Tunc respondit petrus. Nunq̄d aquā quis prohibere pōt. vt nō baptizentur hi qui spiritū sanctū ac-

ceperunt sicut et vos: Et iussit eos baptizari in noie dni nostri iesu christi. Alleluya. V. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Alleluya. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Secdm iohanne capitulo.iii.

In illo tepore: Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundu: vt filiu suum vnigenitu daret. vt omis qui credit in ipsum no pereat: sed habeat vita eterna. No em misit deus filium suum in mundu. vt iudicet mundu: sed vt saluetur mudus per ipsum. Qui credit in eu: no iudicatur. Qui aut non credit: iam iudicatus est: quia non credit in nomie vnigeniti filii dei. Hoc est autem iudiciu: quia lux venit in mundu: et dilexerunt hoies magis tenebras quam luce. Erant em eorum mala opera. Omis em qui male agit odit luce: et non venit ad luce. vt non arguantur opa eius. Qui aut facit veritate: venit ad luce. vt manifestentur opa eius: quia in deo sunt facta. Credo in. Offer.

Intonuit de celo dns et altissimus dedit voce sua et apparuerunt fontes aquarum all'a. Secreta.

Propitius dne deus hec dona sctifica: et hostie spiritalis oblatioe suscepta: nosmetipsos tibi perfice munus eternum. p. Prefa. Qui ascendes. Coicates. Hac igitur. Co. Spus sctus docebit vos all'a quecuq3 dixero vobis all'. Cpl.

Adesto dne qs pplo tuo: et que misteriis celestibus imbuisti: ab hostium furore defende. Per. Feria.iii. Officium.



Accipite iocuditate glie nostre all'a gras agentes deo all'a qui vos ad celestia regna vocauit all'a all'a. V. Attendite ppl'e meus lege mea: inclinate aurem vestra in verba oris mei. Glia patri. Gloria in excelsis. Oratio.

Adsit nobis dne qs virtus spiritus scti: que et corda nra clementer expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Per. in vnitate eiusde. Lect. actuu aplorum. c. viii.

In diebus illis: Cu audissent apli qui erat hierosolimis: quia recepisset samaria verbu dei: miseru ad illos petru et iohannem. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis. vt acciperet spiritu sctm. Nodu ei in quemquam illorum venerat: sed baptizati tm erat i noie dni iesu. Tuc iponebat manus sup illos: et accipiebat spm sctm. All'a. V. Repleti sunt omes spu scto et ceperut loqui magnalia dei. All'a. V. Veni scte. Scdm ioh. c. x.

In illo tpe: Dixit ihs discipulis suis. Ame ame dico vobis: qui no intrat per ostiu in ouile ouiu: sed ascedit aliunde: ille fur est et latro. Qui aut intrat per ostiu: pastor e ouiu. Huic ostia,

rius aperit: et oues vocē eius audiunt: et ppriās oues vocat nominatī: et educit eas. Et cū proprias oues emiserit: ante eas vadit: et oues illū sequunt: q sciūt vocē ei. Alienū āt nō sequunt: sed fugiūt ab eo: q nō nouerūt vocē alienoꝝ. Hoc pu̅erbiū: dixit illis iesus. Illi aūt nō cognouerūt qd loqueret eis. Dixit ergo eis iterū iesus. Amē amē dico vobis: q ego sum ostiū ouiū. Oēs quotquot venerūt: fures fuerūt et latrones: sed nō audierunt eos oues. Ego sum ostiū. Per me si quis introierit saluabitur: et ingrediet et egrediet: et pascua inueniet. Fur non venit nisi vt furet: et mactet: et perdat. Ego veni vt vitā habeāt: et abūdātius habeāt. Credo in. Offꝫ.

Portas celi aperuit dn̄s et pluit illis māna vt ederēt panē celi dedit illis: panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

Purificet nos dn̄e q̄s muneris p̄ntis oblatio: et dignos sacra pticipatōe pficiat. p do. p̄fa. Qui ascēdēs. Cōicātes. Hanc igit. Cō. Sp̄us q a p̄re pcedit all'. ille me clarificabit all'a all'a. Cōpl.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e sp̄us scūs diuinis reparet sacramētis: q ip̄e est remissio omniū pctōꝝ. p. d. Fe. iiij. offm̄



Deus dū egredereris coraꝫ pp̄lo tuo all'a iter faciens eis alleluya habitās in illis alleluya all'a. ℣. Exurgat de et dissipent inimici ei: et fugiāt q oderūt eū a facie eius. Gl'ia p̄ri. Gl'ia in ex. Orō.

Mentes nr̄as q̄s dn̄e paraclit q a te pcedit illuminet: et inducat in oēm sicut tu pmisit filius veritatē. Qui te cum.

Lectio actuū apostoloꝝ cap. ij.

In dieb illis: Stans petr cū vndecim: eleuauit vocē suā: et locut est eis. Viri iudei et q habitatis hirl'm vniuersi: hoc vobis notuꝫ sit: et aurib pcipite verba mea. Nō eī sicut vos estimatis hi ebrij sunt: cuꝫ sit hora diei tertia: sed hoc ē qd dictū ē p prophetā iohel. Et erit ī nouissimis dieb dicit dn̄s: effundā de sp̄ū meo sup oēꝫ carnē: et pphetabūt filij vr̄i et filie vr̄e. Et iuuenes vr̄i visiōes videbūt: et seniores vr̄i sōnia sōniabūt. Et qdeꝫ sup seruōs meos et ācillas meas ī dieb illis effūdā de sp̄ū meo: et pphabūt. Et dabo pdigia ī celo sursū: et signa ī terra deorsuꝫ: sanguinē et ignē: et vaporē fumi. Sol ouertet ī tenebras: et luna in sāguinē: anq veniat dies dn̄i magn et manifest. Et erit: oīs quicūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i: saluus erit. All'a. ℣. Dū cōplerentur dies pentecostes erant omnes pariter dientes. Oratio.

Presta quesum oīpotens et misericors deus. vt spirit

sanctus adueniēs: templū nos glorie sue dignāter habitando perficiat. Per. in vnita. eiusdē.
Lectio actuū apostolorū cap.v.
In dieb' illis: Per manus apostolorū fiebant signa: et prodigia multa in plebe: et erāt vnanimiter oēs in porticu salomonis. Ceterorū aūt nemo audebat cōiungere se illis: sed magnificabat eos ppl's. Magis āt augebat credentiū in dño multitudo virorū ac mulierū. ita vt in plateis eiicerent infirmos: et ponerēt in lectulis et grabatis: vt veniēte petro saltem vmbra illius obūbraret quemq illorū: et liberarent ab infirmitate. Concurrebat autē et multitudo vicinarū ciuitatū in hierusalē: afferentes egros et vexatos a spiritibus immūdis: qui curabantur omnes. Alleluya. V. Veni sancte spiritus. Scdm iohannē ca.vi.
In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nemo pōt venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eū. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die. Est scriptum in pphetis. Et erūt oēs docibiles dei. Oīs qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. Nō quia patrē vidit quisq: nisi is qui est a deo. Hic vidit patrē. Amen amē dico vobis: qui credit i me: habet vitā eternā. Ego sum panis vite. Patres vrī mānducauerunt māna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de celo descendēs. vt si qs ex ipso māducauerit: nō moriat. Ego sū panis viuus: qui de celo descendi. Si qs manducauerit ex hoc pane: viuet in eternū. Et panis quem ego dabo: caro mea est p mūdi vita. Credo in vnū. Offr.
Emitte spiritū tuum et creabūtur et renouabis faciem terre sit gloria domini in secula all'a. Secreta.
Suscipe qs dñe mun' oblatum: et dignanter operare: vt quod misteriis agimus: piis effectib' celebrem'. Per. Prefa. Qui ascendens super. Cōicantes. Hāc igit. Cōio. Pacē meā do vobis alleluya: pacem relinquo vobis alleluya all'a. Compl'.
Sumētes dñe celestia sacramenta: qs clementiā tuā. vt qd tēporaliter gerim': eternis gaudiis consequamur. Per dñm.
¶ Feria.v. Officiū et oratiōes que in missa dicunt resumūtur de festo pētecostes. exceptis epistola et euāgelio que sequuntur.
Lectio actuū aplorū cap.viii.
In dieb' illis: Philippus descendēs in ciuitatē samarie: predicabat illis xpm. Intēdebant aūt turbe his que a philippo dicebātur: vnanimiter audientes: et vidētes signa que faciebat. Multi eñ eorū qui habebant spiritus immūdos: cla-

mantes voce magna exiebant. Multi autē paralitici et claudi curati sunt. Factū est ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

Scd̄m lucam capitulo.x.

In illo tēpore: Conuocatis iesus duodecim discipulis suis: dedit illis virtutē et potestatem super omnia demonia et vt lāguores curarēt. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neqz virgā: neqz perā: neqz pecuniaz: neqz panē: neqz duas tunicas habeatis. Et in quācūqz domū intraueritis: ibi manete et inde ne exeatis. Et quicūqz nō receperit vos: exeūtes de ciuitate illa: etiā puluerez pedū vestroꝝ excutite in testimonium super illos. Egressi autez circuibant per castella: euangelizantes: et curantes vbiqz.

Feria sexta Officium.

Repleatur os meum laude tua alleluya vt possim cantare alleluya: gaudebūt labia mea dum cātauero tibi all'a. ℣. In te dn̄e speraui non confundar in eternū: in iustitia tua libera me et eripe me. Gl'ia pr̄i. Gl'ia in excel.

Da quesum⁹ ecclesie Or̄o. tue misericors deus. vt sancto spū cōgregata: hostili nullatenus icursione turbetur. Per. in vnitate eiusdez. Lectio actuū apostolorum capitulo scd̄o.

In dieb⁹ illis: Aperiens petrus os suum: dixit. Viri israelite: audite v̄ba hec. Iesum nazarenū virū approbatū a deo in vobis virtutibus et p̄digijs: et signis: que fecit per illū deus in medio vestri: sicut vos scitis: hunc definito consilio: et p̄scientia dei traditū per man⁹ iniquorum: affligentes interemistis. Quē deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid em̄ dicit in eum. Prouidebam dn̄m corā me semp: qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc letatū ē cor meuz. et exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Qm̄ nō derelinques animā meā in īferno: neqz dabis scm̄ tuū videre corruptōnē. Notas mihi fecisti vias vite replebis me iocūditate cum facie tua. All'a. ℣. Spiritus vbi vult spirat et vocē eius audis et nescis vnde veniat aut quo vadat. All'a. ℣. Ueni sancte spiritus.

Scd̄m lucam. capitulo.v.

In illo tp̄e: Factū est in vna dierū: et ipse iesus sedebat docens. et erant pharisei sedentes. et legis doctores: q̄ venerant ex om̄i castelo galilee et iudee. et ihr'lm: et v̄tus erat dn̄i ad sanandū eos. et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paraliticus: et q̄rebant eū inferre. et pone

re ante eū. Et nō inueniētes qua
parte illū inferrēt pre turba: ascē
derūt supra tectū. et per tegulas
submiserūt illū cū lecto ante ie-
sum in mediū. Quorū fidē vt vi
dit: dixit. Homo: remittūtur ti-
bi pctā tua. Et ceperūt cogitare
scribe et pharisei: dicētes. Quis
est hic qui loquitur blasphemias?
Quis potest pctā dimittere nisi
solus deꝰ? Ut cognouit autē ihs
cogitatiōes eorū: respōdēs dixit
ad illos. Quid cogitatis mala ī
cordibus vr̄is? Quid est faciliꝰ
dicere dimittunt tibi pctā. an di
cere surge et ambula? Ut autem
sciatis. quia filiꝰ hoīs potestatē ha
bet ī terra dimittere pctā. ait pa-
ralitico. Tibi dico. Surge. tolle
lectū tuū: et vade in domū tuam.
Et cōfestim surgēs corā illis: tulit
lectū in quo iacebat. et abijt ī do-
mū suā: magnificās deū. Et stu
por apprehēdit oēs: et magnifi
cabāt deū. Et repleti sūt timore
dicētes: quia vidimꝰ mirabilia ho-
die. Credo. Offr. Lauda anima
mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea
psallā deo meo quamdiu ero all'a. Se.
Sacrificia domine tuis obla-
ta cōspectibꝰ. ignis ille diui-
nus assumat. qui discipulorū xpi
tui per spiritūsctm corda succen
dit. Per eundē eiusdē. Prefatio
Qui ascēdēs. Cōmunicā. Hanc
igitur. Coio. Spiritꝰ vbi vult spirat
et vocē eiꝰ audis all'a et nescis vnde
veniat aut quo vadat all'a all'a.
Sumpsimus dn̄e Cōplen.
sacri dona misterij humili-
ter deprecātes: vt que in tui cōme
moratiōe nos facere precepisti.
in nr̄e proficiāt infirmitatis au-
xiliū. Qui viuis. Sabbato offi.



Charitas dei diffusa est ī cor
dibus nr̄is all'a per inhabi-
tantē spūm eiꝰ in nobis all'a
all'a. V. Dn̄e dn̄s noster: quam admira-
bile est nomen tuū in vniuersa terra.
Gl'ia patri. Gl'ia in excel. Oro.
Mentibus nr̄is dn̄e spiritum
sctm benignꝰ infunde: cuiꝰ
et sapiētia cōditi sumꝰ. et prouidē
tia gubernamur. Per eiusdem.
Lectio ioelis prophete capl'o. ij.
Hec dicit dn̄s deꝰ. Effundā
de spū meo super omnē car-
nem: et prophetabūt filij vr̄i et filie
vr̄e. Senes vr̄i sompnia sōpnia
būt: et iuuenes vr̄i visiones vide-
būt. Sed et sup seruos meos et
ancillas meas. in diebꝰ illis effū
dā de spiritu meo: et dabo prodi-
gia in celo et in terra: sanguinē et
ignē: et vaporē fumi. Sol cōuer-
tetur in tenebras. et luna in san-
guinē: antequam veniat dies dn̄i ma
gnus et horribilis. Et oīs quicū
que inuocauerit nomen dn̄i saluꝰ
erit. All'a. V. Spūs dn̄i repleuit or
bem terrarū et hoc quod continet om-
nia sciētiam habet vocis. Oratio.
Illo nos igne qs dn̄e spūs
sctus inflāmet. quē dn̄s no

ster iesus xp̄s misit in terrā. et vo-
luit vehemēter accēdi. Qui tecū
eiusd. Lcō libri leuitici. xxiij. ca.
In dieb' illis: Locutus est
dn̄s ad moysen dicēs Loq
re filijs isrl': et dices ad eos. Cū
ingressi fueritis terrā quā ego
dabo vobis. et messueritis sege-
tē: feretis manipulos spicarū pri
mitias messis vr̄e ad sacerdotē.
Qui leuabit fasciculū corā dn̄o
vt acceptabilis sit pro vobis. Al
tera die sabbati: et scificabit illū
Numerabitis ergo ab altero die
sabbati. in quo obtulistis mani-
pulos primitiarū septē abdoma-
das plenas. vsq; ad alterā diem
expletionis ebdomade septime.
id est quīquagīta dies: et sic offe-
retis sacrificiū nouū dn̄o ex oib'
habitaculis vr̄is. Panes primi-
tiarū duos de duabus decimis:
quos eleuabit sacerdos corā do
mino. Et vocabitis hūc diē cele-
berrimū atq; scīissimū. Omne
opus seruile: non facietis in eo.
Legitimū sempiternū erit: in cū
ctis habitacl'is et generatiōibus
vestris. Dicit dn̄s ops. Alla. ℣.
Veni sancte spūs. et cete. Oratio.
Deus qui ad aīarū medelā ie
iunij deuotōe castigari cor
pora precepisti: ɔcede nobis pro
piti'. et mēte et corpore semp tibi
esse deuotos. Per. Lcō libri de-
In dieb' illis: utero. xxi. ca.
Dixit moyses. Audi israel
que ego precipio tibi hodie. Cū
intraueris terrā quā dn̄s deus
tu' daturus est tibi possidēdā.
et obtinueris eā atq; hītaueris
in illa: tolles de cūctis frugibus
tuis primitias. et pones ī cartal-
lo: pergesq; ad locū quē dn̄s de'
tu' elegerit. vt ibi inuocet nomē
ei'. Accedesq; ad sacerdotē qui
fuerit in diebus illis: et dices ad
eū. Profiteor hodie coram dn̄o
deo tuo q̇ exaudiuit nos et respe-
xit hūilitatē nr̄ā et laborē atq;
angustias: et eduxit nos de egy-
pto in manu forti et brachio extē
to: in ingēti pauore ī signis atq;
portētis. et introduxit ad locum
istū: et tradidit nobis terrā lacte
et melle manātē: et idcirco nūc of-
fero primitias frugū terre: quā
dn̄s de' dedit michi. Et dimit-
tes eas in ɔspectu dn̄i dei tui: et
adorato dn̄o deo tuo. epulabe-
ris in oībus bonis que dn̄s de'
tu' dederit tibi. Alla. ℣. Repleti
sunt om̄s spiritusancto et ceperūt lo-
qui magnalia dei. Oratio.
Presta q̄s ops deus: vt salu
taribus ieiunijs eruditi. ab
oībus etiā vicijs abstinētes pro
piciatiōē tuā facili' impetrem'.
Per. Lcō libri leuitici. xxvi. cap.
In dieb' illis: Dixit dn̄s ad
moysen. Si in p̄ceptis me-
is ambulaueritis. et mādata mea
custodieritis et feceritis ea: dabo
vobis pluuias tpibus suis. et ter

ra gignet germen suũ: et pomis arbores replebũtur. Apprehendet messiũ tritura vindemiã: et vindemia occupabit semẽtez. Et comedetis panẽ vestrũ in saturitate: ⁊ absq3 pauore habitabitis in terra vr̃a. Dabo pacez in finib⁹ vr̃is: dormietis. ⁊ nõ erit q̃ exterreat. Auferaz malas bestias: et gladi⁹ nõ trãsibit termĩos vr̃os. Perseq̃mini inimicos vr̃os: et corruẽt corã vobis. Persequẽt quĩq3 de vobis centũ alienos: et centũ ex vobis decem milia. Cadent inimici vr̃i in cõspectu vr̃o: gladio. Respiciã vos et crescere faciã: multiplicabimini. ⁊ firmabo pactũ meũ vobiscũ: ⁊ comedetis vetustissima veterũ: et vetera nouis sup̃uenientib⁹ proijcietis Ponã tabernaculũ meuz in medio vr̃i: ⁊ nõ abijciet vos anima mea. Ambulabo inter vos. ⁊ ero vester de⁹: vosq3 eritis pp̃l's me⁹. Dicit dñs ops. Alla. ℣. Spũs vbi vult spirat: ⁊ vocez eius audis ⁊ nescis vnde veniat: aut quo vadat.

Oro. Presta q̃s ops deus: sic nos ab epulis carnalib⁹ abstinere. vt a vicijs irruẽtibus pariter ieiunem⁹. Per dominũ.

Lectio. v. Angelus dñi descendit cuz azaria. Require retro in aduentu dñi. folio. vj. ℟. Alleluya. ℣. Non vos relinquaz orphanos vado ⁊ venio ad vos: et gaudebit cor vestrũ. Oratio ad missaz.

Deus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ. concede propiti⁹. vt nos famlos tuos nõ exurat flãma vitioꝝ. Per do.

Lectio actuũ apostoloꝝ. cap. ij.

In dieb⁹ illis: Dixit petrus Viri fratres. liceat audenter dicere ad vos: de patriarcha dauid. qm̃ defunct⁹ est ⁊ sepult⁹: et sepulcrũ ei⁹ est apud nos. vsq3 in hodiernũ diez. Propheta igitur cuz esset. et sciret q2 iureiurãdo iurasset illi deus de fructu lũborũ eius sedere sup̃ sedez eius: preuidẽs locutus est de resurretione xp̃i. quia neq3 derelict⁹ est in inferno. neq3 caro eius vidit corruptiõez. Hunc iesuz resuscitauit deus: cui om̃es nos testes sum⁹. Dextera igitur dei exaltatus. ⁊ promissiõe sp̃ũssancti accepta a patre. effudit hoc donũ: qđ vos videtis ⁊ auditis. Non eniz dauid ascẽdit in celos. Dicit autez ipse. Dixit dñs domĩo meo. sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos. scabellũ pedum tuorũ. Certissime ergo sciat omnis domus israel. q2 et dñm euz et christũ deus fecit. hunc iesum quẽ vos crucifixistis. His auditis compũcti sunt corde: et dixerũt ad petruz ⁊ reliquos apostolos. Quid faciem⁹ viri fratres: Petrus vero ad illos: penitentiam inquit agite: et baptizetur vnusquisq3 vestrum in nomine

iesu xpi. in remissiōez pctoꝝ vro- ruꝫ: et accipietis donū spūsscti. Alla. ℣. Karitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spūmsanctū qui dat⁹ est nobis. Scōm lucā. ca. iiij.

In illo tpe: Surgens iesus de synagoga: intrauit ī domuꝫ symonis. Socrus autē symonis: tenebat magnis febrib⁹ Et rogauerūt illum pro ea. Et stans super illā: impauit febri. et dimisit illā. Et cōtinuo surgēs: ministrabat illis. Cū sol aūt occidisset. oēs qui habebāt infirmos variis lāguorib⁹. ducebāt illos ad eū. At ille singlis man⁹ imponēs: curauit eos. Exiebāt aūt demonia a multis: clamātia et dicētia. qꝛ tu es fili⁹ dei. Et increpās nō sinebat ea loq: qꝛ sciebant ipsuꝫ esse xpm. Facta autē die. egressus ibat ī desertū locū: ꝛ turbe reqrebāt eū. Et venerūt vsqꝫ ad ipsuꝫ: ꝛ detinebāt euꝫ ne discederet ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia et aliis ciuitatib⁹ oportet me euāgelizare regnū dei. Credo. Offer. Benedicite gētes dñꝫ deuꝫ nostrū ꝛ obaudite vocē laudis eius: q posuit aīaꝫ meā ad vitā: ꝛ nō dedit cōmoueri pedes meos: bñdictus dñs qui nō amouit depcationē meā ꝛ miaꝫ suā a me alla. Secreta.

Ut accepta tibi sint dñe nr̄a ieiunia: presta nobis q̄s huius munere sacramēti. purificatū tibi pect⁹ offerre. Per. Perfa. Qui ascēdēs. Cōmunicā. Hac igitur. Coīo. Non vos reliquā orphanos veniā ad vos iterum alla et gaudebit cor vestꝝ alla alla. Cōplē.

Prebeant nobis dñe diuinū tua scta feruorez. quo eorū pariter ꝛ actu delectemur et fructu. Per. Dñica. j. post penthe.



Domine in tua mia speraui. exultauit cor meū in salutari tuo: cantabo dño qui bona tribuit michi. ℣. Usqꝫquo dñe obliuisceris me in finem: vsqꝫquo auertis faciē tuā a me. Glia pa. Oīa ī.

Deus in te sperātiuꝫ Oro. fortitudo. adesto propitius inuocatiōibus nr̄is: et qꝛ sine te nichil pōt mortalis infirmitas. presta auxilium grē tue: vt in exequēdis mādatis tuis. et volūtate tibi et actione placeam⁹. Per. Lcō epl'e bti iohā. apl'i. j. ca. iiij.

Karissimi: De⁹ charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: qm̄ filiuꝫ suū vnigenitū misit de⁹ in mūduꝫ: vt viuamus per eū. In hoc est charitas nō quasi nos dilexerim⁹ deū. sed qm̄ ipse prior dilexit nos: ꝛ misit filiū suū propiciatiōez pro pctis nr̄is. Karissimi. si sic de⁹ dilexit nos: ꝛ nos debem⁹ inuicē diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligimus inuicē. de⁹ in nobis manet: et charitas ei⁹ in nobis perfecta est. In hoc intelligim⁹ qm̄ in eo manemus. ꝛ ipse in nobis

qm̄ de spū suo dedit nobis. Et nos vidim⁹ et testificamur: qm̄ pater misit filiū suum saluatorē mūdi. Quisquis ꝯfessus fuerit. qꝛ iesus est fili⁹ dei: deus ī eo manet ꝛ ipse in deo. Et nos cognouim⁹ et credim⁹ karitati: quā habet de⁹ in nobis. Deus karitas est. Et qui manet in charitate: in deo manet et deus in eo. In hoc perfecta est karitas dei nobiscū: vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij qꝛ sicut ille est et nos sum⁹ in hoc mūdo. Timoꝛ nō est in karitate sed perfecta charitas foꝛas mittit timoꝛē. Qm̄ timoꝛ: penā habet. Qui autē timet nō est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deū: qm̄ deus prioꝛ dilexit nos. Si quis dixerit qm̄ diligo deū. ꝛ fratrē suū odit: mēdax est. Qui enī nō diligit frēm suū quē videt: deū quē nō videt quomodo pōt diligere? Et hoc mandatū habemus a deo: vt qui diligit deū: diligat ꝛ fratrē suū. ℞.

Ego dixi domīe miserere mei sana aīaꝫ meā qꝛ peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenū ꝛ pauperē in die mala liberauit eū dn̄s. Alľa. ℣. Deus iudex iustus fortis et patiens nunq̄d irascit̄ per singl'os dies.

In illo Scd̄m lucā. ca. xvj. tpe: Dixit ih̄s discipulis suis: parabolā hāc. Homo quidā erat diues: ꝛ induebatur purpura et bisso. et epulabat̄ quotidie splēdide. Et erat quidā mendicus. noīe lazarus qui iacebat ad ianuā ei⁹ vlceribus plen⁹: cupiēs saturari de micis q̄ cadebant de mēsa diuitis. et nemo illi dabat. Sed ꝛ canes veniebant: ꝛ lingebāt vlcera eius. Factū est aūt vt moꝛeret̄ mendic⁹: ꝛ poꝛtaret̄ ab angelis in sinū abꝛahe. Moꝛtu⁹ est aūt ꝛ diues: ꝛ sepult⁹ est in inferno. Eleuās aūt oculos suos cum esset in toꝛmētis: vidit abꝛahā a lōge. et lazaꝝ in sinu ei⁹. Et ipe clamās dixit. Pater abꝛahā miserere mei: ꝛ mitte lazaꝝ vt intigat extremū digiti sui in aqua. et refrigeret linguā meaꝫ: qꝛ crucioꝛ ī hac flāma. Et dixit illi abꝛaham. Fili: recoꝛdare qꝛ recepisti bona in vita tua: ꝛ lazarus similiter mala. Nunc aūt hic ꝯsolat̄: tu vero cruciaris. Et in his oīb⁹ int̄ nos ꝛ vos chaos magnū firmatū est: vt hi q̄ volūt hinc trāsire ad vos non possint: neqꝫ inde huc transmeare. Et ait rogo ergo te pat̄: vt mittas eū in domū patris mei. habeo enī quīqꝫ fratres. vt testetur illis: ne ꝛ ipsi veniāt in locū hunc toꝛmētoꝝ. Et ait illi abꝛahā. Habēt moysen ꝛ prophetas. Audiāt illos. At ille dixit. Non pater abꝛahaꝫ: sed siquis ex moꝛtuis ierit ad eos penitētiam agēt. Ait autē illi. Si moysen ꝛ prophetas nō audiūt: neqꝫ si quis ex moꝛtuis resurre-

rerit credēt. Offer. Intēde voci orationis mee rex me⁹ ꝛ deus meus quoniā ad te orabo dñe. Secreta.

Hostias nr̄as q̄s dñe tibi dicatas placat⁹ assume. et ad perpetuū nobis tribue proueniре subsidiū. Per. Coīo. Narrabo oīa mirabilia tua letabor ꝛ exultabo in te psallā nomini tuo altissime.

Tantis dñe repleti Cōplē. muneríb⁹. presta q̄s: vt ꝛ salutaria dona capiamus. et a tua nūq̄ laude cessem⁹. Per. Fer. iiij

Lcō epl'e bt̄i iacobi apl'i. cap. iij.

Karissimi: Que de sursū est sapiētia. primū quidē pudica est: deinde pacifica. modesta: suasibilis. bonis ꝯsentiēs: plena mīa ꝛ fructib⁹ bonis. iudicās sine simulatiōe. Fructus aūt iusticie. in pace semīatur faciētibus pacem. Unde bella ꝛ lites in vobis: Nōne ex ꝯcupiscētiꝭs vr̄is. que militāt in mēbris vr̄is: Cōcupiscitis: ꝛ nō habetis. Occiditis. ꝛ zelatis: et nō potestis adipisci. Litigatis ꝛ belligeratis. et nō habetis: propter qđ non postulatis. Petitis ꝛ nō accipitis: eo qđ male petatis: vt in cōcupiscentiꝭs vr̄is insumatis. Adulteri: nescitis q꞉ amicicia hu⁹ mūdi. inimica est deo: Quicūq꞉ ergo voluerit amic⁹ esse seculi hui⁹: inimicus dei cōstituetur. An putatis q꞉ inaniter scriptura dicat. ad inuidiam ꝯcupiscit spūs qui habitat in vobis: Maiorē autē dat grā꞉. Propter qđ dicit. Deus supbis resistit: humilib⁹ autē dat gratiā. Subditi igitur estote deo: resistite aūt diabolo. ꝛ fugiet a vobis. Appropinq̄te deo. ꝛ appropinq̄bit vobis. Scđꝫ lu

In illo tp̄e: Dixit cā. ca. xij. iesus discipl'is suis. Cū inducent vos in synagogas. et ad magistrat⁹ et potestates: nolite solliciti esse qualiter. aut quid respōdeatis: aut q̄d dicatis. Spiritus enim sc̄tus docebit vos in ipsa hora: que oporteat dicere. Ait autē ei quidā de turba. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecū hereditatē. At ille dixit ei. O homo: quis me ꝯstituit iudicē꞉ aut diuisorē inter vos: Dixit q꞉ ad illos. Uidete et cauete ab omi auaritia: q꞉ nō in abundātia cuiusq̄ vita ei⁹ est. ex his que possidet. Dixit autē ad illos ꝛ similitudinē. Hominis cuiusdā diuitis vberes fruct⁹ ager attulit: ꝛ cogitabat intra se dicēs. Quid faciā q꞉ non habeo quo ꝯgregē꞉ fructus meos: Et dicit. Hoc faciā꞉. Destruā horrea mea. ꝛ maiora faciā: ꝛ illuc cōgregabo oīa que nata sūt michi. ꝛ bona mea: et dicam anime mee. Aīa habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce: comede. bibe epulare. Dixit aūt illi de⁹. Stulte: hac nocte aīam tuā꞉ repetiuit

a te. Que autem parasti: cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat. et non est in deo diues.

In die Eucharistie Officium.



Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya et de petra melle saturauit eos alleluya alleluya alleluya. ℣. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Glīa pa. Gloria in ex. Oro.

Deus q̄ nobis sub sacramēto mirabili passiōis tue memoriā reliquisti: tribue quesumus. ita nos corporis ꝛ sanguinis tui sacra misteria venerari. vt redemptiōis tue fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui vi.

Ad corinthios. j. Capitulo. xj.

Fratres: Ego enī accepi a dn̄o: qđ et tradidi vobis. qm̄ dn̄s noster iesus xp̄s in qua nocte tradebat̄: accepit panē et gratias agēs. fregit ꝛ dixit. Accipite ꝛ manducate. Hoc est corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā ꝯmemorationem. Similiter ꝛ calicē postq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hoc facite quotiēscūq; sumitis in meā cōmemoratiōem. Quotienscūq; enī māducaueritis panem hūc: et calicē bibetis. mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq; quicumq; māducauerit hunc panē vel biberit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis ꝛ sanguinis dn̄i. Probet aūt seipsū homo: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat. Qui enī māducat et bibit indigne: iudiciū sibi māducat ꝛ bibit: nō diiudicās corpus dn̄i. ℟. Oculi omniū in te sperant domine ꝛ tu das illis escā in tēpore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā ꝛ imples om̄e animal benedictione. Alleluya. ℣. Caro mea vere est cibus: et sanguis meꝰ vere est potus. qui manducat meā carnem et bibit meum sanguinē in me manet et ego in eo. Scd̄m iohānem caplo. vj.

In illo tp̄e: Dixit iesus turbis iudeorū. Caro mea vere est cibus: et sanguis meꝰ vere est potus. Qui māducat carnē meā. et bibit sanguinē meū: in me manet et ego in illo. Sicut misit me viuēs pater: et ego viuo propter patrē. Et qui māducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis: qui de celo descendit. Non sicut māducauerūt patres vestri manna ꝛ mortui sūt. Qui manducat hunc panem viuet in eternū. Credo. Offer. Sacerdotes incēsū dn̄i et panes offerunt deo ꝛ ideo sancti erūt deo suo ꝛ non pollueīt nomen eius all'a. Secreta.

Ecclesie tue quesumꝰ domine vnitatis et pacis propitius dona ꝯcede. que sub oblatis muneribꝰ mistice designātur. Per. Prefatio. Quia per incarnati.

Com̄o. Quotienscūq̄ manducabitis panē hunc et calicē bibetis mortem domini annūciabitis donec veniat. itaq̄ quicūq̄ mādūcauerit panem vel biberit calicē domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini alleluya. Complendum.

Fac nos quesumus dn̄e diuinitatis tue sempiterna fruitione repleri. quā preciosi corporis ꝛ sanguinis tui tēporalis perceptio prefigurat. Qui. Ite missa est. Deo grās. Feria sexta

Lectio actuū apostoloꝝ. cap. xiij

In diebus illis: Conuenit vniuersa ciuitas audire verbū domini. Videntes autē turbas iudei repleti sunt zelo: ꝛ contradicebāt his que a paulo dicebātur. blasphemātes. Tunc constāter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primū loqui verbū dei: sed quoniā repulistis illud ꝛ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic enī precepit vobis dominꝰ. Posui te in lumen gentibus: vt sis in salutem vsq̄ ad extremū terre. Audientes aūt gentes gauise sunt ꝛ glorificabāt verbū domini. ꝛ crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternā. Dissemi nabatur autē verbum domini: per vniuersam regionē. Judei aūt concitauerūt religiosas mulieres et honestas. ꝛ primos ciuitatis: ꝛ excitauerūt persecutiōes in paulū ꝛ barnabā. et eiecerūt eos de finibꝰ suis. At illi excusso puluere pedū in eos: venerunt yconiū. Discipuli quoq̄ replebantur gaudio. ꝛ spiritusancto.

In illo Scd̄m lucā. cap. xx. tpe: Dixit iesus ad turbas ꝛ ad discipl'os suos. Quomodo dicunt xp̄m filiū dauid esse: Et ipse dauid dicit in libro psalmorum. Dixit dominꝰ domino meo: sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos: scabelū pedum tuorū. Dauid ergo. dominū illum vocat: Et quomodo filius eius est: Audiente autē om̄i populo: dixit discipl'is suis. Attendite a scribis: qui volunt ambulare in stolis: et amant salutationes in foro. ꝛ primas cathedras in synagogis: ꝛ primos discubitus in conuiuijs: qui deuorant domos viduarum. simulantes longam orationem. Hi accipiēt dampnationē maiorem. Dominica secunda post penthecostes

Et cuius opitulatiõe illa meruit et sexus fragilitatem: et persequẽtium rabiem deuincere vos possitis et vestrorum corporum illecebras: et antiqui hostis machinamenta superare. Amen.

Quo sicut illa sexu fragili virile visa est certamẽ adire: ⁊ post certamen de hostibus triumphare ita ⁊ vos in hac mortalitate viuẽtes valeatis et antiquum hostem deuicere: et ad celestia regna peruenire. Amen.

Quod ipse prestare digneť: cuius regnũ et imperium sine. ⁊c.

Benedictio in festo scte crucis.

BEnedicat vobis omnipotens deus: qui per vnigeniti sui iesu xpi domini nostri passionem: et crucis patibulum genus redemit humanũ. Amen.

Concedat vobis vt cum omnibus sanctis que sit eiusdem crucis longitudo: latitudo: sublimitas: et profundũ mente deuota comprehẽdere possitis. Amen.

Quatinus vosmetipsos abnegando: crucemq; gestando: ita in presentis vite stadio redẽptorem nostrum possitis sequi: vt ei inter choros angelorũ post obitum mereamini adsisti. Amen.

Quod ipse prestare dignetur: cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Benedictio in conuersione sancti Pauli apostoli.

OMnipotens deus q̄ de sau lo paulū. de persecutore sua vocatione hodierna die doctorē fecit gentiū: ipse sua miseratiōe super vos infundat vere benedi- ctiōis perpetuū donū. Amen.

Quicq̄ illum inuocauit et circū fulsit luce de celo: ipse illumina- re dignetur mentes nostras spi- ritu sancto. Amen.

Quatenus eius mōitis obediē- tes ⁊ euāgelicis institutis feruē- tes: ad societatē ciuiū supernoꝝ perueniatis indēpnes. Amen.

Quod ipse prestare dignet̄ cu.

Bn̄dictio in cathedra sc̄ti petri

OMnipotēs deus dignetur vos sua benedictiōe ditare qui beatū ap̄lm suū petrum ho dierna die in cathedra pōtifica- tus dignat' est sublimare Amē.

Eruat vos a terrore portarum inferorū: qui illi comisit claues regni celorum. Amen.

Quatinus in apostolica soliditate fundati: a vera confessione: nullis permittat perturbationi bus concuti. Amen.

Quod ipse prestare dignet̄ cu.

Bn̄o in sabbato quatuor tēpoꝝ

DEus qui de diuersis ordi- nibus sc̄tā suā ecclesiā col locauit in vni' fidei fundamētis

Corda vestra ad exequēda mā- datoꝝ suorū precepta: cōsociare dignet̄ vinculo vnitatis Amen.

Sicq̄ vos altaris sui ministros efficiat. vt bonorū operum for- ma aliis effecti. et de vestre serui tutis obsequio remuneremini. et eius templum iugiter esse me- reamini. Amen.

Quatenus corpore et mente in conspectu illius placentes. et de animarū lucro sanctaꝝ gaudea- tis. et ab eo vite eterne premium percipere valeatis. Amen.

Quod ipse prestare dignet̄: cu- ius regnū. Benedictio in domi nicis diebus per totum annum.

BEnedicat vobis omnipo- tens dominus: ⁊ custodiat vos semper. Amen.

Illuminet facieꝫ suā super vos et misereatur vestri. Amen.

Conuertat vultum suū ad vos: et donet vobis pacem. Amen.

Quod ipse prestare dignet̄: cu- ius regnum et imperiū sine fine permanet in sec̄la sec̄loꝝ. Amen

Ad crucem adorandam.

Nos autem gloriari oportet in cru- ce dn̄i. ⁊c. Omnis terra adoret te de us. Domine exaudi orationeꝫ meā. Dominus vobiscum. Oremus.

REspice quesumus domine super cunctā familiam tuā pro qua dn̄s noster iesus xp̄us non dubitauit manib' tradi no- centium: et crucis subire tormē- tum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

Benedictio dei om̄ipotētis patris et filii: et spiritus sancti: descendat super vos ⁊ maneat semper.

¶ Quo tēpore. Gloria in excel. sis deo. Credo in vnum deum. Te deum laudamus. cantetur.

Per octo dies natiuitatꝫ domini. Et octo pasche. Et septem dies pētheco. Et in die epiphanie. et in octa. eius. Et in die ascensionis dñi. et in octa. eius. Et in festiuitate apostoloꝝ petri et pauli. ꝛ in octa. eius. Et in festiuitate beate Marie. ꝛ in octa. eius. Et in aliis festiuitatibꝰ beate Marie. Et in festiuitate scte crucis. Et oīm aplo͞ꝝ ꝛ euāgelistaꝝ. Te deum. et Gloria in excelsis. et Credo. et prefationem. et Ite missa est. dicimus. ¶ In cathedra sancti petri. ꝛ in festiuitate beati mathie. Credo. et prefationeꝫ. et Bñdicamꝰ. dicimus. ¶ In natiuitate beati iohānis baptiste. ꝛ in octa. eius. Et in festiuitate oīum sanctoꝝ. Et in dedicatione ecclesie. ꝛ in octa. eius. Te deum. et Gloria in excelsis. et Credo. ꝛ Ite missa est. dicimꝰ ¶ In prima missa natiuita. dñi Benedicamus dño dicimꝰ. Similiter in cena dñi. Et in vigilia pasche. ¶ In vigilia penthecos. ad missam. Gloria in excelsis. et Ite missa est. dicimus. ¶ In cena dñi ad missaꝫ Credo. ꝛ Sanctus. et Agnus. dicimus. Pax nō accipitur in illis tribꝰ diebus ¶ In sabbato sancto pasche ad missā. Gloria in excelsis ꝛ Sanctus. dicimus. Agnus dei. non dicitur. ¶ In die sācto veneris. Et in vigilia pasche. Et penthe. in lectiōibus nō dicimꝰ Lectio. neqꝫ in diebus illis. Similiter et in passiōibus dñi nō dicimus Dñs vobiscuꝫ. Nec respōdetur Gloria tibi dñe. Excepto in die palmaꝝ. ¶ Per ebdomadā epiphanie. Et ascensionis dñi. Et assumptiōe beate Marie. Te deum. et Gloria in excelsis. ꝛ prefatiōem. et Ite missa est. dicimus Nisi missa fuerit dñicalis. Vel alicuꝰ sancti: qui propriā missaꝫ habeat: in qua ista non dicūtur. ¶ A septuagesima vsqꝫ ad pascha: in dñicis diebus. Et in festiuitatibus nouē lectionū: non dicimꝰ. Te deuꝫ. neqꝫ Gloria in excelsis deo. Nisi in festiuitatibꝰ beate Marie. vbi altare fuerit. ¶ Similiter ī dominicis diebꝰ in aduētu dñi. ¶ Et in festiuitate beati andree. Et sācti thome. Te deum. ꝛ Gloria in excelsis. et Credo. ꝛ prefatiōem. et Ite missa est. dicimus. ¶ In festiuitate sancti nicolai. Te deum. et Gloria in excelsis et Ite missa est. dicimus.

¶ Incipit sanctorale scdm vsuz Nemēsis diocesis. Et primo in natale scti stephāi offi. ad missā.



Etenim sederūt principes ⁊ aduersum me loquebātur ⁊ iniq̄ persecuti sūt me: adiuua me dn̄e deus me⁹: qr seruus tu⁹ exercebatur i iustificatioib⁹ tuis. ℣. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. Gloria pa.

Da nobis q̄s dn̄e imitari qd̄ colimus: vt discam⁹ ⁊ inimicos diligere: qr eius natalitia celebramus: qui nouit etiaz pro persecutorib⁹ exorare. Dn̄z nostrū iesuz xp̄m filiū tuū. Qui te. Orō. Lcō actuū aplōꝝ. ca. vi. ⁊ vii.

In dieb⁹ illis: Stephanus plenus grā et fortitudie: faciebat prodigia et signa magna in pplō. Surrexerūt aūt quidā de synagoga: que appellatur libertinoꝝ et cirenēsium. et alexādrinoꝝ: ⁊ eorū qui erāt a cilicia ⁊ asia: disputātes cuz stephano: ⁊ nō poterāt resistere sapiētie ⁊ spiritui: qui loq̄batur. Audientes aūt hec dissecabant cordib⁹ suis et stridebāt dentib⁹ in eū. Cum aūt esset stephanus plen⁹ spiritu scto. intendēs in celū vidit glīaz dei: et iesuz stantē a dextris dei: et ait. Ecce video celos apertos: et filiū hoīs stantē a dextris dei. Exclamātes autē voce magna: ꝯtinuerūt aures suas: et impetū fecerūt vnanimiter in eū. Et eiciētes euz extra ciuitatē: lapidabant. Et testes deposuerūt vestimenta sua secus pedes adolescētis: qui vocabat saulus. Et lapidabāt stephanū: inuocantē et dicentez. Dn̄e iesu: suscipe spiritū meū. Positis aūt genib⁹: clamauit voce magna dicens. Dn̄e: ne statuas illis hoc peccatū. Et cū hoc dixisset: obdormiuit in dn̄o.

℟. Sederūt principes et aduersuz me loquebātur ⁊ iniq̄ persecuti sunt me. ℣. Adiuua me dn̄e deus me⁹: saluuz me fac propter mīaz tuā. Allā. ℣. Video celos aptos ⁊ iesuz stantē a dextris virtutis dei. Scdm mathe. ca. xxiii.

In illo tpe: Dicebat iesus turbis iudeoꝝ: ⁊ principib⁹ sacerdotū. Ecce ego mitto ad vos prophetas: ⁊ sapiētes: ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis et crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis vrīs. et perseq̄mini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat sup vos oīs sanguis iustus qui effusus est super terrā. a sanguie abel iusti vsq3 ad sanguinē zacharie filij barachie: quē occidistis inter tēpluz ⁊ altare. Amē dico vobis: veniēt hec oīa super generatiōem istā. Hierusalē hierusalē. que occidis prophetas: ⁊ lapidas eos qui ad te missi sunt. quotiēs volui cōgregare filios tuos: quēadmodū gallina ꝯgregat pullos suos sub alas: et no

luisti. Ecce relinquetur vobis: do
mus vestra deserta. Dico eni vo
bis: nō me videbitis a modo do
nec dicatis. Bñdictus qui vēit
in noīe dñi. Offr. In virtute tua
dñe letabitur iustus τ super salutare
tuū exultabit vehemēter desideriū
anime eius tribuisti ei. Secreta.
SUscipe dñe mūera pro tuo
rū cōmemoratiōe scōꝝ: vt
sicut illos passio efficit gl'iosos.
ita vos deuotio reddat innocu-
os. Per. Prefa. Quia per incar
nati. Cōmunicātes. Coīo. Vi-
deo celos aptos τ iesū stantē a dex
tris virtutis dei: dñe iesu accipe spūm
meū τ ne statuas illis hoc pctm. Cō
AUxiliētur nobis dñe sūpta
misteria τ intercedente bto
stephano prothomartyre tuo.
sempiterna protectiōe cōfirmēt.
Per. ¶ In natl'e scti iohis: offi.
EGo aūt sicut oliua fructifi
caui in domo dñi speraui in
mia dei mei τ expectabo no
men tuū qm bonū est ante cōspectū
scōꝝ tuorū. ℣. Quid gl'iaris in ma-
litia: qui potēs es in iniqtate. Glia.
℟. Iustus vt palma florebit: sicut
cedrus libāi multiplicabit: in domo
dñi. ℣. Ad annūciādū mane miam
tuā τ veritatē tuā per noctē. All'a
℣. Justus vt palma florebit τ sicut
cedrus multiplicabit. Offer. Glo-
ria τ honore coronasti eū τ cōstitui-
sti eū super opera manuū tuaꝝ dñe.
Coīo. Magna est gl'ia eius in salu-
tari tuo gloriā τ magnū decorē im-
pone super eū dñe. Aliud officiū
IN medio eccl'ie aperuit os
ei' et impleuit eū dñs spū
sapiētie τ intellect' stola glo
rie induit eū. ℣. Bonū est cōfiteri
dño: et psallere nomī tuo altissime.
Gloria pa. Gloria in excel. Orō.
ECclesiam tuā qs dñe beni
gnus illustra: vt beati iohā
nis apl'i τ euāgeliste illuminata
doctrinis. ad dona perueniat sē
piterna. Per. Lcō li. sapiē. ca. xv
QUi timet deū faciet bona. τ
qui cōtinēs est iusticie appre
hēdet illā. Et obuiabit illi quasi
mater honorificata. Cibabit il-
lū pane τ intellect': τ aqua sapiē
tie salutaris potabit illū. Et fir-
mabitur in illo τ nō flectet: τ cōti
nebit illū τ nō cōfundetur: τ exal-
tabit illū apud proximos suos.
Et in medio eccl'ie aperiet os ei'.
et adiplebit eū dñs spū sapiētie
τ intellect': et stolam gl'ie vestiet
eū. Jocūditatē τ exultatiōem
thesaurizabit super eū: τ nomīe
eterno hereditabit illū dñs de'
noster. Lectio ad ephesios. cap.
FRatres: Bñdictus deus τ
pater dñi nr̄i iesu christi: q
bñdixit nos in omī benedictiōe
spūali in celestib' in xpo: sicut ele
git nos in ipso ante mūdi cōstitu
tionē. vt essem' sancti τ immacl'a
ti in cōspectu ei' in karitate. Qui
predestiauit nos in adoptiōem

filiorū per iesū xpm in idipsuꝫ: scdm propositū voluntatis sue: in laudeꝫ glie gre sue in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habem⁹ redēptioneꝫ per sanguinē eius in remissioēꝫ peccatoꝝ: scdm diuitias gre sue que superabūdauit in nobis: per iesum xpm dnm nostrū. ℟. Exijt sermo inter fratres: ꝙ discipulus ille nō moritur. ℣. Sed sic eum volo manere donec veniā tu me sequere. Alleluya. ℣. Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his: ꝛ scimus quia veruꝫ est testimoniū eius. Scdm iohānem. Capitulo. xxi.

In illo tēpore: Dixit iesus petro. Sequere me. Conuersus petrus vidit illū discipulum quē diligebat dns iesus sequēteꝫ. qui ꝛ recubuit in cena super pect⁹ eius: ꝛ dixit. Dne quis est qui tradet te? Hūc ergo cū vidisset petrus: dicit iesu. Domie. hic aūt quid? Dicit ei iesus. Sic eum volo manere: donec veniaꝫ. Quid ad te? Tu me seqre. Exiuit ergo sermo inter frēs: ꝙ discipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei iesus nō moritur: sed sic eū volo manere. donec veniaꝫ quid ad te. Hic est discipul⁹ ille qui testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus qꝛ verū est testimoniū eius. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta

Suscipe dne munera. que in eius tibi sollēnitate deferimus. cui⁹ nos ꝯfidimus patrocinio liberari. Per do. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicantes. Coio. Exijt sermo inter fratres ꝙ discipulus ille nō moritur ꝛ nō dixit iesus nō moritur sed sic eū volo manere donec veniā. Cōplē.

Refecti cibo: potuqꝫ celesti deus noster te supplices deprecamur. vt in cui⁹ hec ꝯmemoratione percepim⁹. eius muniamur ꝛ precibus. Per dnm nrm.

¶ Sanctoꝝ innocētium officiū

Ex ore infantiū deus ꝛ lactātiū perfecisti laudē propter inimicos tuos. ℣. Dne dns noster: ꝙ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Glia p. Glia in.

Deus cuius hodierna Oro die pconiuꝫ innocētes martyres non loquēdo sed moriēdo cōfessi sunt: oia in nobis vicioꝝ mala mortifica: vt fidē tuaꝫ quā lingua nostra loqtur: etiā moribus vita fateatur. Qui viuis et. Lcō apocalipsis bti iohis apli.

In diebus illis: Vidi supra mōteꝫ syon agnū stantē: et cum eo centū quadraginta quatuor milia: habētes nomen eius ꝛ nomen patris ei⁹ scriptū in frōtibus suis. Et audiui vocē de celo tanꝙ voceꝫ aquarū multaꝝ: ꝛ tanꝙ voceꝫ tonitrui magni. Et vocē quam audiui sicut cythare.

doꝝ cytharizātium in cytharis
suis. Et cantabāt quasi canticū
nouū: ante sedē et ante quatuoꝛ
animalia: et seniores. Et nemo
poterat dicere canticū nisi illa cē
tum quadragita quatuoꝛ milia
qui empti sunt de terra. Hi sunt
qui cū mulieribus nō sunt coin-
quinati: virgines enī sunt. Hi se
quūtur agnū quocūqꝫ ierit. Hi
empti sūt ex oībus primitie deo
⁊ agno: et in oꝛe ipsoꝝ non est in-
uentū mendatiū. Sine macula
sunt ante thronuꝫ dei. ℟. Ani-
ma nostra sicut passer erepta est: de
laqueo venātium. ℣. Laqueus ꝯtri
tus est: ⁊ nos liberati sumus: adiuto
riuꝫ nostrū in nomīe dn̄i: qui fecit ce
luꝫ et terrā. Alleluya. ℣. Te marty
ruꝫ candidatus laudat exercit⁹ do-
mine. Scd̄m matheum. Cap. ij.

In illo tp̄e: Angelus dn̄i ap
paruit in somnis ioseph: di
cēs. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ ma
trē eius: ⁊ fuge in egyptū. et esto
ibi vsqꝫ dum dicā tibi. Futuruꝫ
est enī: vt herodes querat puerū
ad perdēdum euꝫ. Qui consur-
gēs: accepit puerū et matrē eius
nocte: et secessit in egyptū: ⁊ erat
ibi vsqꝫ ad obitū herodis: vt ad-
impleretur qđ dictuꝫ est per pro
phetā dicētem. Ex egypto voca-
ui filiū meū. Tūc herodes vidēs
quoniā illusus esset a magis: ira
tus est valde. Et mittēs occidit
oēs pueros: qui erāt in bethleē
et in oībus finibus eius: abi-
matu et infra: scd̄m tēpus quod
exquisierat a magis. Tūc adim-
pletū est: qđ dictuꝫ est per hiere-
miaꝫ prophetā dicētem. Vox in
rama audita est: ploratus ⁊ vlu-
latus mult⁹. Rachel plorās fili-
os suos. Et noluit cōsolari quia
nō sunt. Offertoriū. Anima no
stra sicut passer erepta est de laqueo
venātium: laqueus contritus est: et
nos liberati sumus. Secreta.

Sanctorum tuoꝝ nobis do-
mīe pia nō desit oratio: que
⁊ munera nostra cōsiliet: et tuaꝫ
nobis indulgētiaꝫ semper obti-
neat. Per dn̄ꝫ. Prefatio. Quia
per incarnati. Communicātes.
Coīo. Vox in rama audita est plo
ratus ⁊ vlulatus: rachel plorans fili-
os suos noluit ꝯsolari quia nō sunt.

Votiua dn̄e dona Cōplen.
percepim⁹: que sanctoꝝ no-
bis precibus: ⁊ presentis quesu-
mus vite pariter et eterne tribue
cōferre subsidiuꝫ. Per dominū.

¶ In natale scī trophimi: offi.

Statuit ei dn̄s testamētum
pacis ⁊ principē fecit euꝫ vt
sit illi sacerdotij dignitas in
eternū. ℣. Misericordias domini in
eternū cantabo. Gloria pa. Orō.

Da quesumus oīpotēs de
us: vt bt̄i trophimi cōfesso
ris tui atqꝫ pontificis: venerāda
sollennitas: et deuotiōeꝫ nobis
augeat ⁊ salutem. Per dominū.

Lectio libri ecclesiastici. cap. xlv.

Ecce sacerdos magnus qui in dieb' suis placuit deo: et inuētus est iustus: ⁊ in tempore iracūdie factus est reconciliatio. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legē excelsi. Ideo: iureiurādo fecit illuȝ dn̄s crescere in plebeȝ suā. Benedictiōeȝ omniū gentiū dedit illi: ⁊ testamētū suū confirmauit super caput ei'. Cognouit eū in benedictōibus suis: et cōseruauit illi misericordiaȝ suā: ⁊ inuenit gratiā coram oculis dn̄i. Magnificauit euȝ in cōspectu reguȝ: et dedit illi coronaȝ glorie. Statuit illi testamētuȝ sempiternū: ⁊ dedit illi sacerdociū magnū: ⁊ beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio ⁊ habere laudē in noīe ipsius: ⁊ offerre illi incēsum dignū in odorem suauitatis. ℟. Inueni dauid seruuȝ meū oleo scto meo vnxi euȝ manus eni mea auxiliabit' ei: et brachiū meuȝ cōfortauit eū. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniq̄tatis nō nocebit euȝ. Alleluya. ℣. Inueni dauid seruū meum: oleo scto meo vnxi euȝ. Scd̄m lucam. caplo. x.

In illo tpe: Designauit dominus iesus: ⁊ alios septuaginta duos: ⁊ misit illos binos: ante facieȝ suā: in omnē ciuitatē locū: quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidē multa: operarij autē pauci. Rogate ergo dn̄m messis: vt mittat operarios in messem suā. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum: neq3 peram: neq3 calciamēta: et neminē per viam salutaueritis. In quācunq3 domū intraueritis: primuȝ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit fili' pacis: requiescet super euȝ pax vr̄a. Sin autē: ad vos reuertet'. In eadeȝ autē domo manete: edentes ⁊ bibentes que apud illos sunt. Dignus est eni operarius mercede sua. Credo. Offr. Ueritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Sancti tui nos quesum' domine vbiq3 letificēt: vt dum eorū merita recolimus: patrocinia sentiam'. Per do. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicantes. Coio. Dn̄e quinq3 talēta tradidisti michi: ecce alia quinq3 superlucrat' sum. euge serue fidelis: q2 in pauca fuisti fidelis supra multa te constituā: intra in gaudium dn̄i tui.

Presta q̄s oīpotens Cōplē. deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumam'. Per do.

¶ In festo scti thome martyris


Letabitur iustus in domio: et sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. ℣. Exaudi deus oratiōem meā cum deprecor: a timore inimici eripe animā

meaꝫ. Glia pa. Gloria in ex. Oro.

Presta quesum⁹ omnipotēs deus: vt qui btī thome martyris tui natalicia colim⁹: intercessiōe eius in tui noīs amore roboremur. Per dnm. Lectio epistole btī iacobi apli. cap. primo.

Karissimi: Beat⁹ vir qui suffert tentatiōeꝫ: qm̄ cuꝫ probat⁹ fuerit accipiet coronaꝫ vite: quaꝫ repromisit deus diligētib⁹ se. Nemo cū tentatur: dicat qm̄ a deo tentatur. Deus enī in tentator malorū est. Ipse enī neminēꝫ tentat. Unusq̄sqꝫ vero tētatur a cōcupiscētia sua: abstract⁹ ꝛ illect⁹. Deinde ꝯcupiscētia cuꝫ cōceperit: parit pcc̄m. Pcc̄m vero cū ꝯsummatū fuerit: generat morteꝫ. R. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. V. Desideriū anime eius tribuisti ei ꝛ volūtate labiorū eius nō fraudasti euꝫ. Alla. V. Beatus vir qui timet dnm̄: in mādatis eius cupit nimis.

Scdm̄ matheuꝫ. Capitulo. xvj

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vult post me venire abneget semetipsuꝫ: ꝛ tollat cruceꝫ suā et sequatur me. Qui enī voluerit animā suaꝫ saluam facere: perdet eā. Qui autē perdiderit animā suam propter me: inueniet eam. Quid enī prodest homī si mūduꝫ vniuersum lucretur: anime vero sue detrimētuꝫ patiatur: Aut quā dabit homo ꝯmutatiōeꝫ pro anima sua: Filius enī homis ventur⁹ est in glia patris sui cū angelis suis: ꝛ tūc reddet vnicuiqꝫ: scdm̄ opus eius. Amen dico vobis: sūt quidaꝫ de hic stantib⁹: qui nō gustabunt mortē: donec videāt filium hoīs veniēteꝫ ī regno suo. Offr. Gloria ꝛ honore coronasti eū ꝛ cōstituisti eū sup opera manuū tuaꝝ dn̄e

Muneribus nostris Secre. quesumus dn̄e precibusqꝫ susceptis: et celestib⁹ nos mūda misterijs: et clementer exaudi. Per. Prefatio. Quia per incarna. Cōmunica. Coio. Qui vult venire post me abneget semetipsuꝫ: ꝛ tollat crucē suā ꝛ seq̄tur me. Cōp

Da q̄s dn̄e deus noster: vt sicut in tuoꝝ ꝯmemoratione scōꝝ: tēporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. Per.

¶ In natale scī siluestri.

Sacerdotes tui dn̄e induāt iusticiaꝫ: et scī tui exultent propt dauid seruū tuuꝫ nō auertas facieꝫ xpi tui. V. Memento dn̄e dauid: et om̄is mansuetudinis eius. Glia pa. Gloria in ex. Oro

Da quesumus ops deus: vt beati siluestri cōfessoris tui atqꝫ pontificis veneranda sollēnitas: ꝛ deuotiōem nobis augeat et salutē. Per. Lectio eple beati pauli apli: ad hebreos. cap. vij

Fratres: Plures facti sunt sacerdotes scdm̄ legē: idcir

co q̄p morte prohiberētur perma
nere. Jesus autē: eo q̄d maneat
in eternū: sempiternuꝫ habet sa-
cerdotiū. Unde ꝛ saluare in per
petuū potest: accedēs per semet-
ipsuꝫ ad deū: semper viuēs ad in
terpellādū pro nobis. Talis enī
decebat: vt nobis esset pontifex.
scūs: innocēs: impollutus: segre
gatus a pctōribus. ꝛ excelsior ce
lis factꝰ: qui nō habet quotidie
necessitatē quemadmodū sacer-
dotes priꝰ pro suis delictis hosti
as offerre: deīde pro ppl'o. Hoc
enī fecit semel se offerēdo dn̄s no
ster iesus xp̄s. ℟. Ecce sacerdos
magnꝰ qui in diebꝰ suis placuit deo.
℣. Non est inuētus similis illi qui cō
seruaret legeꝫ excelsi. All'a. ℣. In
ueni dauid seruū meū oleo scō meo
vnxi eū. Scd'm matheū. ca. xxiiij.
In illo tp̄e. Dixit iesus disci
pulis suis. Vigilate: qꝛ ne-
scitis qua hora dn̄s vester ventu
rus sit. Illud autē scitote: q̄m si
sciret paterfamilias: q̄ hora fur
venturꝰ esset: vigilaret vtiqꝫ: ꝛ nō
sineret perfodi domū suā. Ideo
ꝛ vos estote parati: quia nescitis
qua hora filiꝰ hoīs venturꝰ est.
Quis putas est fidelis seruus ꝛ
prudēs: quē ꝯstituit dn̄s sup fa-
miliaꝫ suā: vt det illi cibū in tēpo
re. Beatus ille seruꝰ: quē cum ve
nerit dn̄s eius inuenerit sic faciē
teꝫ. Amen dico vobis: q̄m super
omnia bona sua constituet euꝫ.

Credo. Offer. Inueni dauid ser
uuꝫ meū oleo sancto vnxi eū manus
enī mea auxiliabitur ei et brachium
meuꝫ confortauit eum. Secreta.
Sancti tui nos quesumꝰ do
mine vbiqꝫ letificent: vt dū
eoꝝ merita recolimꝰ: patrocinia
sentiamꝰ. Per do. Prefa. Quia
per incar. Cōmunicātes. Coio.
Beatus seruꝰ quē cum venerit dn̄s
inuenerit vigilāteꝫ amen dico vobis
super om̄ia bona sua cōstituet eum.
Presta q̄s omnipo- Cōple.
tens d̄s: vt de perceptis mu
neribus gr̄as exhibētes: benefi-
cia potiora sumamus. Per do.
¶ In natl'e scī felicis in pincis
Os iusti meditabitur sapiē-
tiaꝫ et lingua eius loquetur
iudiciuꝫ: lex dei eiꝰ in corde
ipsius. ℣. Noli emulari in malignā-
tibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniqui
tatem. Gl'ia pa. Gl'ia in ex. Oro.
Concede q̄s oīpotēs deus:
vt ad meliorē vitaꝫ sanctoꝝ
tuorū exēpla nos prouocēt: qua
tinus quorū sollennia agimus:
etiā actus imitemur. Per dn̄m.
Lectio libri eccl'iastici. cap. xxxix
Iustus cor suū tradet ad vi
gilandū diluculo: ad dn̄m
qui fecit illū: ꝛ in cōspectu altissi-
mi depcabitur. Aperiet os suuꝫ
in oratiōe: ꝛ pro delictis suis de-
precabitur. Si enīꝫ dn̄s magnꝰ
voluerit: spū intelligentie reple-
bit illum. Et ipse tanq̄ ymbres

mittet eloqa sapiētie sue: ꝛ in oratione cōfitebitur dn̄o. Ipse diriget cōsiliuꝫ ei⁹ ad disciplinā: ꝛ in abscōditis suis cōsiliabit̄. Ipse palam faciet disciplinā doctrine sue: et in lege testamēti dn̄i gl'ia-bitur. Collaudabūt multi sapiētiaꝫ ei⁹: ꝛ vsqꝫ in seculū non delebit̄. Non recedet ab hoībus memoria ei⁹: ꝛ nomen eius reqretur a generatiōe in generatiōeꝫ. ℟. Iurauit dn̄s ꝛ nō pēitebit eū tu es sacerdos in eternū scd̄m ordinē melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. All'a. ℣. Disposui testammētuꝫ electis meis iuraui dauid seruo meo. Scd̄ꝫ lucā. ca. x.

IN illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit: me audit. Et qui vos spernit: me spernit. Qui autem me spernit: spernit eū qui me misit. Reuersi sunt aūt septuagita duo: cū gaudio dicētes. Dn̄e. etiā demonia subijciuntur nobis: in noīe tuo. Et ait illis. Videbaꝫ sathan: sicut fulgur de celo cadētem. Ecce dedi vobis potestatē calcādi supra serpētes ꝛ scorpiōes: ꝛ supra om̄eꝫ virtutē inimici: ꝛ nichil vobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere: quia spūs vobis subijciūtur. Gaudete aūt: ꝙ nomina vestra scripta sunt in celis. Offeren. Gloria ꝛ honore coronasti euꝫ ꝛ constituisti euꝫ super opera manuum tuarū domine. Secreta.

HOstias tibi dn̄e bt̄i felicis cōfessoris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad perpetuū nobis tribue peruenire subsidiū. Per. Cōio. Posuisti dn̄e in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. Quesumus dn̄e sa- Cōplē. lutaribus repleti misterijs vt cuius sollēnia celebram⁹: eius oratōibus adiuuemur. Per do.

¶ In natale scī boniti: officiū.

SAcerdotes tui dn̄e induāt iusticiaꝫ: et scī tui exultent propt̄ dauid seruū tuuꝫ nō auertas facieꝫ xp̄i tui. ℣. Memento domie dauid: et om̄is mansuetudinis eius. Gloria patri ꝛc. Oratio.

DA quesumus op̄s deus: vt bt̄i boniti ꝯfessoris tui atqꝫ pontificis venerāda sollēnitas: et deuotionē nobis augeat ꝛ salutem. Per. Ep̄la. Plures facti sunt sacerdotes: scd̄m legeꝫ. Reqre retro: in natale scī silue. fo. clxxi. ℟. Ecce saeerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo. ℣. Nō est inuētus similis illi qui ꝯseruaret legem excelsi. All'a. ℣. Inueni dauid seruū meū oleo sancto meo vnxi euꝫ. Euangl'm. Vigilate: qꝛ nescitis q̄ hora. Reqre retro: in precedēti fo. clxxij. Offr̄. Inueni dauid seruuꝫ meū oleo scō vnxi eū manus eni mea auxiliabit̄ ei et brachiū meuꝫ confortauit eum. Secreta.

SAncti tui nos quesum⁹ domine vbiqꝫ letificent: vt dū

eo᷑ merita recolim⁹: patrocinia sentiamus. Per. Coio. Beatus seru⁹ quem cū venerit dn̄s inuenerit vigilātem: amē dico vobis super oīa bona sua cōstituet eū. Cōplēdū.

Presta q̄s omp̄s deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibētes: beneficia potiora sumamus. Per dn̄m nostrū.

¶ In natale scti marcelli pape.

Statuit ei dn̄s testamētū pacis ꝛ p̄ricipē fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas ī eternū. ℣. Misericordias dn̄i in eternū cantabo. Gl'ia patri. Oratio.

Preces populi tui quesum⁹ dn̄e clemēter exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq̄ pōtificis meritis adiuuemur: cui⁹ passione letamur. Per dn̄m no.

Lectio libri sapientie. caplo. xlv.

Ecce sacerdos magnus qui in dieb⁹ suis placuit deo: et inuētus est iustus: ꝛ in tempore iracūdie factus est reconciliatio. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo fecit illū dn̄s crescere in plebē suā. Benedictiōē omniū gentiū dedit illi: ꝛ testamētū suū confirmauit super caput ei⁹. Cognouit eū in benedictōibus suis: et cōseruauit illi misericordiā suā: ꝛ inuenit gratiā coram oculis dn̄i. Glorificauit eum in cōspectu regū: et dedit illi coronā glorie. Statuit illi testamētū sempiternū: ꝛ dedit illi sacerdociū magnū: ꝛ beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio ꝛ habere laudē in noīe ipsius: ꝛ offerre illi incēsum dignū in odorem suauitatis. ℟. Inueni dauid seruū meū oleo scto meo vnxi eū manus eni mea auxiliabit ei: et brachiū meū cōfortauit eū. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: ꝛ filius iniq̄tatis nō nocebit eū. Alleluya. ℣. Inueni dauid seruū meum: oleo scto meo vnxi eū. Scd̄m matheū. ca. xxv.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā peregre proficiscens vocauit seruos suos: ꝛ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq̄ talēta. alij autē duo. alij vero vnum. Unicuiq̄: scd̄m propriā virtutē. Et profect⁹ est statim. Abijt aūt qui quinq̄ talēta acceperat: ꝛ operat⁹ est ī eis: ꝛ lucratus est alia quinq̄. Similiter ꝛ qui duo acceperat: lucratus est alia duo. Qui autē vnū acceperat: abiēs fodit in terrā: et abscondit pecuniam dn̄i sui. Post multū vero temporis: venit dn̄s seruorū illorū: ꝛ posuit rationē cū eis. Et accedēs qui quinq̄ talenta acceperat: obtulit alia quinq̄ talenta: dicens. Dn̄e quinq̄ talēta tradidisti michi: ecce alia quinq̄ superlucratus sum. Ait illi dn̄s eius. Euge serue bone ꝛ fidelis. Quia super pauca fuisti

fidelis: supra multa te cōstituā.
Intra in gaudiū dñi tui. Acces-
sit aūt ⁊ qui duo talēta accepat: ⁊
ait. Dñe: duo talenta tradidisti
michi: ecce alia duo lucrat⁹ sum.
Ait illi dñs eius. Euge serue bo
ne ⁊ fidelis. Quia sup pauca fui
sti fidelis: supra mlta te ↄstituā.
Intra in gaudiū dñi tui. Offer
Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipso ⁊ in
noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Sec.
Suscipe qs dñe munera di-
gnāter oblata: ⁊ btī marcel
li martyris tui suffragātib⁹ me-
ritis: ad nrē salutis auxiliū pro-
uenire cōcede. Per dñm. Coīo.
Dñe quinqȝ talēta tradidisti michi
ecce alia quinqȝ superlucratus suȝ. eu-
ge serue fidelis: qz in pauca fuisti fi-
delis supra multa te constituā: intra
in gaudiuȝ dñi tui. Complēdum.
Satiasti domīe familiaȝ tuā
muneribus sacris: eius qs
semp interuentione nos refoue:
cuius sollennia celebram⁹. Per.
¶ In natale scti anthonii offm
ad missaȝ. Os iusti. Reqre retro
in scto felice. fo. clxxii. R. Os iu-
sti meditabit sapiētiaȝ ⁊ lingua eius
loquet iudiciū. V. Lex dei ei⁹ in cor
de ipsi⁹ et nō supplātabūtur gressus
eius. Alla. V. Justus germiabit si
cut liliū et florebit i eternū ante dñȝ.
Offer. Desideriū anime ei⁹ tribui
sti ei dñe et volūtate labiorū eius nō
fraudasti euȝ posuisti in capite ei⁹ co
ronā de lapide precioso. Cōmūio.
Beatus seru⁹ quem cū venerit dñs
inuenerit vigilātē amen dico vobis
super oīa bona sua cōstituet eum.
Epistola vero ⁊ euanglm: quere
retro in nat. scti felicis. fo. clxxii.
¶ In natale scte prisce: officiuȝ.



Loquebar de testioniis tu-
is in cōspectu regum: et nō
cōfundebar: meditabar in
mandatis tuis que dilexi nimis. V.
Beati immaculati in via: qui ambu-
lant in lege dñi Gloria patri. Oro
Da quesumus ops deus: vt
qui btē prisce martyris tue
natalitia colim⁹: et annua sollen
nitate letemur: ⁊ tante fidei pro-
ficiamus exēplo. Per dñȝ nrm.
Lectio libri ecclesiastici. caplo. li
Domine deus me⁹ exaltasti
super terrā habitatiōeȝ me
am: et pro morte deffluēti depre
cata sum. Inuocaui dñm patrē
domini mei: et nō dereliquit me
in die tribulatiōis mee: ⁊ in tēpo
re superbor sine adiutorio. Lau
dabo nomen tuū assidue: et col-
laudabo illud in confessione: et
exaudita est oratio mea. Libera
sti enī me de perditiōe: et eripui-
sti me de tempore iniquo. Pro-
pterea cōfitebor tibi: et laudē di-
caȝ noī tuo dñe deus noster. R.
Specie tua ⁊ pulcritudie tua intēde
prospere procede et regna. V. Pro-
pter veritatē ⁊ mansuetudieȝ ⁊ iusti-
ciā et deducet te mirabiliter dextera
tua. Alla. V. Diffusa est gratia in la

biis tuis: propterea bndixit te deus in eternu. Scdm matheu. ca. xiij

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Simile est regnū celorū thesauro abscōdito in agro: quē qui inuenit homo abscōdit: et pre gaudio illius vadit: et vendit vniuersa que habet: et emit agrū illum. Iterū simile est regnū celorū homini negotiatori querēti bonas margaritas. Inuenta autē vna preciosa margarita: abiit et vendidit oīa que habuit: et emit eā. Iterū simile est regnū celorum sagene misse in mare: et ex omni genere pisciū cōgregāti. Quā cū impleta esset educētes: et secus litus sedentes: elegerūt bonos in vasa sua: malos autē foras miserunt. Sic erit in cōsūmatione seculi. Exibūt angeli: et separabūt malos de medio iustorū: et mittēt eos in caminū ignis. Ibi erit fletus et stridor dentiū. Intellexistis hec omia? Dicūt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omis scriba doctus in regno celorū: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regīa a dextris: in vestitu deaurato circūdata varietate. Se.

Hostia dne quesumus quā sctorū tuorū natalitia recensentes offerim⁹: et vincula nostre prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona cōciliet. Per. Coio. Feci iudiciū et iusticiā dne nō calūpniētur michi superbi ad oia mādata tua dirigebar omēs viā iniqtatis odio habui. Complēdum

Quesumus domie salutaribus repleti misteriis: vt cuius sollēnia celebram⁹: eius oratiōibus adiuuemur. Per dnm.

¶ In natale sctorū fabiāi et seba.



Intret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in sinu eorū: vindica sanguinē sctorū tuorū qui effusus est. Ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuā: polluerūt tēplū sctm tuū: posuerūt hierusalē in pomorū custodiā. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Oro.

Infirmitatē nostrā respice oīps deus: et quia pondus proprie actiōis grauat: beati fabiāi martyris tui atq; pōtificis intercessio gliosa nos protegat.

Deus qui beatū Alia oro. sebastianū martyrē tuum virtute cōstātie in passiōe roborasti: ex ei⁹ nobis q̄s imitatione tribue pro amore tuo prospera mūdi despicere: et nulla eius aduersa formidare. Per. Lcō epl'e bti pauli apl'i: ad hebreos. capl'o. xi

Fratres: Sancti per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiā: adepti sūt repromissiōes. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt impetum ignis: effugaue-

runt acies gladij. Conualuerūt de infirmitate: fortes facti sūt in bello. Castra verterūt exterorū: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autē distēti sunt: nō suscipiētes redēptiōem: vt meliorē inuenirent resurrectionē. Alij vero ludibria ꝛ verbera experti: insuper ꝛ vincula: ꝛ carceres: lapidati sunt: secti sūt: tentati sunt: ꝛ in occisiōe gladij mortui sūt. Circuierūt in melotis: et in pellib⁹ caprinis: egentes: angustiati: afflicti: quib⁹ dignus nō erat mūdus. In solitudinibus errātes: in mōtibus: et in speluncis: et in cauernis terre. Et hi oms testimonio fidei probati inuēti sunt: in xp̄o iesu dn̄o nostro. ℟. Gloriosus deus in sanctis: mirabilis in maiestate: faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e glorificata est in virtute: dextera man⁹ tua ꝯfregit inimicū. Alleluya. ℣. Sancti tui dn̄e benedicēt te: gloriā regni tui dicent. Scd̄m lucā. caplo. vj.

In illo tp̄e: Descēdēs iesus de mōte: stetit in loco campestri: et turba discipulorū eius: et multitudo copiosa plebis ab omni iudea ꝛ hierusalē: et maritima: ꝛ thyri: et sydonis: qui venerant: vt audirēt eū: et sanarētur a langorib⁹ suis. Et qui vexabātur a spiritib⁹ immūdis: curabātur. Et omis turba querebat eū tangere: quia virt⁹ de illo exibat: et sanabat omes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati paupes spū: quia vestrū est regnū dei. Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cū vos oderint hoīes: et cū separauerīt vos ꝛ exprobrauerint: et eiecerint nomen vestrū tanꝙ malū: propter filiū homīs. Gaudete in illa die et exultate. Ecce enī merces vestra: multa est in celo. Offr. Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti: et gloriamini oms recti corde. Secreta.

Hostias tibi domīe beati fabiani martyris tui atq; pōtificis dicatas meritis: benign⁹ assume: ꝛ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Secre.

Accepta sit in conspectu tuo dn̄e nostre deuotiōis oblatio: ꝛ eius nobis fiat supplicatione salutaris: pro cuius sollēnitate defertur. Per dominū. Coīo

Multitudo languētium ꝛ qui vexabantur a spiritibus immūdis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat et sanabat omes. Complēduz

Refecti participatiōe muneris sacri quesumus dn̄e deus noster: vt cui⁹ exequimur cultū sentiamus effectū. Cōplen.

Sacro mūere satiati supplices te dn̄e depcamur: vt qđ debite seruitutis celebram⁹ officio: intercedente bt̄o sebastiano

martyre tuo: saluatiōis tue sentiamus augmētum. Per dñm.

¶ In natale sctē agnetis: offm̄.

Me expectauerunt pctores: vt perderēt me: testimonia tua dñe intellexi: oīmis consummatiōis vidi finē: latū mandatū tuū nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri ꝛ filio ꝛc. Oratio.

Omnipotens sēpiterne de⁹: qui infirma mūdi eligis: vt fortia queq; confundas: cōcede propiti⁹. vt qui btē agnete martyris tue sollēnia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per. Ad corinthi. ij. cap. x. et xj.

Fratres: Qui gloriatur: in dño gloriet. Non enī qui se ipsū cōmēdat ille probatus est: sed quē deus cōmendat. Utinā sustineretis modicū quid insipiētie mee: sed ꝛ supportate me. Emulor enī vos: dei emulatiōe. Despōdi enī vos vni viro virginem castā exhibere christo. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in ternum. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē ꝛ iusticiā et deducet te mirabiliter dextera tua. Si venerit in. lxx. Tract. Qui seminat. Reqre in festo btē agathe. folio. clxxx. Alla ℣. Pulcra facie sed pulcrior fide beata es agnes respuēs mundū letaberis cū angelis: intercede pro oībus nobis. Scdm matheū. cap. xxv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Simile est regnū celorum decē virginibus: que accipiētes lāpades suas: exierūt obuiā sponso ꝛ spōse. Quinq; autē ex eis erāt fatue: et quiq; prudentes. Sed quinq; fatue: acceptis lāpadib⁹ nō sumpserūt oleum secū. Prudētes vero acceperūt oleū in vasis suis cū lampadib⁹. Moram autē faciente spōso: dormitauerunt oēs: ꝛ dormierūt. Media aūt nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā ei. Tūc surrexerūt oēs virgines ille: ꝛ ornauerūt lāpades suas. Fatue autē: sapiētibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro: quia lāpade nostre extingūtur. Respōderunt prudētes: dicentes. Ne forte nō sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendētes: et emite vobis. Dū aūt irent emere: venit sponsus. Et que parate erāt: intrauerūt cum eo ad nuptias. Et clausa est ianua. Nouissime vero veniūt et reliqūe virgines: dicentes. Dñe. dñe: aperi nobis. At ille respōdēs: ait. Amē dico vobis: nescio vos. Uigilate itaq; qr nescitis diē neq; horā. Offer

Offerētur regi virgies: proxime ei⁹ offerētur tibi in leticia et exultatiōe adducent in tēplū regi dño. Secr

Hostias dñe quas tibi offerimus. propitius suscipe: ꝛ

intercedēte beata agnete marty
re tua. vincula peccatorū nostro
ruꝫ absolue. Per dn̄m no. Coīo
Quinqꝫ prudētes virgines accepe-
rūt oleū in vasis suis cuꝫ lāpadibus:
media autē nocte clamor fact⁹ est: ec
ce spōsus vēit: exite obuiā xp̄o dn̄o.
Refecti cibo potuqꝫ Cōplē.
celesti deus noster te suppli
ces exoram⁹, vt in cuius hec ꝯme
moratiōe percepimus, eius mu-
niamur et precibus. Per dn̄m.
¶ In natale sancti vincētij offi.
Letabitur iust⁹ in dn̄o ꝛ spe
rabit i eo ꝛ laudabūtur om
nes recti corde. ℣. Exaudi
deus oratiōeꝫ meā cuꝫ deprecor: a ti
more inimici eripe aīaꝫ meā. Glīa.
Adesto supplicatiōi- Orō.
bus nr̄is q̄s dn̄e: vt qui ex
iniq̄tate nostra reos nos esse co-
gnoscim⁹, beati vincentij marty
ris tui intercessione liberemur.
Per. Lcō libri eccl̄iasti. ca. xxxj.
Beatus vir qui inuentus est
sine macl'a. et qui post aurū
nō abijt: nec sperauit in pecunia
et thesauris. Quis est hic ꝛ lau-
dabimus euꝫ: Fecit enī mirabi-
lia in vita sua. Qui probatus est
in illo ꝛ perfectus inuētus est: et
erit illi in gloria eterna. Qui po
tuit trāsgredi ꝛ non est trāsgres-
sus: et facere mala et non fecit.
Ideo stabilita sunt bona ipsius
in dn̄o: et elemosinā ipsi⁹ ennar-
rabit om̄is ecclesia sanctoꝝ. ℟.
Posuisti dn̄e super caput eius coro
naꝫ de lapide precioso. ℣. Desideriū
anime eius tribuisti ei ꝛ volūtate la-
biorū eius nō fraudasti euꝫ. Si ve-
nerit in septuagesima Tractus.
Desideriū. Require retro in festo
scti valentini. fo. clxxxj. Alla. ℣.
Beatus vir qui timet dn̄m in māda
tis eius cupit nimis. Scdm iohā.
In illo tēpe: Dixit cap. xij.
iesus discipl'is suis. Amen
amen dico vobis: nisi granū fru
menti cadēs in terra mortuū fue
rit: ipsuꝫ solū manet. Si autem
mortuū fuerit: multū fructuꝫ af-
fert. Qui amat animā suaꝫ: per-
det eā. Et qui odit animā suā in
hoc mūdo: in vitā eternaꝫ custo-
dit eā. Si quis michi ministrat.
me sequat: et vbi sum ego: illic ꝛ
minister me⁹ erit. Si quis michi
ministrauerit: honorificabit eū
pater me⁹. qui est in celis. Offer
Glīa ꝛ honore coronasti eū ꝛ cōsti-
tuisti eū sup opera manuū tuaꝝ dn̄e
Muneribus nostris Secre.
q̄s domīe precibusqꝫ susce-
ptis. et celestibus nos mūda mi
sterijs. et clemēter exaudi. Per.
Coīo. Qui vult venire post me ab-
neget semetipsuꝫ et tollat cruceꝫ suā
et sequatur me. Complendum.
Quesumus oīpotens deus.
vt qui celestia alimēta per-
cepimus: intercedēte beato vin-
centio martyre tuo. per hec ꝯtra
om̄ia aduersa muniamur. Per.

¶ In conuersiõe scti pauli. offi.

SCio cui credidi ꝛ cert⁹ sum qꝛ potēs est depositū meū seruire in illū diem. ℣. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti cessiōe meā ꝛ resurrectōe meā. Glīa pa. Gloria in ex. Oro

DEus qui vniuersū mūdū beati pauli aplī tui predicatione docuisti. da nobis q̄s: vt q̄ eius hodie ꝯuersionē colim⁹. per ei⁹ ad te exēpla gradiamur. Qui viuis. Lcō actuū aploꝝ. cap. ix.

IN dieb⁹ illis: Saulus adhuc spirās minaꝝ: et cedis in discipulos dñi: accessit ad pricipē sacerdotū: et petijt ab eo epistolas in damascum ad synagogas: vt si quos inuēisset hui⁹ vie viros ac mulieres. victos perduceret hierusalē. Et cū iter faceret ꝯtigit vt appropinq̄ret damasco Et subito circūfulsit eū lux de celo: ꝛ cadēs in terrā: audiuit vocē dicētem sibi. Saule saule. quid me perseq̄ris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sū iesus nazarenus: quē tu perseq̄ris. Durū est tibi: ꝯtra stimulū calcitrare. Et tremēs ac stupens: dixit. Domīe: quid me vis facere? Et dñs ad eū. Surge et ingredere ciuitatē: ꝛ dicet̄ tibi quid te oportat facere. Viri autē illi qui comitabātur cū eo: stabāt stupefacti: audiētes quidē vocē. nemine autē vidētes. Surrexit autē saulus de terra: apertisq̄ oculis nichil videbat. Ad man⁹ autem illū trahentes: introduxerūt damascū. Et erat ibi trib⁹ diebus nō vidēs: et nō mādūcauit neq̄ bibit. Erat aūt quidā discipl̄us damasci noīe ananias. Et dixit ad illū in visu dñs. Anania? Et ille ait. Ecce ego domīe. Et dñs ad illū. Surge vade in vicū: qui vocatur rectus: ꝛ quere in domo iude saulū noīe tharsensē. Ecce enī orat. Et vidit virū ananiam noīe introeūtē. ꝛ imponētem sibi man⁹: vt visū recipiat. Respōdit aūt ananias. Dñe. audiui a multis de viro hoc: quāta mala sāctis tuis fecerit in hierusalem. Et hic habet potestatē a pricipibus sacerdotū alligandi oēs: qui inuocāt nomē tuū. Dixit autē ad eū dñs. Vade qm̄ vas electiōis michi est iste: vt portet nomen meū coram gentib⁹ et regibus. et filijs israel. Ego enī ostēdā illi: quāta oporteat eum pro noīe meo pati. Et abijt ananias ꝛ introiuit domū: ꝛ imponēs ei man⁹ dixit. Saule frater. dñs iesus misit me. qui apparuit tibi ī via qua veniebas: vt videas ꝛ impliearis spū scto. Et ꝯfestim ceciderūt ab oculis ei⁹ tanq̄ scame: ꝛ visū recepit. Et surgēs baptizat⁹ est. Et cū accepisset cibū: cōfortat⁹ est. Fuit aūt cū discipl̄is q̄ erāt damasci per dies aliquot.

Et ꝯtinuo ingressus paulus in synagogã: predicabat iesum. qꝛ hic est fili⁹ dei. Stupebant autẽ oms qui eũ audiebãt: ⁊ dicebãt. Nõne hic est qui expugnabat in hierusalẽ eos qui inuocabãt nomen istud. ⁊ huc ad hoc venit: vt victos illos duceret ad pricipes sacerdotũ: Saulus autẽ multo magis cõualescebat: et cõfundebat iudeos q̃ habitabant damasci: affirmans qm̃ hic est xp̃s. ℟. Qui operat⁹ est petro in apostolatũ opatus est ⁊ michi inter gẽtes et cognouerũt gratiã dei que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua nõ fuit sed gratia ei⁹ semper in me manet. Alla. ℣. Bonuꝫ certamen certaui cursuꝫ consummaui fidem seruaui.

Scd̃m matheum. capitulo. xix.

In illo tpe: Dixit symon petrus ad iesuꝫ. Ecce nos reliquimus om̃ia: ⁊ secuti sum⁹ te. Quid ergo erit nobis: Ihs auteꝫ dixit illis. Amen dico vobis: ꝙ vos qui secuti estis me: in regeneratione cũ sederit fili⁹ hoĩs in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodecim: iudicãtes duodeciꝫ trib⁹ israel. Et oĩs qui reliquerit domũ: vel fratres: aut sorores: aut prẽꝫ: aut matrẽ: aut vxoreꝫ: aut filios: aut agros propter nomen meũ: centupluꝫ accipiet ⁊ vitã eternã possidebit. Credo. Offr. Michi autẽ nimis honorificati sũt amici tui de⁹: nimis confortat⁹ est pricipatus eoꝝ. Secr. Apostoli tui pauli precibus dñe plebis tue dona scĩfica: vt que tibi grata sũt instituta gratiora fiant patrocinia supplicãtis. Qui vi. Prefatio. Te dñe suppliciter. Coĩo. Amen dico vobis qd̃ vos qui reliq̃stis oĩa et secuti estis me centuplũ accipietis et vitaꝫ eternã possidebitis. Compleduꝫ.

Sanctifica dñe salutari misterio q̃s. vt pro nobis eius nõ desit oratio: cui⁹ nos donasti patrocinio gubernari. Per do.

In octaua sancte agnetis offm̃.



Vultum tuuꝫ dñe deprecabũtur oms diuites plebis: adducent̃ regi virgies post eã proxime ei⁹ adducẽtur tibi in leticia ⁊ exultatiõe. ℣. Eructauit cor meuꝫ verbũ bonuꝫ: dico ego opera mea regi. Gloria patri ⁊ filio. ⁊c. Oratio.

Deus qui nos annua beate agnete martyris tue sollennitate letificas. da q̃s: vt quã veneramur officio. etiã pie ꝯuersatiõis seq̃mur exẽplo. Per. Ep̃la ⁊ euanglm̃: reqre retro in natale scte agnetis. fo. clxxv. ℟. Specie tua ⁊ pulcritudie tua intẽde prospere procede ⁊ regna. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mãsuetudieꝫ ⁊ iusticiã ⁊ deducet te mirabilr̃ dextera tua. Alla. ℣. Adducẽtur regi virgies post eã proxime ei⁹ adducent̃ tibi i letitia. Off. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea bñdixit te ds̃ in eternũ. Se.

Super has qs dne hostias bndictio copiosa descedat: que et sctificatioem nobis cleme ter operet. et de martyrum nos sol lenitate letificet. Per. Coio. Si mile est regnu celorum homi negociato ri quereti bonas margaritas inueta vna preciosa margarita: dedit omia sua et coparauit eam. Complendum.

Sumpsimus dne celebrita tis annue votiua sacramen ta: presta qs. vt et tpalis nobis vi te remedia prebeat et eterne. Per

¶ In natale scti ignatij officiu ad missa. Letabitur iustus in dno. totu: reqre retro in festo scti vin centij. folio. clxxv. Lco epl'e bea ti pauli apli: ad ephesios. cap. j.

Fres: Bndictus deus et pa ter dni nri iesu xpi: qui bn dixit nos in omi benedictioe spi rituali in celestib9 in xpo: sicut ele git nos in ipso ante mudi ostitu tioem: vt essem9 scti et immaclati in ospectu eius in karitate. Qui predestinauit nos in adoptioem filiorum per iesum xpm in idipsum: scdm propositu volutatis sue: in laude glorie gre sue: in qua gra tificauit nos in dilecto filio suo. in quo habemus redeptioem per sanguinem ei9: in remissioem pctorum scdm diuitias gre sue: que super abudauit i nobis: per iesum xpm dnm nrm. Euanglm. Si quis vult post me veire abneget. Req re retro in festo scti tho. fo. clxxj.

¶ Notandum est q si festa sctorum fabiani et sebastiani: et scti vincetij et scti pauli: et scti ignatij venerit in septuagesima: dicim9 tractu. Desideriu. Si festu bte agnetis venerit in. lxx. dicim9 tractu. Qui semiat in lacri. Primu tractu req re in festo bti valetini. fo. clxxxj. Secudum in scta agat. fo. clxxx.

¶ In purificatione bte Marie primo bndicitur ignis cu seque tibus oratioibus de silice vel de cristallo nouiter excussus: sermo ne primitus facto. ℣. Adiutoriu nostru in nomine dni. ℟. Qui fecit celum et terra. ℣. Sit nomen domi ni benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vsqz in seculu. Oremus. Oratio.

Domine scte pater ops eter ne de9: bene✠dicere et san cti✠ficare digneris igne istum quem nos indigni suscipim9: per inuocatoem vnigeniti tui dni nri iesu xpi. que hodie in teplo repre sentatu iustum symeone diu expe ctantem in vlnas suas: suscepisse nouimus: et salutare tuu ante fa ciem oim pplorum esse lume. scilicet gentib9: ad gl'iam plebis tue isrl. prophetico spu docuisse. qs dne bndi✠cere digneris lume istud: et oibus hoc in manib9 gestatib9. veru lumen tue pietatis cocede: vt te cognosce tes per via virtutu ad te valeat perueire. Per. Oro

Domie scte pater ops exau di nos lumen indeficies. tu

es scte conditor oim luminū: bene ✠ dic dñe hoc lumen: qd a te scificatū atq; benedictū est. Tu illuminasti omēs mundū: vt ab eo lumine accēdamur ⁊ illuminemur igne claritatis tue: ⁊ sicut illumiasti moysen: ita illumia corda nr̄a: ⁊ sensus nr̄os: vt ad vitā eternā peruēire mereamur. Per eundē. Et bn̄dictio dei omnipotētis patris ⁊ filij et sp̄us scti descendat super ignē istū. Amen.

Postea aspergat aquā bn̄dictā supra ipsū ignē. Quo facto bn̄dicātur cādele: cū hijs oratiōib⁹ in modū lectiōis: vsq; ad prefa.

Sequitur bn̄dictio cādelar̄. ℣. Adiutoriū nostrū in noīe dñi. ℟. Qui fecit celū et terram. ℣. Sit nomen dñi benedictū. ℟. Ex hoc nūc et vsq; in seculū. Oremus. Orō.


Omnipotēs sempiterne deus: qui hodierna die vnigenitū israelitice legi carnalit̄ subiectū cū misticis hostiarū oblatiōib⁹: in tēplo presentari fecisti: quiq; iusti symeōis longā expectatiōē ipsi⁹ visione. atq; vlnar̄ deportatōe implesti: da sup hos cereos in honore tui noīs consecrādos bene ✠ dictiōem tuā. et presta: vt hi qui hodie ob amorē tui noīs gestauerint. per scte dei genitricis intercessiōē: a presentib⁹ periculis eruamur. Per eū.

Adesto supplica- Alia orō. tiōibus nostris oṗs deus: ⁊ has candelas tua bn̄di ✠ ctione perfūde. quatin⁹ fidelis ppl's eas in manib⁹ portans. nō solū exteriori lumie gaudeat: sed cecitate cordis expulsa. sic lumen qd in tenebris lucet apprehēdat. vt nequaq̄ a via veritatis oberret. Per dn̄ nostrū iesū xp̄m filiū.

Sequitur prefatio.


Per omnia secula seculorū. Amen. Dominus vobiscū. Et cū. Sursū corda. Habem⁹. Gratias agamus domino deo nostro. Dignū.

Vere dignū ⁊ iustū est equū et salutare. Nos tibi semp et


vbiq3 gratias agere. Domie



sācte pater omīpotēs eterne


deus. Fōs et origo totius lu


cis qui mūdu3 illuminasti lu



mine tue claritatis. Mittēdo



vnigenitū per vteru3 inteme


rate virginis marie. Et quē


lōge ante promisisti prophe-


tarū oraculis. Tēporibus no


uissimis ipsu3 misisti luce3 po


pulis sedētib⁹ et ambulātib⁹


in regione vmbre mortis. Et


in ipso claritatis lux orta est


eis. Tu quoq3 benedictione


tua digneris bene ✠ dicere


has cādelas tuo nomini pre


paratas. Qui nos trāstulisti


a potestate tenebraꝝ in lucē

et regnũ dilecti filij tui. Per

quẽ exortuz est in tenebris lu

men rectis corde. Et gaudiũ

salutis eterne. Et qui iustũ sy

meonẽ fideli replesti expecta-

tione. Ut non prius videret

mortẽ quã xp̄m dn̄m videret

indutũ carne. Totius mũdi

lumẽ et salutare. Ipse nos lu

mine tue claritatis sic repleas.

Ut om̄es infidelitatis tene-

bras a nobis repellas. Et si-

cut hodie seruũ tuũ dimisisti.


Sic nos in pace sc̄e ecclesie

digneris gubernare. Ut por

tuz quietis eterne valeam⁹ in


trare. Quatin⁹ vere lucis per

fusi radijs. Ibi in die iusti ex-


aminis leti cũ hymnidicis an

gelorũ choris valeam⁹ videre

faciez indeffessi solis. Per eũdẽ
¶ Postea pontifex dicit alta voce sequẽtem antiphonam

Venite et accendite aptate

is. All'a. ℣. Vindica dn̄e sanguinē
sanctorū tuorū qui effusus est super
terraꝫ. Scd̄m matheū. cap'lo. x.
In illo tpe: Dixit iesus disci
pl'is suis. Nolite arbitrari
qꝛ venerī mittere paceꝫ in terrā.
Nō veni pacē mitter': sed gladiū
Veni enī separare hoīem aduer
sus patreꝫ suū: et filiā aduersus
matreꝫ suā: et nurū aduersus so
crū suaꝫ: ⁊ inimici hoīs domesti-
ci eiꝰ. Qui amat patrē aut matrē
plusq̄ me: nō est me dignus. Et
qui amat filiū aut filiā super me:
nō est me dignꝰ. Et qui nō acci-
pit crucē suaꝫ ⁊ seq̄tur me: nō est
me dignus. Qui inuenit animā
suaꝫ: perdet illā. Et qui perdide
rit animā suaꝫ propter me: inue-
niet eā. Qui recipit vos: me reci-
pit. Et qui me recipit: recipit eū
q̄ me misit. Qui recipit prophe-
taꝫ in nomīe prophete: mercedē
prophete accipiet Et qui recipit
iustuꝫ: in nomīe iusti: mercedeꝫ
iusti accipiet. Et quicunqꝫ potū
dederit vni ex minimis istis cali-
cem aque frigide: tantū in nomi
ne discipuli. Amen dico vobis:

nõ perdet mercedez suã. Offer. Mirabilis deus in sctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ ꝛ fortitudiez plebis sue bñdictus deus all'a. Se. Hostias tibi domie beatoꝝ martyrũ tuoꝝ gordiani atq3 epimachi dicatas: meritis benign⁹ assume: ꝛ ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidiuz. Per. Coio. Iustoꝝ anime in manu dei sunt ꝛ nõ tanget illos tormentũ malicie visi sunt oculis insipiẽtiuz mori illi aũt sunt in pace. Complẽ. Quesumus omps deus: vt qui celestia alimẽta percepimus: intercedẽtibus sctis tuis gordião atq3 epimacho: per hec contra oĩa aduersa muniamur. Per dñm. ¶ In natale sanctoꝝ nerei: archillei: atq3 pancratij. Ecce oculi dñi super timentes eũ sperãtes in mia eius all'a: vt eripiat a morte aias eorũ quoniã adiutor ꝛ protector noster est all'a all'a. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet laudatio Gl'a pa. Presta q̃s ops deus: Oro. vt qui beatoꝝ matyrũ tuoꝝ nerei: et archillei: atq3 pancratij natalitia colim⁹: a cunctis malis iminẽtibus eoꝝ intercessiõibus liberemur Per. Lcõ li. sapi. ca. v Iusti in perpetuũ viuent: et apud dñm est merces eoꝝ: ꝛ cogitatio illoꝝ apud altissimũ. Ideo accipient regnuz decoris: et diadema speciei de manu dñi: qm̃ dextera sua teget eos: ꝛ brachio scto suo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illi⁹: et armabit creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ. Induet pro torace iusticiã: et accipiet pro galea iudiciũ certuz. Sumet scutũ inexpugnabile: eq̃tatez. Ibũt directe emissiones: et ad certũ locuz deducet illos: dñs deus noster. All'a. ℣. Mirabilis dñs noster in sctis suis. All'a. ℣. Vindica dñe sanguinẽ sanctoꝝ tuorũ qui effusus est super terram. Scdm lucaz. Capitulo. vj. In illo tpe: Dixit iesus turbis iudeoꝝ. Ve vobis diuitibus qui habetis ꝯsolatiões vestrã. Ve vobis qui saturati estis q: esurietis. Ve vobis q̃ ridetis nũc: q: lugebitis et flebitis. Ve cũ benedixerit vobis oẽs hoĩes. Scdm hec: faciebãt prophetis pr̃es eorũ. Sed vobis dico: qui auditis. Diligite inimicos vr̃os bñfacite his qui oderũt vos. Benedicite maledicẽtibus vobis: ꝛ orate pro calumpniãtibus vos. Et qui te percutit in maxillã: prebe ei ꝛ alterã. Et ab eo qui aufert tibi vestimẽtuz: etiã tunicaz noli prohibere. Omni aũt petẽti te tribue: ꝛ qui aufert q̃ tua sunt: ne repetas. Et prout vultis vt faciãt vobis hoĩes: et vos facite illis similiter. Offer. Confitebũtur celi mirabilia tua dñe et veritatẽ tuam in ecclesia sctoꝝ all'a all'a. Secreta.

MUnera q̄s dn̄e: tibi dicata sanctifica: ⁊ intercedētibus beatis martyribus tuis nereo: ⁊ archilleo: atq; pancratio: per ea dē nobis placatus intēde. Per

Coīo. Gaudete iusti in dn̄o all'a re ctos decet collaudatio all'a. Cōplē

BEatorū martyrū tuoꝝ nerei: ⁊ archillei: atq; pancratij dn̄e intercessiōe placatus: presta q̄s: vt que tēporali celebram⁹ actione: perpetua saluatione capiamus. Per dn̄z. ¶ In natale marie ad martyres. Officium.

TErribilis est locus iste hic domus dei ⁊ porta celi ⁊ vocabit̄ aula dei. ℣ Dominus regnauit exultet terra: letētur insule multe. Gloria patri. ⁊c. Oratio.

COncede q̄s ops deus: ad eoꝝ nos gaudia eterna pertingere: de quoꝝ nos virtute tribuis annua sollēnitate gaudere Per. Lcō ep̄l'e ad hebreos. ca. ix

FRatres: Xp̄us ingrediens mūdū: patri dicit. Hostiā ⁊ oblationē voluisti: corpus aūt aptasti michi. Holocaustomata ⁊ pro peccato nō tibi placuerūt. Tūc dixi. Ecce veio. In capite libri scriptū est de me: vt faciā de⁹ volūtatē tuā. Superius dicēs: quia hostias ⁊ oblatiōes ⁊ holocaustomata ⁊ pro pcc̄o noluisti: nec placita sunt tibi que scd̄m legē offerūtur: tūc dixi ecce venio vt faciā deus volūtatē tuā. Aufert primū: vt seq̄ns statuat. In qua volūtate sc̄ificati sum⁹: per oblatōes corporis xp̄i iesu semel Et om̄is quidē sacerdos presto est: quotidie ministrās ⁊ easdē sepe offerēs hostias que nūq̄ possūt auferre pcc̄a. Hic aūt pro peccatis vnā offerēs hostiā in sempiternū sedet in dextera dei. All'a. ℣. Confitebūtur celi mirabilia tua dn̄e etenī veritatē tuā in eccl'ia sc̄oꝝ All'a. ℣. Adorabo ad tēplum sc̄m tuū ⁊ ꝯfitebor noi tuo. Scd̄m ma.

IN illo tēpore: th. ca. xxiiij. Egressus ih̄s de tēplo ibat Et accesserūt discipl'i eius: vt ostēderēt ei edificatiōes tēpli. Ipse aūt respōdens: dixit eis. Videtis hec oīa. Amē dico vobis: nō relinq̄tur lapis super lapidē: qui nō destruat̄. Sedēte aūt eo sup mōtē oliueti: accesserūt ad eum discipuli ei⁹ secreto: dicētes. Dic nobis q̄n hec erūt: ⁊ quod signū erit aduētus tui: ⁊ ꝯsūmationis scl'i. Offe. Dn̄e de⁹ in simplicitate cordis mei let⁹ obtuli vniuersa ⁊ populū tuū q̄ repert⁹ est vidi cū ingēti gaudio de⁹ isrl' custodi hāc volūtatē

SUper has q̄s dn̄e hostias benedictio copiosa descēdat: q̄ ⁊ sc̄ificatiōē nobis clemēter operet̄: ⁊ de martyrū nos sollennitate letificet. Per. Coīo Dom⁹ mea dom⁹ oratiōis vocabit̄: dicit dn̄s in ea oīs q̄ petit accipit et q̄ querit inueīt ⁊ pulsāti apietur. Cō.

Supplices te rogamus ops deus: vt quos tuis reficis sacramētis: tibi etiā placitis moribus dignanť deseruire ɔcedas. Qui vi. ¶ In nl'e scti baudilij.

Protexisti me deus a conuētu malignātiū allá a multitudine operātiū iniqtatē allá allá. ℣. Exaudi deus orationē meā cū depcor: a timore inimici eripe animā meam. Gloria pa. Oro.

Sancti martyris tui baudilij: dñe qs venerāda festiuitas: salutaris auxilij prestet nobis augmētū. Per. Lectio epl'e bti pau. apl'i: ad thesalo. ij. cap. j

Fratres: Grās agere debemus deo semper pro vobis ita vt dignū est: qm̄ supercrescit fides vestra: ꝛ abundat karitas vniuscuiusq; oīm vestrū in inuicē: ita vt nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs dei pro patiētia vrā in fide: in oībus persecutiōibus vrīs: ꝛ tribulatōibus quas sustinetis in exēplū iusti iudicij dei: vt digni habeamini ī regno dei: pro quo ꝛ patimini: si tamen iustū est apud deū retribuere retributiōē his qui nos tribulāt: et vobis qui tribulamini requiē nobiscū: in reuelatione dñi nrī iesu xpi. Allá. ℣. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe: eteni veritatē tuā in ecclesia sctoꝝ. Allá. ℣. Hic est vere martyr qui pro xpo sanguinē suū fudit ꝛ ideo regnat cū illo. Euāglꝫ

Ego sū vitis vera. Reqre retro fo. clxxxvj. Offe. Confitebūtur celi mirabilia tua dñe ꝛ veritatē tuā in ecclesia sanctoꝝ allá allá. Secre

Presta nobis ops deus: vt nrē humilitatis oblatio: et tuoꝝ tibi grata sit honore iustorū: et nos emūdet corpore pariter ꝛ mente purificet. Per dñm. Coio. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo ꝛ laudabūtur oēs recti corde alleluya allá. Cōplendū.

Sumptis dñe sacramētis: quesum⁹: intercedēte beato baudilio martyre tuo: ad redemptiōis eterne proficiam⁹ augmētum. Per. ¶ In nl'e scti vrbani.

Da quesumus ops deus: vt qui beati vrbani martyris tui atq; pontificis sollennia colimus: eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per. Secreta

Hec hostia dñe qs: emūdet nrā delicta ꝛ ad sacrificium celebrādū subditoꝝ tibi corpora mētesq; sctificet. Per. Cōplē

Refecti participatōe muneris sacri: qs dñe de⁹ noster: vt cui⁹ exeqmur cultū: sentiam⁹ effectū Per. ¶ In nl'e scti guill'i Si festū istud venerit ante festū pēthe. Offi. Protexisti me. Reqre in pñti pagia in scō bau. Oro

Da qs ops de⁹: vt bt̄i guill'i ɔfessoris tui venerāda sollēnitas: ꝛ deuotōē nobis augeat ꝛ salutē. Per. Lcō libri sapi. ca. x

Justum deduxit dñs per vias rectas: et ostendit illi regnũ dei: ꝛ dedit illi sciẽtiaʒ scõꝝ. Honestauit illũ in laborib⁹: ꝛ cõpleuit labores illius. In fraude circũueniẽtiuʒ illi: affuit: et honestum fecit illũ. Custodiuit eũ ab inimicis: ꝛ a seductorib⁹ tutauit euʒ. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: ꝛ sciret qm̃ omniũ potentior est sapiẽtia. Hec venditũ iustũ non dereliqͭt: sed a pcc̃orib⁹ liberauit eũ: descenditq; cũ illo in foueã: et in vinculis nõ dereliqͭt illuʒ: donec afferret illi sceptrũ regni: et potẽtiaʒ aduersus eos qui eũ deprimebãt. Et mendaces ostẽdit: qui maculauerũt illum. Et dedit illi claritatẽ eternam dñs deus noster. Alľa. ℣. Confitebũtur celi mirabilia tua dñe etenĩ veritateʒ tuã in ecclesia scõꝝ. Alľa. ℣. Justus germiabit sicut lilium et florebit in eternũ ante dñm. Euangľm. Ego sum vitis vera. Require retro. fo. clxxxvj. Offer. Desideriũ anime ei⁹ tribuisti ei dñe et volũtate labioꝝ eius nõ fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta. Sancti tui nos quesum⁹ domine vbiq; letificẽt: vt dum eorũ merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per dñm. Coĩo Fidelis seru⁹ et prudẽs queʒ cõstituit dñs super familiã suã vt det illis in tẽpore tritici mẽsuraʒ. Complẽ.

Presta quesumus omñs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per do. Si autẽ festũ istud venerit post octa. pentheco. officiũ ad missaʒ Os iusti. Reqre retro in natale felicis in pincis. folio. clxxij. Epľa supradicta. ℟. Os iusti. Require infra: in natľe scĩ sixti. folio. ccj. Alľa. suprad. Justus germiabit. Euãgľm. Nemo lucernã accen. Reqre retro in nľe scĩ benedicti fo. clxxxiij. Offer. et coĩo. sicut dictuʒ est superi⁹ in primo officio.

¶ In natale sancti nicomedis.



Gloria et honore coronasti euʒ ꝛ ꝯstituisti eũ super opera manuuʒ tuaꝝ. ℣. Domine dñs noster: q̃ admirabile est nomẽ tuuʒ in vniuersa terra. Glĩa. Orõ. Deus qui nos beati nicomedis martyris tui meritis: ꝛ intercessiõe letificas: cõcede propiti⁹: vt qui eius bñficia poscim⁹ dona tue grẽ conseqͣmur. Per. Epľa. Gr̃as agere debem⁹ deo Reqre retro in nľe scĩ baudilij. fo. cxc. ℟. Gloria ꝛ honore coronasti eũ et ꝯstituisti eũ super opera manuũ tuaꝝ. ℣. Qm̃ eleuata est magnificẽtia tua super celos. Alľa. ℣. Posuisti dñe super caput ei⁹ coronaʒ de lapide precioso. Scdʒ mar. ca. xvj In illo tpe: Cõuocatis ihs turbis ꝛ discipľis suis: dixit eis. Si quis vult post me seq: de

neget semetipsuȝ: ꝛ tollat cruceȝ suā: et seqtur me. Qui enī voluerit aīaȝ suā saluaȝ facere: perdet eā. Qui aūt perdiderit aīam suā propter me: ꝛ euāgelium: saluaȝ eā faciet. Quid enī proderit homini si lucretur mundū totuȝ: et detrimnetuȝ faciat aīe sue? Aut qd dabit homo ꝯmutatiōis pro aīa sua? Qui enī me ꝯfessus fuerit: ꝛ mea verba ī generatiōe ista adultera ꝛ peccatrice: ꝛ fili⁹ hoīs ꝯfitebitur eū: cuȝ venerit in glīa patris sui cū angelis suis. Offe. Gloria ꝛ honore coronasti eū ꝛ ꝯstituisti eū super opa manuū tuaꝝ dn̄e. Munera dn̄e oblata Secre. scīfica: ꝛ intercedēte beato nicomede martyre tuo: nos per hec a pctoꝝ nr̄oꝝ maclis emūda Per. Coīo. Gloria ꝛ honore coronasti euȝ dn̄e deus in secl'a. Cōplē. Supplices te rogamus oṗs de⁹: vt quos tuis reficis sacramētis: intercedente bt̄o nicomede martyre tuo: tibi etiā placitis morib⁹ dignāter tribuas deseruire. Qui viuis. ¶ In natale sctoꝝ marcellini et petri: officiū:



Clamauerūt iusti ꝛ dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex oīb⁹ tribulatōibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Bn̄dicaȝ dn̄m in om̄i tēpore: semper laus ei⁹ in ore meo Glīa. Oro. Deus qui nos annua bt̄oꝝ martyrū tuoꝝ marcellini ꝛ petri: sollēnitate letificas: presta quesum⁹: vt quorū gaudem⁹ meritis: instruamur exēplis. Per. Lcō libri apoc. bt̄i io. aptli. ca. vij

In diebus illis: Respōdēs vnus de seniorib⁹: dixit michi. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt ꝛ vnde venerūt? Et dixi illi. Dn̄e mi: tu scis. Et dixit michi. Hi sunt qui venerūt de tribulatiōe magna: et lauerunt stolas suas: et dealbauerūt eas in sāguine agni. Ideo sūt ante thronū dei: ꝛ seruiūt ei die ac nocte in tēplo eius: et qui sedet in throno habitabit sup illos. Non esuriēt neqȝ sitiēt ampli⁹: neqȝ cadet super illos sol: neqȝ vll⁹ estus: qm̄ agnus qui ī medio throni est reget illos: ꝛ deducet eos ad fontē vite aquaꝝ. Et absterget de⁹ omneȝ lacrimā ex oculis eorum. R℣. Clamauerūt iusti et dn̄s exaudiuit eos: ꝛ ex oībus tribulatiōibus eorū liberauit eos. ℣. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sūt corde: et hūiles spū saluabit. All'a. ℣. Judicabunt scti natōes ꝛ dn̄abūtur ppl'is ꝛ regnabit illoꝝ rex in eternū. Scd̄ȝ lu. ca. xxj

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cuȝ audieritis prelia ꝛ seditiōes: nolite terreri. Oportet primū hec fieri: sed nōduȝ statim finis. Tūc dicebat illis. Surget gens ꝯtra gentē: et regnū aduersus regnū: et erunt terremot⁹ magni per loca: et pestilētie ꝛ fames: terroresqȝ de ce-

lo:ꝛ signa magna erūt. Sed ante hec oīa: iniicient vobis manus suas et persequētur: tradētes in synagogas: ꝛ custodias: trahentes ad reges ꝛ presides: propter nomen meū. Contiget autē vobis: in testimoniū. Ponite ergo vobis ī cordibus vr̄is nō preme ditari: queadmodum respōdeatis. Ego enī dabo vobis os ꝛ sapiētiam: cui nō poterūt resistere et ɔtradicere oīs aduersarij vestri. Trademini aūt a parētibus ꝛ fratribꝰ: et cognatis ꝛ amicis: ꝛ morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio oībus hoībus: propter nomen meū: ꝛ capillus de capite vestro nō peribit. In patiētia vr̄a: possidebitis aīas vestras. Offe.

Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti et gloriamini oēs recti corde. Secr.

Hostia hec q̄s dn̄e: quā in sctoꝝ tuoꝝ natalicijs recēsentes offerimꝰ: et vincl'a nostre prauitatis absoluat: ꝛ tue nobis mīe dona cōciliet. Per. Cō. Iustoꝝ aīe in manu dei sūt ꝛ nō tāget illos tormētū malitie: visi sūt oculis insipiētiū mori illi aūt sunt in pace.

Sacro mūere satia. Cōplē.

Sti supplices te dn̄e deprecamur: vt qđ debite seruitutis celebramꝰ officio: saluatiōis tue sentiamꝰ augmētum. Per dn̄m no.

In natale sancti claudi Oro

Omnipotēs sempiterne deꝰ qui es sctoꝝ tuoꝝ splēdor mirabilis: quiq3 hodierna die beatū claudiū ɔfessorē tuū atq3 pontificē: eterne beatitudīs gl'ia sublimasti ɔcede propitiꝰ: vt cuiꝰ merita veneramur ī terris: intercessiōis eius auxilio apud tuam miaꝫ mūiamur ī celis. Per. Se

Omnipotēs sempit'ne deus qui ī sctis tuis precipue laudaris: et mirabiliter predicaris tribue nobis q̄s: hodiernā diē in honorē scti ɔfessoris tui atq3 pōtificis claudij: digne celebrar̄ q̄ mēbris exutꝰ corpeis celestibꝰ meruit exl'tare sacramētis. Per.

Deus qui sctam no. Cōplē.

Vobis huiꝰ diei sollēnitatē in honore scti claudij ɔfessoris tui atq3 pōtificis ɔsecrasti adesto familie tue precibꝰ et dona: vt cuiꝰ festa celebramꝰ eius meritis ꝛ auxilio subleuemur. Per dn̄m no.

In natl'e sctoꝝ primi ꝛ feliciāi

Sapiētiā sctoꝝ narrēt ppl'i ꝛ laudē eoꝝ nunciet eccl'ia nomen autē eoꝝ viuet in secula scl'i. ℣. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet laudatio. Gl'ia pe. Oro

Fac nos q̄s dn̄e sctoꝝ tuoꝝ primi ꝛ feliciani semp festa sectari: quoꝝ suffragijs protectiōis tue dona sentiamꝰ. Per.

Lcō epl'e bt̄i pauli: ad ephe. ca. j

Fratres: Gr̄a dei ꝛ pr̄is dn̄i nostri iesu xp̄i superabūdauit ī nobis: in oī sapiētia ꝛ prudentia: vt notū faceret nobis sa-

cramētuȝ volūtatis sue: scđȝ bo-
nuȝ placitū eius qđ posuit in eo:
in dispēsatiōe plenitudīs tēpoꝝ
instaurare oīa in xpo: que in ce
lis ꝛ que in terris sūt in ipso. In
quo etiā nos sorte vocati sumus
predestīati scđm propositū eius
qui oīa operatᷓ scđm ꝯsiliū volū-
tatis sue: vt simus in laudeȝ glīe
eius: qui ante sperauimꝰ in xpo.
In quo et vos cū audissetis ver-
bum veritatis: euāgeliuȝ salutis
vr̄e. In quo ꝛ credentes signati
estis spū promissionis scō: qui
est pignus hereditatis nr̄e: in re
dēptiōem acquisitiōis: in laudē
glorie ipsiꝰ. R. Confitebūtur celi
mirabilia tua dn̄e: etenī veritatē tuā
in eccl'ia scōꝝ. V. Misericordias tu
as dn̄e in eternū cantabo in genera-
tiōe ꝛ progenie. Alla. V. Justi epu
lētur ꝛ exultēt in ꝯspectu dei delectē
tur in leticia. Scđm lucā. cap. xx.

In illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Attendite a scri
bis qui volūt ambulare in stolis
ꝛ amāt salutatiōes in foro: ꝛ pri-
mas cathedras in synagogis: ꝛ
primos discubitꝰ in ꝯuiuijs: qui
deuorāt domos viduaꝝ: simulā
tes longā oratiōem. Hi accipiēt
dānatiōeȝ maiorē. Offer. Mira
bilis deꝰ in scīs suis deus israel ipse
dabit virtutē et fortitudīeȝ plebi sue
benedictus deus alleluya. Secre.

Fiat dn̄e q̄s hostia sacrāda
tibi placabilis: preciosi cele
britate martyrij: que ꝛ pcc̄a nr̄a
purificet: ꝛ tuoꝝ tibi vota ꝯciliet
famuloꝝ. Per. Coīo. Ego vos
elegi de mūdo vt eatis ꝛ fructū affe-
ratis ꝛ fructꝰ vester maneat. Cōplē

Quesumus oīps deꝰ: vt scōꝝ
ruȝ tuoꝝ celestibꝰ misterijs
celebrata sollēnitas: indulgētiā
nobis tue propiciatiōis acq̄rat.
Per. ¶ In natale scī barnabe.

Michi auteȝ nimis honora
ti sūt amici tui deus: nimis
ꝯfortatꝰ est prīcipatus eoꝝ
V. Dn̄e probasti me ꝛ cognouisti me
tu cognouisti sessiōeȝ meā ꝛ resurre
ctiōeȝ meā. Glīa pa. Glīa in. Oro

Quesumus oīps deꝰ: vt bea-
tus barnabas apl'us: tuuȝ
pro nobis imploret auxiliū: vt a
nr̄is reatibus absoluti: a cūctis
etiā periculis exuamur. Per do.
Lectio actuū apostoloꝝ. cap. xj.

Illi quidē discipl'i qui disp-
si fuerant a tribulatiōe que
facta fuerat sub stephāo: peram-
bulauerūt vsqȝ fenicē: ꝛ cyprū: ꝛ
anthiochiā: nemini loq̄ntes ver
bum nisi solis iudeis. Erāt aūt
quidā ex eis viri cyprij ꝛ cirenei.
Qui cū introissent anthiochiā:
loq̄bātur ꝛ ad grecos annūcian
tes dn̄m iesuȝ. Et erat manꝰ dn̄i
cuȝ eis: multusqȝ numerꝰ credē-
tiuȝ ꝯuersus est ad dn̄m. Perue
nit auteȝ sermo ad aures ecclesie
que erat hierosolimis sup istis:
et miserūt barnabā anthiochiaȝ.

Qui cū peruēisset: ⁊ vidisset gratiā dei gauisus est: ⁊ hortabatur oēs proposito cordis permanere in dn̄o: q2 erat vir bon⁹ et plenus spū scō ⁊ fide. Et apposita est turba multa dn̄o. Profectus est aūt tharsū: vt quereret saulū. Quē cū inuenisset: adduxit anthiochiā. Et annū totū 9uersati sūt in ecclia: et docuerūt turbā multā: ita vt cognomiarētur primū anthiochie discipuli xp̄iani. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis 9fortatus est principat⁹ eorū. ℣. Dinumerabo eos ⁊ sup arenam multiplicabūtur. Allā. ℣. In omē terrā exiuit sonus apostolorū: et in fines orbis terre verba eorum. Si aūt venerit ante festū pēthe. Allā. ℣. Confitebūtur. Reqre retro. fo. clxxxv. Scd̄m math. ca. x.

In illo tpe: Misit iesus duodecim discipl'os suos: precipiēs eis ⁊ dicens. In viā gentiū ne abieritis et in ciuitates samaritanorū ne intraueritis: sed potius ite ad oues que perierūt domus israel. Euntes aūt predicate dicētes: quia appropinquit regnum celorū. Infirmos curate: mortuos suscitate: leprosos mūdate: demōes eijcite. Gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurū: neq3 argētum: neq3 peccuniā in zonis vr̄is. Non perā in via: neq3 duas tunicas: neq3 calciamēta: neq3 virgam. Dignus est eni operarius cibo suo. In quācunq3 aūt ciuitatē: aut castellū intraueritis: interrogate quis in ea dign⁹ sit: ⁊ ibi manete donec exeatis. Intrātes autē in domū salutate eam: dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit dom⁹ illa digna: vēiet pax vr̄a super eā. Si autē non fuerit digna: pax vr̄a ad vos reuertet. Et quicūq3 nō receperit vos neq3 audierit sermones vr̄os: exeūtes foras de domo vel ciuitate: excutite puluerē de pedib⁹ vr̄is. Amen dico vobis: tollerabilius erit terre sodomorū ⁊ gomorreorum in die iudicij: q̄ illi ciuitati. Credo. Offerenda. In omnē terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Sacrādū tibi dn̄e mun⁹ offerimus: quo bt̄i barnabe sollēnia recolētes: purificationē quoq3 nr̄is mentib⁹ imploram⁹. Per d. Coīo. Uos qui secuti estis me in regeneratiōe cū sederit filius hoīs: sedebitis ⁊ vos super duodecī sedes iudicātes israel. Cōplendū.

Perceptis dn̄e sacramētis: suppliciter exoramus: vt intercedente bt̄o barnaba apostolo tuo: que pro illi⁹ venerāda gerimus passione: nobis proficiāt ad medelā. Qui viuis. Et dicit Gloria in excelsis deo. Et Credo in vnū deum. Et prefatio de apostolis. Et Ite missa est. ⁊c.

¶ In natale sctoꝝ basilidis: cy-
rini: naboris: nazarij: ꝛ celsi. offi.

Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eoꝝ: vindica sanguiẽ sctoꝝ tuoruꝫ qui effusus est. ℣. Deus venerũt gẽtes in hereditateꝫ tuã: polluerũt tẽpluꝫ sctm tuũ: posuerũt hierusaleꝫ in pomoꝝ custodiã. Glia pa. Oro

Sanctoruꝫ tuorũ basilidis: cyrini: naboris: nazarij: et celsi: quesumus dñe natalitia nobis votiua resplẽdeãt: et qđ illis cõtulit excellẽtia sempiterna: fructibus nr̃e deuotionis acrescat. Per. Lcõ libri prouerbioꝝ. ca. x.

Expectatio iustoruꝫ leticia: spes auteꝫ impioꝝ peribit. Fortitudo simplicis via dñi: et pauor his qui operãtur maluꝫ. Justus in eternũ non ꝯmouebitur: impij aũt non habitabũt in terra. Os iusti parturiet sapientiã: lingua prauorũ peribit. Labia iusti ꝯsiderãt placita: ꝛ os impioꝝ peruersa. Sĩplicitas iustorũ diriget eos: ꝛ supplãtatio peruersoruꝫ vastabit illos. Justicia rectoꝝ liberabit eos: et insidijs suis capiẽtur iniq. Justus de angustia liberatꝰ est: ꝛ tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicũ suuꝫ: iusti aũt liberabuntur sciẽtia. Jn bonis iustoꝝ exultabit ciuitas: et in perditiõe impiorũ erit laudatio. Jn benedictiõe iustoꝝ exaltabiť ciuitas. ℟. Uindica dñe sanguieꝫ sanctorũ tuoruꝫ qui effusus est. ℣. Posuerũt mortalia seruorũ tuoꝝ escas volatilibus celi carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Alla. ℣. Uindica dñe sanguineꝫ sctoꝝ tuorũ qui effusus est super terraꝫ. Scdm matheũ. caplo. v.

In illo tpe: Dixit iesus discipl'is suis. Uos estis sal terre. Qđ si sal euanuerit: in quo salieť: Ad nichilũ valet vltra: nisi vt mittať foras: et cõculcetur ab hominibus. Uos estis lux mũdi. Non potest ciuitas abscõdi sup mõteꝫ posita: neqꝫ accẽdũt lucernã ꝛ ponũt eaꝫ sub modio: sed supra candelabrũ: vt luceat oĩbus qui in domo sũt. Sic luceat lux vr̃a coraꝫ hoĩbus: vt videant vr̃a bona opera: ꝛ glificẽt patrẽ vr̃m qui ĩ celis est. Offer. Exultabũt sctĩ in glia letabũtur in cubilibꝰ suis exultatiões dei in faucibꝰ eoꝝ. Se.

Pro sctoꝝ martyrũ tuoꝝ basilidis: cyrini: naboris: nazarij: ꝛ celsi sanguine venerãdo: hostias tibi dñe sollẽniter ĩmolamus: tua mirabilia ꝑtractãtes: per que est talis effecta victoria. Per. Cõ. Posuerunt mortalia seruorũ tuoꝝ dñe escas volatilibus celi carnes sctoꝝ tuoꝝ bestijs terre scdm magnitudineꝫ brachij tui posside filios morti punitoruꝫ. Complẽduꝫ

Semper dñe sanctoꝝ martyruꝫ tuorũ basilidis: cyrini:

naboris: nazarij: et celsi sollēnia celebramus: vt eorū patrocinia iugiter sentiamus. Per dñz no.

¶ In natale scti anthonij: offi.

Os iusti meditabitur sapiētiaz et lingua eius loquetur iudiciuz: lex dei ei⁹ in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neqꝫ zelaueris faciētes iniqui tatem. Gloria patri. ꝛc. Oratio.

Da q̄s ops deus: vt beati an thonij ꝯfessoris tui venerāda sollēnitas: ꝛ deuotōez nobis augeat et salutē. Per. Epistola. Justus cor suū tradet. Reqre re tro. fo. clxxij. ℟. Os iusti meditabitur sapiētiaz et lingua eius loquet̄ iudiciū. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹ ꝛ nō supplātabunt̄ gressus ei⁹. Alla ℣. Justus germiabit sicut liliū ꝛ flo rebit in eternū ante dñz. Euāgl'm. Qui vos audit me audit. Reqre retro. fo. clxxij. Offe. Desideriuz anime ei⁹ tribuisti ei dñe et volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudasti euz: posuisti i capite ei⁹ coronā de lapide precioso.

Sancti tui nos q̄s Secreta dñe vbiqꝫ letificēt: vt dū eoruz merita recolim⁹: patrocinia sentiamus. Per. Coio. Fidelis seruus et prudēs quez cōstituit dñs super familiā suaz vt det illis in tempore tritici mēsuraz. Complēduz.

Presta quesum⁹ omnipotēs deus: vt de perceptis mune ribus gratias exhibētes: benefi cia potiora sumamus. Per do.

¶ In natl'e sctoꝝ cyrini ꝛ iulite.

Timete dñm om̄s scti eius quoniā nichil deest timētibus euz: diuites eguerūt et esurierūt: inquirētes autez dñm nō deficiēt omni bono. ℣. Benedicam dñz in om̄i tēpore: semper laus eius in ore meo. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos ꝯcedis sctoꝝ martyꝝ tuoꝝ cyrini ꝛ iulite natalitia colere: da nobis in eter na btitudīe de eoꝝ societate gau dere. Per. Epl'a. Scti per fidē vicert re. Reqre retro. fo. clxxiiij. ℟. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata est i virtute: dextera manus tua cōfregit ini micū. Alla. ℣. Te martyrū candidat⁹ laudat exercit⁹ dñe. Scd'm lu

In illo tpe: Dixit cā. cap. xij iesus discipl'is suis. Nolite timere pusillus grex: quia ꝯplacuit patri vr̄o dare vobis regnū. Vendite que possidetis: et date elemosinaz. Facite vobis sacculos qui nō veterascūt: thesaurū indeficiētem in celis: quo fur nō appropiat: neqꝫ tinea corrūpit: Ubi enī est thesaur⁹ vester: ibi et cor vestrū erit. Offeren. Letami ni in domio ꝛ exultate iusti ꝛ gloriamini om̄es recti corde. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotiōis offerim⁹: que et pro tuoꝝ tibi grata sint honore iusto rū: ꝛ nobis salutaria te miserāte

reddãtur. Per. Coio. Iustoꝛuꝫ aíe in manu dei sũt: ꝛ nõ tanget illos toꝛmẽtuꝫ malitie: visi sunt oculis insipiẽtium moꝛi: illi autẽ sunt in pace.

Presta nobis q̃s dñe Cõpl. intercedẽtib᷒ sctis tuis: cyrico ꝛ iulita: vt que oꝛe ꝯtingim᷒: pura mẽte capiamus. Per dñꝫ.

¶ In nře sctoꝝ marci et marcel.

Salus auteꝫ iustoꝝ a dño et protectoꝛ eoꝝ: in tẽpoꝛe tribulatiõis. ℣. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniq̃tateꝫ. Gloꝛia pa. Oro.

Presta q̃s ops deus: vt qui sctoꝝ tuoꝝ marci: ꝛ marcelliani natalitia colimus: a cũctis malis imminẽtibus eoꝝ intercessiõib᷒ liberemur. Per. Lcõ eple bti pauli apli: ad coꝛith. ij. ca. iiij

Fratres: Sciẽtes: qꝛ qui suscitauit dñm iesum: et nos cũ iesu suscitabit: et ꝯstituet nos vobiscũ. Oia eni propter vos vt gra habũdans: per multos gratiaꝝ actiõe habũdet in gl'iaꝫ dei. Propter qd: non deficim᷒. Sed licet is qui foꝛis est noster homo coꝛrũpatur: is tamen qui int᷒ est renouatur de die in dieꝫ. Id eni qd in presenti est momẽtaneuꝫ ꝛ leue tribulatiõis nře: supra moduꝫ et in sublimitate eternũ gl'ie pondus operat᷑ in nobis: nõ ꝯtẽplãtibus ea que vidẽtur: sed que nõ vidẽtur. Que eni vidẽtur tẽpoꝛalia sunt: que aũt nõ vidẽtur eterna sunt. Scimus eniꝫ q̃m si terrestris domus nřa huius habitatiõis dissoluat᷑: quod edificatiõeꝫ ex deo habemus: domũ non manufactã eternaꝫ in celis per iesuꝫ christũ dñꝫ nostrũ. ℟.

Gloꝛiosus de᷒ in sctis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe gl'ificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicuꝫ.

Alleluya. ℣. Fulgebũt iusti et tanq̃ scintille in arũdineto discurrẽt in eternuꝫ. Scdm lucam. cap. xviij.

In illo tẽpe: Ait petrus ad iesuꝫ. Ecce nos dimisimus oĩa: ꝛ secuti sum᷒ te. Qui dixit eis. Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domũ: aut parẽtes: aut fratres: aut vxoꝛẽ: aut filios: propter regnũ dei: ꝛ nõ recipiat multo plura in tẽpoꝛe hoc: ꝛ in seculo venturo vitã eternaꝫ. Offe.

Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium: laqueus cõtritus est et nos liberati sumus. Secreta

Munera dñe tibi dicata sctifica: ꝛ intercedẽtibus sctis tuis marco ꝛ marcelliano: per eã dã nos placat᷒ intẽde. Per. Cõ.

Amen dico vobis quod vni ex minimis meis fecistis michi fecistis: venite bñdicti patris mei possidete preparatũ vobis regnũ ab initio seculi.

Salutaris tui do- Complẽ. mine munere satiati supplices exoꝛamus: vt quoꝝ letamur gustu: renouem᷒ effectu. Per eũ.

¶ In n̄re scōꝝ geruasiꝭ ꝛ proth.

Loquetur dn̄s paceȝ in plebeȝ suā et super sctos suos: et in eos qui cōuertūtur ad euȝ. ℣. Benedixisti dn̄e terraȝ tuā: auertisti captiuitateȝ iacob. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio

Deus qui nos annua sctoꝝ tuorū geruasiꝭ: et prothasiꝭ sollēnitate letificas: ꝯcede propitius: vt quoꝝ gaudem⁹ meritis: accēdamur exēplis. Per. Lectio ep̄le bt̄i pauli ap̄li: ad cori. j. ca. x

Fratres: Calix bn̄dictiōis cui bn̄dicimus: nōne ꝯmunicatio sanguinis xp̄i est: Et panis queȝ frāgimus nōne participatio corporis dn̄i est: Qm̄ vn⁹ panis ꝛ vnū corpus multi sum⁹: oēs qui de vno pane ꝛ de vno calice participam⁹. Uidete isrl̄ scōȝ carnē. Nonne qui edūt hostias: participes sūt altaris: Quid ergo dico: Quod ydolis immolatū sit aliq̄d: aut qd̄ ydoluȝ sit aliquid: Sed que imolant gētes: demoniꝭs imolant ꝛ nō deo. Nolo aūt socios vos fieri demōioꝝ. Non potestis caliceȝ dn̄i bibere: ꝛ calicē demonioꝝ. Nō potestis mense dn̄i participes esse: ꝛ mēse demonioꝝ. An emulamur dn̄ȝ: Nunquid fortiores illo sumus: Om̄ia michi licēt: sed nō oīa expediūt. Oia michi licēt: sed nō oīa edificāt. Nemo quod suū est querat: sed qd̄ alterius. In xp̄o iesu dn̄o nostro. ℟. Iustoꝝ anime i manu dei sunt: ꝛ nō tanget illos tormētum malitie. ℣. Uisi sūt oculis insipiētiuȝ mori: illi aūt sunt in pace. Alleluya. ℣. Justi epulētur ꝛ exultent in conspectu dei delectētur in leticia. Scd̄m marcuȝ. cap̄lo. xiiꝭ.

In illo tp̄e: Cum egrederet̄ iesus de tēplo: ait illi vn⁹ ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides: ꝛ quales structure. Et respōdens ih̄s: ait illi. Uides has om̄es magnas edificationes: Non relinq̄tur lapis super lapidē: qui non destruatur. Et cū sederet in mōte oliuaꝝ cōtra tēpluȝ: interrogabāt eū separatī. Petrus ꝛ iacobus: et iohannes ꝛ andreas. Dic nobis quādo ista fiēt: et qd̄ signuȝ erit quādo hec oīa incipient ꝯsūmari. Et respōdens ih̄s: cepit dicere illis. Uidete ne q̄s vos seducat. Multi enī veniēt in noīe meo: dicētes quia ego suȝ: et multos seducēt. Cuȝ audieritis bella ꝛ opiniōes belloꝝ: ne timueritis. Oportet enī hec fieri: sed nondum finis. Exurget enī gens super gēteȝ: ꝛ regnū super regnū: ꝛ erunt terremotus per loca: ꝛ fames. Jnitiū doloꝝ hec. Uidete autē vosmetipsos. Tradēt enī vos in ꝯsiliꝭs: ꝛ in synagogis vapl̄abitis: ꝛ ante presides ꝛ reges stabitis propter me i testimoniū illis. Et in om̄s gentes: primū oportet pre-

dicari euāgeliū3. Et cū3 duxerit vos tradētes: nolite precogitare quid loqmini: sed quod datū vobis fuerit in illa hora id loqmini Non enī estis vos loquētes: sed spūs scūs. Tradet frater fratrē in mortē: ⁊ pater filiū: et ↄsurgēt filij in parētes: et morte afficient eos. Et eritis odio om̄ibus: propter nomen meū. Qui aūt sustinuerit in finē: hic salu⁹ erit. Offe Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: ⁊ gloriamini om̄s recti corde. Secre

OBlatis q̄s dn̄e placare muneribꝰ: ⁊ intercedētibus sā̄ctis tuis prothasio et geruasio a cūctis nos defēde periclis. Per. Coīo. Posuerūt mortalia seruorū tuoꝝ dn̄e escas volatilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre scd̄m magnitudinē brachij tui posside filios morte punitoru3. Complēdu3.

HEc nos cōmunio dn̄e purget a crimine: ⁊ intercedētibus sā̄ctis tuis: celestis remedij faciat esse consortes. Per dn̄m.

¶ In nāle scōꝝ decē miliū mar.

INtret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplū in sinu eoꝝ: vindica sanguie3 scōꝝ tuoru3 qui effusus est. ℣. Deus venerūt gētes in hereditate3 tuā: polluerūt tēplu3 scm̄ tuū: posuerūt hierusale3 in pomoꝝ custodiā. Gl'ia pa. Orō

DEus qui nos ↄcedis scōꝝ decem miliū martyrū tuoꝝ natalitia colere: da nobis in eterna btītudīe de eoꝝ societate gaudere. Per. Ep̄la. Scī per fide3 vicerūt. Reqre retro. fol.clxxiiij.

℟. Gloriosus deus in scīs mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e gl'ificata est in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. All'a. ℣. Scī tui dn̄e benedicent te: gloriā regni tui dicēt. Euāg'lm. Cu3 audieritis prelia et seditiones. Require retro. fo. cxcj.

Offe. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: ⁊ gl'iami om̄s recti corde. Se.

MUnera tibi domine nr̄e deuotiōis offerimꝰ: que et pro tuoru3 tibi grata sint honore iustorū: et nobis salutaria te miserāte reddātur. Per. Coīo. Multitudo languētiu3 ⁊ qui vexabātur a spiritibꝰ immūdis veniebāt ad eū q2 virtꝰ de illo exiebat ⁊ sanabat om̄es.

PResta nobis dn̄e Complē. quesumꝰ: intercedētibus sā̄ctis tuis: vt que ore contigimus pura mēte capiamus. Per dn̄3.

¶ In vigilia btī iohis baptiste.

NE timeas zacharia exaudita est oratio tua: ⁊ elisabeth vxor tua pariet tibi filiū: et vocabis nomen eius iohāne3: ⁊ erit magnus cora3 dn̄o: et spū sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: et multi in natiuitate eiꝰ gaudebūt. ℣. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Gloria patri. Orō.

Presta q̄s omn̄ps deus: vt familia tua per viā salutis incedat: ꝛ beati iohānis precursoris ortaméta sectādo: ad eū quē predixit secura perueniat. Dn̄m no. Lcō hieremie prophe. cap. j.

In dieb⁹ illis: Factū est verbuꝫ dn̄i ad me: dicēs. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: et anteq̄ exires de vulua scificaui te: ꝛ prophetā in gentib⁹ dedi te. Et dixi. A. a. a: dn̄e deus. Ecce nescio loqui: q: puer ego sum. Et dixit dn̄s ad me. Noli dicere puer suꝫ: qm̄ ad om̄ia que mittā te ibis: ꝛ vniuersa quecunqꝫ mādauero tibi loq̄ris. Ne timeas a facie eoꝝ: q: ego tecū suꝫ: vt eruā te dicit dn̄s. Et misit dn̄s manū suam: et tetigit os meū. Et dixit dn̄s ad me. Ecce dedi v̾ba mea in ore tuo: ecce ꝯstitui te hodie super gētes: ꝛ super regna: vt euellas: et destruas: ꝛ dissipes: et disperdas: et edifices: et plantes. Dicit dominus om̄ipotēs. R.

Fuit homo missus a deo cui nomē iohannes erat hic venit. V. Ut testimoniū perhiberet de lumine parare dn̄e plebem perfectā. Initiuꝫ sancti euāgelij: scd̄m lucaꝫ. capl̄o. j.

Fuit in dieb⁹ herodis regis iudee: sacerdos quidā noīe zacharias de vice abia: et vxor illius de filiab⁹ aaron: et nomē ei⁹ elizabeth. Erant aūt iusti ambo ante deuꝫ: incedētes in om̄ibus mādatis ꝛ iustificatiōibus dn̄i: sine querela. Et nō erat illis filius: eo q̄d esset elisabeth sterilis: ꝛ ambo processissēt in dieb⁹ suis. Factū est autē cuꝫ sacerdotio fūgeretur zacharias: in ordine vicis sue ante deū: scd̄m ꝯsuetudineꝫ sacerdotij sorte exijt: vt incēsuꝫ poneret: ingressus in tēpluꝫ dn̄i. Et om̄is multitudo erat populi orās foris: hora incēsi. Apparuit aūt illi angel⁹ dn̄i: stās a dextris altaris incēsi. Et zacharias turbatus est vidēs: ꝛ timor irruit super eū. Ait aūt angelus ad illū. Ne timeas zacharia qm̄ exaudita est dep̄catio tua: ꝛ vxor tua elizabeth pariet tibi filiuꝫ: et vocabis nomen eius iohānem. Et erit gaudiū tibi ꝛ exultatio: ꝛ multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit enī magn⁹ coram dn̄o: et vinū ꝛ siceram nō bibet: et spū sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue: ꝛ multos filioꝝ israel cōuertet ad dn̄m deum ipsoꝝ. Et ipse p̄cedet ante illū in spū ꝛ virtute helie: vt cōuertat corda patrū in filios: et incredulos ad prudētiaꝫ iustoꝝ. Parate dn̄o: plebeꝫ perfectā. Offer. Gloria et honore coronasti eū et cōstituisti eū super opera manuū tuaꝝ dn̄e. Se.

Munera dn̄e oblata sanctifica: ꝛ intercedēte beato iohāne baptista: nos per hec a pctoꝝ nostroꝝ maculis emūda. Per.

Co͠io. Magna est gloria eius in salutari tuo gloriã ꝛ magnũ decorem impone super eũ dn̄e. Cõplendũ

Beati iohãnis baptiste nos dn̄e preclara comitetur oratio: et quẽ venturũ esse predixit: poscat nobis fauere placatum. Dñm nostrũ. ¶ Missa mane. j.

Concede quesumus omp̄s deus: vt qui beati iohãnis baptiste sollennia colimus: eius apud te intercessiõe muniamur. Per dñm nostrũ iesum. Secre.

Munera dn̄e oblata sanctifica: et intercedente beato iohãne baptista: nos per hec a peccatorũ nostrorũ maculis emũda. Per dominũ. Complendũ.

Presta quesumus omnipotẽs deus: vt qui celestia alimẽta percepim⁹: intercedẽte beato iohãne baptista per hec cõtra om̄ia aduersa muniamur. Per.

¶ In die beati iohannis bapti.



De ventre matris mee vocauit me dn̄s nomine meo: et posuit os meũ vt gladiũ acutũ sub tegumẽto manus sue protexit me: posuit me quasi sagittã electã. ℣. Bonũ est confiteri dn̄o: ꝛ psallere nomini tuo altissime. Gloria patri. Gloria in ex. Oro.

Deus qui presentẽ diem honorabilẽ nobis in beati iohannis natiuitate fecisti: da populis tuis spiritualiũ gratiam gaudiorum: et omniũ fidelium mentes: dirige in viam salutis eterne. Per dñm nostrũ iesum.

Lectio esaye prophete. cap. xlix.

Hec dicit dn̄s deus. Audite insule: et attẽdite populi de lõge. Dn̄s ab vtero vocauit me: et de ventre matris mee recordatus est nom̄is mei. Et posuit os meũ quasi gladiũ acutũ: in vmbra manus sue protexit me: ꝛ posuit me sicut sagittã electam. In pharetra sua abscondit me: ꝛ dixit michi. Seruus me⁹ es tu israel: quia in te gl'ificabor. Et nunc hec dicit dn̄s: formans me ex vtero seruũ sibi. Dedi te in lucẽ gentiũ: vt sis salus mea vsq; ad extremũ terre. Reges videbunt: et consurgẽt p̄ncipes: et adorabũt propter dñm: quia fidelis est: et sanctum israel qui elegit te. ℟.

Priusq̄ te formarẽ in vtero noui te et anteq̄ exires de ventre sanctificaui te. ℣. Misit dominus manũ suã et tetigit os meũ ꝛ dixit michi. Alleluya. ℣. Erat lucerna ardens et lucens ante dominũ iohannes baptista qui viã domini preparauit in heremo. Sc̄d͠m lucã. Capitulo. j.

In illo tẽpe: Elizabeth: impletũ est tẽpus pariendi: et peperit filiũ. Et audierũt vicini et cognati eius: quia magnificauit dn̄s misericordiã suã cum illa: et congratulabãtur ei. Et factũ est in die octauo: venerũt cir

cuncidere puerū. Et vocabant eū nomīe patris sui zachariam. Et respōdens mater eius: dixit. Nequaq̄: sed vocabitur iohannes. Et dixerūt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua: qui vocetur hoc nomīe. Innuebant autē patri eius quē vellet vocari eum? Et postulās pugillarem: scripsit dicens. Johānes est nomen eius. Et mirati sūt vniuersi. Apertuꝫ est autē ilico os eius et lingua eius: et loquebatur benedicens deuꝫ. Et factus est timoꝛ super oīes vicinos eoꝛū: et super oīa mōtana iudee diuulgabātur oīa verba hec. Et posuerunt oīes qui audierant in coꝛde suo: dicētes. Quis putas puer iste erit? Etenī manus dn̄i erat cuꝫ illo. Et zacharias pater eius impletus est spū sancto: et pꝛophetauit dicens. Benedict⁹ domin⁹ deus israel: quia visitauit: ꝛ fecit redēptiōeꝫ plebis sue. Credo. Offeren. Iustus vt palma floꝛebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Tua domine muneribus altaria cumulamus: illius natiuitatē honoꝛe debito celebꝛantes: qui saluatoꝛeꝫ mundi ꝛ cecinit affuturū: ꝛ adesse mōstrauit. Dn̄m nostrū iesum xp̄m. Coīo. Tu puer pꝛopheta altissimi vocaberis pꝛeibis enim ante facieꝫ domini parare vias eius. Complendum.

Sumat ecclesia tua de⁹ beati iohānis baptiste generatione leticiā: per queꝫ sue regenerationis cognouit auctoꝛē. Dominuꝫ nostrū iesum xp̄m filiuꝫ.

¶ In nat̄e scōꝛ iohānis ꝛ pauli.

Multe tribulationes iustoꝛū et de his oībus liberauit eos dn̄s: dn̄s custodit omnia ossa eoꝛum: vnū ex his nō conteretur. ℣. Benedicam dn̄m in omni tēpoꝛe: semper laus eius in oꝛe meo Gloꝛia patri. Gloꝛia in ex. Oꝛo.

Quesumus oīpotens deus: vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: q̄ de beatoꝛū iohānis et pauli gloꝛificatione pꝛocedit: quos eadeꝫ fides et passio vere fecit esse germanos. Per. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li: ad romanos. ca. viij.

Fratres: Scimus quoniaꝫ diligētibus deuꝫ oīa cooperātur in bonū: his qui scd̄m pꝛopositū vocati sunt scī. Nam quos pꝛesciuit: et pꝛedestinauit confoꝛmes fieri ymagīs filij sui: vt sit ipse pꝛimogenitus in multis fratribus. Quos auteꝫ pꝛedestinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos ꝛ iustificauit. Quos auteꝫ iustificauit: illos ꝛ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si de⁹ pꝛo nobis: quis contra nos? Qui etiaꝫ pꝛo pꝛio filio suo non pepcit: sed pꝛo nobis oībus tradidit illum.

Quomodo nō etiam cū illo oīa nobis donavit. Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condennet? Xp̄us iesus qui mortu⁹ est. Ymmo qui ꝛ resurrexit: q̄ est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos separabit a karitate xp̄i? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? Sicut scriptuz est. Quia propt̄ te morte afficimur tota die: existimati sum⁹: vt oves occisionis. Sed in his om̄ibus superamus: propter eū qui dilexit nos. Certus sum eniz: quia neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ angeli: neqꝫ principatus: neqꝫ virtutes: neqꝫ instantia: neqꝫ futura: neqꝫ fortitudo: neqꝫ altitudo: neqꝫ profundum: neqꝫ creatura alia poterit nos separare a karitate dei: que est in xp̄o iesu domino nr̄o. ℞. Ecce q̄ bonuz et q̄ iocundū habitare fratres in vnum. ℣. Sicut vnguētuz in capite qd̄ descendit in barbā barbā aaron. All'a. ℣. Isti sunt due olive et duo candelabra lucentia ante dn̄m: habent potestatez claudere celuz nubibus ꝛ aperire portas eius quia lingue eoꝝ claves celi facte sūt. Evangl'm. Ego sum vitis vera. Reqre retro. fol'. clxxxvj. Offer. Gloriabūtur in te om̄s qui diligūt nomen tuum qm̄ tu dn̄e benedices iusto dn̄e vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Se

Hostias tibi dom̄e sanctoꝝ martyrū tuoꝝ iohannis et pauli dicatas: meritis benign⁹ assume: ꝛ ad perpetuū nobis tribue provenire subsidium. Per. Coio. Et si coraz hoībus tormēta passi sunt deus tētavit illos tanq̄ auruz in fornace probavit illos ꝛ quasi holocausta accepit illos. Complē.

Sumpsimus dn̄e sanctoruz tuorū sollēnia celebrantes: celestia sacramēta: presta quesumus: vt qd̄ temporaliter gerim⁹ eternis gaudiis ꝯseq̄mur. Per.

¶ In natale sancti leonis pape.

Deus qui beatū leonem pōtificem sanctorū tuoꝝ meritis coequasti: cōcede propitius: vt qui cōmemorationis eius festa percolimus: vite quoqꝫ imitemur exempla. Per. Secreta.

Annue nobis dom̄e: vt meritis famuli tui leonis hec prosit oblatio: quaz immolādo totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per dn̄m. Complēduz.

Deus qui anime famuli tui leonis eterne beatitudinis premia cōtulisti: concede propitius: vt qui peccatorū nostroruz pōdere premimur: eius apud te precibus sublevemur. Per do.

¶ In vigilia apl'oꝝ petri ꝛ pauli



Dicit dn̄s petro cuz esses iunior cingebas te ꝛ ambulabas vbi volebas: cuz autē se

nneris extēdes manus tuas ⁊ alius te cinget et ducet quo tu nō vis: hoc autē dixit significās qua morte clarificaturus esset deū. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuū eius annūciat firmamētū. Glia pa. Oro

Presta q̄s oḿps deus: vt nullis nos permittas perturbatiōibus cōcuti: quos in aplice ꝯfessiōis petra solidasti. Per.

Lectio actuū apostoloꝝ. cap. iij.

In dieb⁹ illis: Petrus et iohānes ascēdebāt in tēpluꝫ: ad horā oratiōis nonā. Et quidaꝫ vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabat: quē ponebāt quotidie ad portaꝫ tēpli que dicitur speciosa: vt peteret elemosinā ab introeūtibus in tēplum. Is cū vidisset petrū ⁊ iohāneꝫ incipiētes introire in tēpluꝫ: rogabat eos vt elemosinaꝫ acciperet. Intuēs aūt in euꝫ petrus cū iohāne dixit: Respice in nos. At ille intēdebat in eos: sperās se aliquid accepturū ab eis. Petrus aūt dixit. Argētuꝫ ⁊ aurū nō est michi. Quod aūt habeo: hoc tibi do. In noīe iesu xpi nazareni surge: et ambula. Et apprehēsa manu eius dextera alleuauit eū: et protinus cōsolidate sūt bases eius ⁊ plāte. Et exiliens stetit: et ambulabat. Et intrauit cū illis in tēpluꝫ: ambulās ⁊ exiliens: et laudās deuꝫ. Et vidit oīs populus eū ambulāteꝫ: ⁊ laudantē deum. Cognoscebāt autē illum q̄m ipse erat qui ad elemosinā sedebat ad speciosam portā tēpli. Et repleti sunt oēs stupore et extasi: in eo qd̄ cōtigerat illi. ℟. In oēꝫ terrā exiuit sonus eoꝝ et in fines orbis terre vba eoꝝ. ℣. Celi enarrāt gl'iaꝫ dei ⁊ opera manū ei⁹ annūciat firmamētū. Scdm iohā

In illo tpe: Di nes. ca. vltio. xit iesus symoni petro. Symon iohānis diligis me pl⁹ his: Dicit ei. Etiam domine tu scis: q2 amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Symon iohānis diligis me: Ait illi. Etiaꝫ domine tu scis: q2 amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Symon iohannis amas me: Contristatus est petrus: q2 dicit ei tertio amas me: ⁊ dicit ei. Dn̄e: tu oīa scis. Tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cū esses iunior cīgebas te: ⁊ ambulabas vbi volebas. Cuꝫ aūt senueris: extēdes manus tuas: ⁊ ali⁹ te cinget: ⁊ ducet quo nō vis. Hoc aūt dixit: significās qua morte clarificaturus esset deum. Offeren.

Michi autē nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

Munus populi tui dn̄e: que sumus apostolica intercessione scīfica: nosq3 a peccatorū nostroꝝ maculis emunda. Per.

Coio. Symon iohãnis diligis me plus his: dñe tu omnia nosti: tu scis domie quia amo te. Complẽdum. Quos celesti dñe alimẽto sa tiasti: apl'icis intercessiõib⁹ ab omi nos aduersitate custodi Per. ¶ In die apl'oꝝ petri ꝛ pa. Nunc scio vere quia misit do minus angelũ suuꝫ ꝛ eripu it me de manu herodis ꝛ de omi expectatiõe plebis iudeorũ. ℣. Dñe probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessiõem meaꝫ et resurre ctionẽ meaꝫ. Gl'ia pa. Gl'ia in ex. Deus qui hodiernaꝫ Orõ. diẽ apostoloꝝ tuorũ petri ꝛ pauli matyrio ꝯsecrasti: da eccle sie tue eorũ in oibus sequi prece ptũ: per quos religiõis sumpsit exordium. Qui viuis ꝛ regnas. Lectio actuũ apostoloꝝ. cap. xij. In diebus illis. Misit hero des rex man⁹: vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit aũt iacobũ fratreꝫ iohãnis: gladio. Videns aũt qꝛ placeret iudeis: apposuit apprehẽdere ꝛ petruꝫ. Erãt aũt dies azimoꝝ. Queꝫ cũ apprehẽdisset: misit in carcereꝫ: tradẽs quatuor quaterniõibus militũ custodiẽduꝫ: volens post pascha producere eum ppl'o. Et petrus quidẽ seruabatur in car cere. Oratio autẽ fiebat sine in termissiõe ab eccl'ia ad deuꝫ: pro eo. Cuꝫ aũt producturꝰ euꝫ esset herodes: in ipsa nocte erat petr⁹ dormiẽs inter duos milites: vin ctus cathenis duabus. Et custo des ante ostiũ: custodiebãt car cerẽ. Et ecce angelus dñi astitit: ꝛ lumen refulsit in habitacl'o car ceris. Percussoq; latere petri ex citauit eũ dicens. Surge veloci ter. Et ceciderũt cathene: de ma nibus eius. Dixit autẽ angelus ad eũ. Precingere ꝛ calcia te cali gas tuas. Et fecit sic. Et dixit il li. Circũda tibi vestimẽtuꝫ tuũ: et sequere me. Et exiẽs sequeba tur eũ: ꝛ nesciebat qꝛ veruꝫ est qđ fiebat per angelũ. Existimabat aũt se: visuꝫ videre. Transeũtes aũt primã ꝛ secũdaꝫ custodiã: ve nerũt ad portã ferreã: que ducit ad ciuitateꝫ: que vltro aperta est eis. Et exeũtes: processerũt vicũ vnuꝫ. Et cõtinuo discessit ange lus ab eo. Et petrus ad se reuer sus: dixit. Nũc scio vere qꝛ misit dñs angeluꝫ suũ: ꝛ eripuit me de manu herodis: ꝛ de omi expecta tione plebis iudeoꝝ. ℟. Consti tues eos pricipes super omeꝫ terrã: memores erũt nomis tui domie. ℣. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij propterea populi confitebũtur tibi. Alleluya. ℣. Tu es petrus ꝛ super hanc petraꝫ edificabo ecclesiam me am. Scdm matheuꝫ. Capl'o. xvi. In illo tẽpore: Venit ihs in partes cesaree philippi: ꝛ in terrogabat discipulos suos: di cens. Quẽ dicũt hoies esse filiũ

hoīs? At illi dixerūt. Alij iohānez baptistā: alij autē heliaz: alij vero hieremiā: aut vnum ex prophetis. Dixit illis ihs. Uos aūt quez me esse dicitis? Respōdens autē symon petrus: dixit. Tu es xp̄s fili⁹ dei viui. Respōdens aūt iesus: dixit ei. Beatus es symō bariona: q: caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi: sed pater me⁹ qui est in celis. Et ego dico tibi: quia tu es petrus: ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā: et porte inferi nō preualebūt aduersus eā: et tibi dabo claues regni celorū. Et quodcūqz ligaueris super terrā erit ligatū ⁊ in celis. Et quodcūqz solueris super terrā: erit solutū et in celis. Credo. Offeren. Constitues eos pr̄cipes super omnez terrā: memores erūt noīs tui in omī progenie ⁊ generatiōe. Secre

Hostias dn̄e: quas noī tuo sacrādas offerimus: aplica proseqtur oratio: per quam nos expiari tribuis et defendi. Per. Prefa. Te dn̄e supplicit. Coīo. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meā. Complē.

Quos celesti dn̄e alimēto satiasti: aplicis intercessiōib⁹ ab omī nos aduersitate custodi. Per. ¶ In cōuersiōe scti pauli.


Scio cui credidi ⁊ certus suz q: potēs est depositū meuz seruare in illū diez. ℣. Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu cognouisti cessionē meaz ⁊ resurrectionez meā. Gloria patri ⁊c. Oratio.

Deus qui multitudinē gentiū beati pauli apl'i predicatiōe docuisti: da nobis q̄s: vt cuius natalitia colim⁹: eius apud te patrocinia sentiam⁹. Per do. Lcō ep'le bt̄i pa. apl'i: ad gala. c. i

Fratres: Notū vobis facio euāgeliuz qd euangelizatū est a me: quia nō est scdm hoīez. Neqz eni ego ab homīe accepi illud: neqz didici: sed per reuelationez iesu xp̄i. Audistis enī conuersationē meaz aliquādo in iudaismo: qm̄ supra modū perseqbar ecclesiā dei: et expugnabā illaz: et proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos in genere meo: habūdātius emulator existens paternaz mearū traditionū. Cuz aūt placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: et vocauit per gratiā suā: vt reuelaret filiū suuz in me: vt euāgelizarem eū in gentibus: cōtinuo nō acquieui carni et sanguini: neqz veni hierosolimaz ad antecessores meos apostolos: sed abij in arabiā: et iterū reuersus sum damascū. Deinde post annos tres veni hierosolimā videre petrū: ⁊ māsi apud euz dieb⁹ quīdecim. Aliū autē apl'oz vidi neminē: nisi iacobuz fr̄ez dn̄i. Que aūt scribo vobis: ecce corā deo q: nō mētior. Deinde veni ī partes syrie:

ꝛ cylicie. Eraȝ aūt ignotus facie
ecclesijs iudee: que erant in xp̄o.
Tantuȝ autē auditū habebant:
qm̄ qui persequebatur nos aliquā
do nunc euāgelizat fidē quaȝ ali
quando expugnabat. Et in me
clarificabāt deuȝ. R. Qui opera
tus est petro in apostolatum opera
tus est ꝛ michi inter gētes ꝛ cogno
uerūt gratiaȝ dei que data est michi.
V. Gratia dei in me vacua non fuit:
sed gratia eius semper in me manet.
Alla. V. Bonuȝ certamen certaui
cursū consūmaui fidē seruaui. Euā
gelium. Ecce nos reliq̄mus oīa.
Req̄re retro in ꝯuersiōe scti pau
li. fo. clxxvj. Offer. Michi autē ni
mis honorati sūt amici tui de' nimis
cōfortat' est p̄ncipatus eoꝝ. Secr.
Ecclesie tue q̄s dn̄e: preces
et hostias apostolica ꝯmē
det oratio: vt qd̄ pro illoꝝ gl'ia ce
lebram': nobis prosit ad veniaȝ.
Per. Prefatio. Te dn̄e supplici.
Coīo. Amen dico vobis q vos q̄
reliq̄stis oīa ꝛ secuti estis me cētuplū
accipietis ꝛ vitā eternā possidebitis
Perceptis dn̄e sa- Cōplen.
cramētis btīs apostolis in
teruenientibus dep̄camur: vt que
pro illoꝝ celebrata sunt gl'ia: no
bis proficiāt ad medelam. Per.
¶ Dn̄ica infra octa. aploꝝ petri
Michi autē nimis honora
ti sūt amici tui deus: nimis
ꝯfortat' est p̄ncipatus eoꝝ
V. Dn̄e probasti me ꝛ cognouisti me
tu cognouisti cessiōeȝ meā ꝛ resurre
ctiōeȝ meā. Gl'ia pa. Gl'ia in. Oro
Deus qui hodiernā diē apo
stoloꝝ tuoꝝ petri et pauli
martyrio ꝯsecrasti: da eccl'ie tue
eoꝝ in oībus sequi preceptū: per
quos religionis sūpsit exordiū.
Per. Lectio epistole beati pauli
apostoli: ad ephesios. Cap'lo. ij.
Fratres: Jaȝ nō estis hospi
tes ꝛ aduene: sed estis ciues
sctōꝝ et domestici dei: superedi
ficati supra fundamētuȝ aposto
loꝝ et prophetaꝝ: ipso sūmo an
gulari lapide xp̄o iesu: ī quo oīs
edificatio cōstructa: crescit in tē
pluȝ sctm in dn̄o. In quo ꝛ vos
coedificamini in habitaculū dei
in sp̄ū sancto. R. Nimis honora
ti sunt amici tui deus nimis cōforta
est p̄ncipatus eoꝝ. V. Dinumerabo
eos et super arenā multiplicabūtur.
Alla. V. In omneȝ terrā exiuit so
nus apostoloꝝ: et in fines orbis ter
re verba eoꝝ. Scd'm iohē. ca. xv.
In illo t'pe: Dixit iesus disci
pl'is suis. Hoc est preceptū
meū: vt diligatis inuicē: sicut di
lexi vos. Maioreȝ hanc dilectio
nā nemo habet: vt animā suā po
nat quis pro amicis suis. Vos
amici mei estis: si feceritis q̄ ego
precipio vobis. Jaȝ nō dicā vos
seruos: quia seru' nescit quid fa
ciat dn̄s eius. Vos aūt dixi ami
cos: quia oīa quecunq3 audi
ui a patre meo: nota feci vobis.

Non vos me elegistis: sed ego elegi vos: z posui vos vt eatis: et fructū afferatis: z fructus vr̄ maneat. Ut quodcunqꝫ petieritis prēꝫ in noīe meo det vobis. Of. In om̄eꝫ terrā exiuit sonus eoꝝ et in fines orbis terre verba eoꝝ. Se. Hostias dn̄e: quas nomini tuo sacrādas offerimꝰ: apostolica proseq̄tur oratio: per quā nos expiari tribuis et defendi. Per do. Coīo. Uos q̄ secuti estis me in regeneratiōe cuꝫ sederit filius hoīs: sedebitis z vos super duodecim sedes iudicātes israel. Cōplendū. Quos celesti dn̄e alimēto saciasti: apostolicis intercessiōibus ab om̄i nos aduersitate custodi. Per. ¶ In natale sanctoꝝ processi z martiniani: offm̄.



Iudicant scti gētes z dominant populis regnabit dn̄s deus illoꝝ in perpetuū. ℣. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Glīa pa. Oratio. Deus qui nos sanctoꝝ tuoꝝ processi z martiniani cōfessiōibus gl'iosis circūdas z protegis: da nobis z eoꝝ imitatione proficere: z intercessiōe gaudere. Per dn̄m. Lectio libri sapiētie. In diebus illis: Dixit salomon. Optaui z datꝰ est michi sensus: et inuocaui: z venit in me spūs sapiētie: et preposui illā regnis z sedibꝰ: z diuitias nichil esse dixi in ꝯparatiōe illiꝰ. Nec cōparaui illi lapidē preciosuꝫ: qm̄ om̄e auruꝫ in ꝯparatiōe illiꝰ arena est exigua: et tanq̄ lutū existimaui argētum in ꝯspectu illius. Super salutē z speciē dilexi illā: z proposui pro luce habere illaꝫ: qm̄ inextinguibile est lumen illiꝰ. Uenerūt aūt michi oīa bona pariter cū illa: z innumerabilis honestas per manꝰ illius. Et letatꝰ suꝫ in om̄ibus: qm̄ antecedebat me ista sapiētia: z ignorabaꝫ qm̄ omniū bonoꝝ mater est. Quā sine fictione didici: et sine inuidia ꝯmunico bonis illiꝰ: z honestatē illiꝰ non abscōdo. Infinitus enī thesaurꝰ est hoībus: quo qui vsi sūt: participes facti sūt amicicie dei: ℟. Exultabūt scti in gl'ia letabūtur in cubilibus suis. ℣. Cantate dn̄o canticū nouuꝫ: laus eiꝰ in eccl'ia scoꝝ. All'a. ℣. Exultabūt sencti in gloria: letabūtur in cubilibus suis. Scd'm matheuꝫ. Capitulo. xiij. In illo tp̄e: Sedēte iesu super mōteꝫ oliueti: accesserūt ad eū discipuli: secreto dicentes. Dic nobis quādo hec erūt: z qd' signū aduentꝰ tui: z cōsūmationis secl'i: Et respōdens iesus: dixit eis. Uidete ne quis vos seducat. Multi enī venient in nomīe meo: dicentes. Ego suꝫ xp̄us: et multos seducēt. Audituri enim estis prelia: z opiniones prelioꝝ. Uidete ne turbemini. Oportet enī hec fieri: sed nondū est finis.

Consurget enī gens in gentē: et regnū in regnū: et erūt pestilētie ꝛ fames: et terremotus per loca. Hec aūt oīa initia sunt doloꝝ. Tūc tradēt vos in tribulationē: et occidēt vos: et eritis odio oīm bus gētibus propť nomen meū Et tūc scandalizabūtur multi: ꝛ inuicem tradēt: ꝛ odio habebūt inuicē. Et multi pseudo prophete surgēt: et multos seducēt. Et qm̄ abundabit iniq̄tas: refrigescet karitas multoꝝ. Qui autē perseuerauerit vsq; in finem hic saluꝰ erit. Offe. Gloriabūtur in te oēs qui diligūt nomen tuū q2m̄ tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scutꝰ bone volūtatis tue coronasti nos. Se

Suscipe dn̄e preces ꝛ munera: q̄ vt tuo sint digna ɔspectui: sctoꝝ tuoꝝ precibꝰ adiuuemur. Per. Coio Aia nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū.

Corporis sacri et Complē. preciosi sāguīs repleti libamine: q̄s dn̄e deus noster: vt qđ pia deuotiōe gerimꝰ: certa redēptione capiamus. Per dn̄m no.

¶ In octaua aploꝝ petri ꝛ pau.

Sapiētia; sctoꝝ narrēt ppl'i ꝛ laude; eoꝝ nunciet eccl'ia nomen autē eoꝝ viuet in seculū scl'i. ℣. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet laudatio. Gl'ia pa. Orō

Deus cuius dextera btm̄ petrū ambulāte; in fluctibus ne mergeretur erexit: ꝛ coapostolū eius paulū tertio naufragāte; de profūdo pelagi liberauit: exaudi nos propitiꝰ: et cōcede vt amboꝝ meritis eternitatis gloria; cōseq̄mur. Qui vi. Lcō eple bti pauli apl'i: ad galathas. ca. ij

Fratres: Deꝰ personā hoīs nō accipit. Michi enī qui videbātur esse aliq̄d: nichil cōtulerūt. Sed ɔtra cū vidissēt qđ creditū est michi euāgl'm preputij: sicut ꝛ petro circūcisiōis: qui enī operatꝰ est petro in apostolatū circūcisionis: operatꝰ est ꝛ michi inter gentes: et cū cognouissent gr̄a; que data est michi inter gētes: petrus et iacobꝰ: et iohānes: qui videbātur columne esse: dextras dedeŕt michi ꝛ barnabe societatis: vt nos in gētes: ipsi aūt in circūcisiōem: tantū vt paupeꝝ memores essemꝰ. Quod etiā sollicitus fui hoc ipsū facere: in xp̄o iesu dn̄o nr̄o. ℟. Iustoꝝ anime in manu dei sūt ꝛ nō tanget illos tormētū malitie. ℣. Uisi sunt oculi insipientiū mori illi aute; sunt in pace. All'a. ℣. Scti tui dn̄e benedicēt te gloria; regni tui dicēt. Scdm̄ ma.

In illo tēpore: the. ca. xiiij. Iussit ih̄s discipulos suos ascēdere in nauiculā: et precedere eū trāsfretū: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in mōte; solus orare. Uespere aūt facto: solus erat ibi. Nauicula autē in medio maris iacta-

batur fluctibus. Erat enim contrarius vent⁹. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos: ambulans supra mare. Et videntes eum supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes: quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque ihesus locut⁹ est eis: dicens. Habete fiduciam. Ego sum. Nolite timere. Respondens autem petrus dixit. Domine: si tu es: iube me venire ad te super aquas. At ipse ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquam vt veniret ad iesum. Uidens vero ventum validum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehendit eum: et ait illi. Modice fidei: quare dubitasti? Et cum ascendisset in nauiculam: cessauit vent⁹. Qui autem in nauicula erant venerunt: et adorauerunt eum dicentes. Uere fili⁹ dei es. ℟. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilib⁹ suis exultationes dei in faucib⁹ eorum. Se.

Offerimus tibi domine preces et munera: que vt tuo sint digna conspectui: apostolorum tuorum quesumus precib⁹ adiuuemur. Qui vi.

Com̄. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. Complendum

Protege domine populum tuum: et apostolorum tuorum patrocinio confidentem: perpetua defensione conserua. Qui viuis et re.

¶ In dedicatione ecclesie Nemesis



Terribilis est locus iste hic domus dei et porta celi et vocabitur aula dei. ℣. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria pa. Gloria in. Oro.

Deus qui nobis per singulos annos: huius sancti templi tui consecrationis reparas diem: et sacris semper misteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui et presta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. Per.

Lectio libri apo. beati io. apli. ca. xxj.

In dieb⁹ illis: Uidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam: descendentem de celo a deo paratam: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis: et ipsi popul⁹ eius erunt: et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget de⁹ omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors vltra non erit: neque luctus: neque clamor: neque dolor erit vltra: que prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. ℟. Locus iste a deo fact⁹ est inextimabile sacramentum irreprehensibilis est. ℣. Deus cui astat angelorum chorus exaudi preces seruorum tuorum. Alleluya. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo. Secundum lucam. cap.

E

In illo tpe: Ingressus ihs: perābulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus: et hic erat princeps publicanorū: et ipse diues. Et querebat iesuz videre quis esset: et nō poterat pre turba: qr statura pusillus erat. Et precurrēs ascēdit in arborē siccomorū: vt videret illū: qr inde erat trāsiturus. Et cū venisset ad locū: suspiciēs iesus vidit illū: et dixit ad eū. zachee festinās descende: qr hodie in domo tua oportet me manere Et festinās descēdit: et excepit illū gaudēs. Et cū viderēt oēs: murmurabāt dicentes: qp ad hominē pctorez diuertisset. Stās autē zacheus: dixit ad iesuz. Ecce dimidiū bonorū meorum dñe: do pauperibus: et si quid aliquē defraudaui: reddo quadruplū. Ait iesus ad eū. Quia hodie salus domui huic facta est: eo qd et ipse filius sit abrahe. Uenit enī filius hoīs querere et saluū facere quod perierat. Credo. Offerē.

Domie deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa et populuz tuū qui repertus est vidi cū ingēti gaudio deus israel custodi hāc volūtatez.

Annue qs dñe precibus Sec. nrīs: vt quicūqz intra tēpli huius cuius anniuersariū dedicatiōis diez celebramus ambitū cōtinemur: plena tibi: atqz perfecta corporis et aīe deuotione placeamus: vt dum hec presentia vota reddimus: ad eterna premia: te adiuuāte peruenire mereamur. Per. Coīo. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dñs: in ea oēs qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Cōplē.

Deus qui de viuis et electis lapidibus eternū maiestati tue cōdis habitaculū: auxiliare pplo supplicanti: vt qd ecclīe tue corporalibus proficit spacijs: spiritalibus amplificetur augmētis. Per. Alia epla. Ad cori. j. ca. iij

Fratres: Unusquisqz propriā mercedē accipiet: scdz suū laborez. Dei enī sumus adiutores. Dei agricultura estis: dei edificatio estis. Scdm graciaz que data est michi: vt sapiēs architectus fundamētuz posui. Alius aūt superedificat. Unusquisqz autē videat: quomodo superedificet. Fundamētum eniz aliud nemo potest ponere preter id quod positū est: qd est xps iesus. Si quis autē superedificat supra fundamētuz hoc aurū: argētuz: lapides preciosos: ligna: fenū: stipulā: vnuqsqz opus manifestū erit. Dies eniz dñi declarabit: qr in igne reuelabit: et vniuscuiusqz opus quale sit: ignis probabit. Si cuius opus māserit: qd superedificauit: mercedē accipiet. Si cuius opus arserit: detrimētuz patiet. Ipse aūt saluus erit sic tñ quasi p ignē Scdz lu. c. vj

In illo tpe: Dixit iesus discipl'is suis. Non est arbor bona que facit fructus malos: neqꝫ arbor mala faciēs fructū bonū. Unaqueqꝫ enī arbor: de fructu suo cognoscitur. Neqꝫ enī de spinis colligūt ficus: neqꝫ de rubo vindemiāt vuā. Bonus homo: de bono thesauro cordis sui profert bonū. Et mal' homo: de malo thesauro profert malū. Ex habundātia enī cordis: os loqtur. Quid aūt vocatis me dñe dñe: et nō facitis q̄ dico? Oīs qui venit ad me & audit sermōes meos et facit eos: ostēdā vobis cui similis sit. Similis est hoī edificāti domū qui fodit in altū: & posuit fūdamēta supra petrā. Inundatione autē facta: illisuꝫ est flumē domui illi: & nō potuit eā mouere. Fundata enī erat supra petrā. ¶ In nāle sctoꝝ septē fratrū.



Laudate pueri dñm laudate nomen dñi qui habitare facit sterilē in domo matrē filioꝝ letātē. ℣. Sit nomen dñi bñdictū: ex hoc nūc & vsqꝫ in scl'm. Gl'ia.

Presta q̄s oṗs deus: Orō. vt qui gl'iosos martyres ianuariū: felicē: philippū: siluanū: alexādrū: vitalē: & marcialē fortes in sua ɔfessiōe cognouim': pios apō te in nr̄a intercessiōe sentiam'. Per. Ep'la. Stabūt iusti in mag. Reqre retro. fo. clxxxvij.

℟. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū. ℣. Laqueus ɔtritus est & nos liberati sum': adiutoriū nostrū in noīe dñi qui fecit celū et terram. All'a. ℣. Laudate pueri dñm laudate nomen dñi. Scdm mattheū. ca. xij.

In illo tēpe: Loquēte iesu ad turbas. Ecce mater ei' & fr̄es stabāt foris: querentes loq̄ ei. Dixit aūt ei quidā Ecce mater tua et fr̄es tui foris stant: querētes te. Et ipse respōdēs dicēti sibi: ait. Que est mat̄ mea: & qui sūt fratres mei? Et extendēs manū in discipl'os suos: dixit. Ecce mat̄ mea: & fr̄es mei. Quicūqꝫ enī fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis est: ipse me' frater: & soror & mater est. Offeren.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venātiū: laqueus cōtrit' est & nos liberati sumus. Secreta.

Sacrificiis presētibus: dñe q̄s intēde placat': & intercedentib' sctis tuis deuotioni nr̄e proficiant et saluti. Per. Coīo.

Quicunqꝫ fecerit volūtateꝫ patris mei qui in celis est ipse me' frater soror & mater est dicit dñs. Complē.

Quesumus oṗs deus: vt illius salutaris capiam' effectuꝫ: cui' per hec misteria pign' accepimus. Qui tecū. ¶ In nale sanctaꝝ iuste & ruphine. Orō.

Infirmitatem nr̄aꝫ q̄s dñe propiti' respice: et mala oīa que iuste meremur sctaꝝ martyrū tuaꝝ iuste & ruphine interces

sione auerte. Per do. Secreta.
Adesto dñe supplicatõibus nr̃is: quas in sctarum tuarum cõmemoratiõe deferim⁹: vt qui nr̃e iusticie fiduciã non habem⁹: earum que tibi placuerũt meritis adiuuemur. Per dñm. Complẽduz
Quesumus domĩe salutarib⁹ repleti misteriis: vt quaruz sollẽnia celebram⁹: earũ orationibus adiuuemur. Per dñm.
¶ In natale scte margarite: officiũ ad missaz. Require inantea in cõmũe: in natl'e virginũ. Oro
Omñps sempiterne deus auctor virtutis z amator virginitatis: qui beatã margaritã hodierna die dignat⁹ es: ad celi gaudia deducere: imploram⁹ tuã clemẽtiaz: vt cui⁹ sacrã sollẽnitatez celebram⁹ in terris: de eiusdẽ patrocinis gaudeam⁹ in celis. Per
Domine deus oñps su. Se. Suscipe depcatiõez nostrã cuz munerib⁹ hostiarum: que ĩ festiuitate bte margarite tibi referimus z cõcede: vt per hoc diuina sacramẽta cũctos carnales act⁹ valeamus exuere atq3 oĩum incremẽta virtutũ percipere. Per. Cõp.
Celestibus sacramentis satiati clemẽtissime deus tuã poscim⁹ munificẽtiam: vt per interuẽtuz scte virginis margarite eternã beatitudinẽ possimus acquirere. Per do. ¶ In natale scti victoris: z sociorum eius: offm̃.
Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditorum: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: vindica sanguinez sctorum tuoruz qui effusus est. ℣. Deus venerũt gẽtes in hereditatez tuã: polluerũt tẽpluz sctm tuũ: posuerũt hierusalez in pomorum custodiã. Gl'ia pa. Oro
Deus qui nos cõcedis sctorum martyrũ tuorum victoris z sociorũ eius natalitia colere: da nobis in eterna beatitudĩe de eorũ societate gaudere. Per d. Ep'la.
Sancti per fidẽ. Require retro. folio. clxxiiii. R. Vindica dñe sanguinez sanctorum tuorũ qui effusus est.
℣. Posuerũt mortalia seruorũ tuorum escas volatilib⁹ celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. All'a. ℣. Mirabilis dñs noster ĩ sctis suis. Scd'z lucã. ca. xii.
In illo tpe: Dixit iesus discipl'is suis. Nichil opertũ quod nõ reueletur: neq3 abscõditum qd non sciatur. Qm̃ que in tenebris dixistis: in lumine dicentur. Et qd in aure locuti estis in habitacl'is predicabit' in tectis. Dico autez vobis amicis meis: nec terreamĩ ab his qui occidũt corp⁹: et post hec nõ habẽt ampli⁹ quid faciãt. Ostẽdaz aũt vobis: quẽ timeatis. Timete eũ: qui postq̃ occiderit: habet potestatẽ mittere in gehẽnaz. Ita dico vobis: hũc timete. Nõne quinq3 passeres veneũt dipondio: et vn⁹ ex illis nõ est in obliuiõe corã

dño: Sed ⁊ capilli capitis vestri
oms numerati sũt. Nolite ergo
timere. Multis passerib⁹: pluris
estis vos. Dico aũt vobis. Ois
quicunq₃ me ꝯfessus fuerit corã
hoĩbus: ꝯfitebor illũ coraꝫ ange
lis dei. Offe. Aia nostra sicut pas
ser erepta est de laqueo venãtiuꝫ la-
queus ꝯtrit⁹ est ⁊ nos liberati sum⁹.
Munera tibi dñe nr̃e Secr.
deuotiõis offerimus: que ⁊
pro tuorũ tibi grata sint honore
iustoꝝ: ⁊ nobis salutaria te mise
rãte reddãtur. Per. Co. Posue-
rũt mortalia seruorũ tuoꝝ dñe escas
volatilib⁹ celi: carnes scõꝝ tuoꝝ be-
stijs terre scdm magnitudĩeꝫ brachij
tui posside filios morte punitorum.
Presta nobis dñe q̃s Cõpl.
intercedentib⁹ scĩs tuis vi
ctore ⁊ socijs ei⁹: vt que ore ꝯtigi-
mus: pura mente capiam⁹. Per.
¶ In nle scẽ marie magdalene
Gaudeamus oẽs in dño diẽ
festuꝫ celebrãtes sub hono
re marie magdalene de cui⁹
sollẽnitate gaudent angeli ⁊ collau-
dant filiũ dei. ℣. Magnus dñs ⁊ lau
dabilis nimis: in ciuitate dei nostri
in mõte scõ eius. Gloria pa. Oro
Largire nobis clementissi-
me pater: q̃ sicut btã ma-
ria magdalene dñꝫ nostrũ iesuꝫ
xpm super oĩa diligẽdo suoꝝ ob
tinuit veniã peccaminuꝫ: ita no-
bis apd miãꝫ tuã btitudĩeꝫ ipe-
tret sẽpitnaꝫ. Per eũ. Lcõ li. sap

In dieb⁹ illis: Dixit salomõ
Mulierem fortẽ quis inue-
niet: Procul de vltimis finibus
preciũ ei⁹. Confidit in ea cor viri
sui: ⁊ spolijs nõ indigebit. Red-
det ei bonuꝫ ⁊ nõ malũ: omibus
dieb⁹ vite sue. Quesiuit lanã ⁊ li-
nuꝫ: et operata est ꝯsilio manuũ
suarũ. Facta est quasi nauis in-
stitoris: de longe portãs panem
suũ. Et de nocte surrexit: dedit-
q₃ predã domesticis suis. ⁊ ciba-
ria ancillis suis. Considerauit
agrũ: et emit euꝫ. De fructu ma-
nuũ suarũ plantauit vineã. Ac-
cinxit fortitudĩe lumbos suos: ⁊
roborauit brachiũ suuꝫ. Gusta-
uit et vidit q̃m bona est negocia-
tio eius: nõ extinguetur in nocte
lucerna ei⁹. Manuꝫ suã misit ad
fortia: et digiti ei⁹ apprehẽderũt
fusuꝫ. Manũ suã aperuit inopi:
⁊ palmas suas extẽdit ad paupe
rẽ. Non timebit domui sue: a fri
gorib⁹ niuis. Oẽs eni domesti
ci ei⁹: vestiti sũt duplicib⁹. Stra-
gulatã vestem fecit sibi: bissus et
purpura indumẽtuꝫ eius. Nobi
lis i portis vir ei⁹: quãdo sederit
cũ senatorib⁹ terre. Sindonẽ fe-
cit ⁊ vendidit: ⁊ cingulũ tradidit
cananeo. Fortitudo et decor in-
dumẽtuꝫ ei⁹: et ridebit in die no-
uissimo. Os suũ aperuit sapien
tie: et lex clemẽtie in lingua eius.
Cõsiderauit semitas dom⁹ sue:
⁊ panẽ ociosa nõ comedit. Sur-

rexerūt filij ei⁹: et beatissimā predicauerūt: vir ei⁹ et laudauit eaȝ. Multe filie cōgregauerūt diuitias: tu supegressa es vniuersas. Fallax grā: ⁊ vana est pulcritudo Mulier timēs deuȝ: ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuū suaꝝ: et laudēt eaȝ in portis opera eius. ℞. Audi filia et vide ⁊ inclina aurē tuā: qꝛ ꝯcupiuit rex speciē tuā. ℣. Specie tua ⁊ pulcritudie tua intende prospere procede et regna. Alla. ℣. Ardens est cor meuȝ desidero videre dn̄m meū quero ⁊ nō inuenio vbi posuerūt euȝ. Scd̄m lucaȝ. ca. vij.

In illo tēpe: Rogabat ihm quidā pharise⁹: vt cū illo māducaret. Et ingressus domuȝ pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ iesus accubuisset in domo pharisei: attulit alabaustrū vnguēti: et stās retro secus pedes eius: lacrimis cepit rigare pedes ei⁹: et capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabat pedes eius: ⁊ vnguēto vngebat. Vidēs autē phariseus qui vocauerat eū: ait intra se dicēs. Hic si esset propheta: sciret vtiqȝ: que ⁊ qualis est mulier que tāgit eum: qꝛ peccatrix est. Et respōdens iesus: dixit ad illū. Symō: habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit. Magister dic. Duo debitores erāt cuidā feneratori. Unus debebat denarios quīgētos: ⁊ ali⁹ quīquagīta. Non habētib⁹ illis vnde redderēt: donauit vtriqȝ. Quis ergo eū plus diligit: Respondēs symon: dixit. Estimo: qꝛ is cui plus donauit. At ille dicit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē: dixit symōi. Uides hāc mulierē: Intraui in domuȝ tuā: aquā pedibus meis nō dedisti. Hec autē lacrimis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculū michi nō dedisti. Hec aūt ex quo intrauit nō cessauit osclari pedes meos. Oleo caput meū non vnxisti. Hec aūt vnguento vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi. Remittūtur ei pcc̄a multa: qm̄ dilexit multum. Cui aūt minus dimittit: minus diligit. Dixit auteȝ ad illā iesus. Remittūtur tibi pcc̄a tua. Et q̄ simul accūbebāt: ceperūt dicere intra se. Quis est hic qui etiā peccata dimittit: Dixit autē ad mulierem. Fides tua te saluaȝ fecit. Uade in pace. Credo. Offerē.

Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternuȝ et in seculum seculi. Secreta orō.

Munera nostra q̄s dn̄e beate marie magdalene gl'iosa precatio tibi reddat accepta cui⁹ oblatiōis obsequiū vnigenitus tuus clemēter suscepit impēsuȝ. Qui tec. Coīo. Simile est regnū celoruȝ homini negociatori querēti bonas margaritas: inuēta vna pre-

ciosa margarita dedit omnia sua: et comparauit eam. Complendum.

Sumpta dñe refectiōe salutari: tui scīssimi corporis: presta vt oībus malis btē marie magdalene patrociniis exuamur. Qui tecum viuit ꝛ regnat.

¶ In vigilia scti iacobi: officiū.

Ego autez sicut oliua fructificaui in domo dñi: speraui in mia dei mei et expectabo nomen tuū qm̄ bonuz est ante cōspectuz scōꝝ tuoꝝ. ℣. Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate. Gloria patri ꝛ filio. Oratio.

Quesumus oīs deus: vt qui beati apl'i tui iacobi natalitia deuotis ieiuniis ꝛ oratōibus preuenim⁹: ꝛ annua sollennitate letemur: ꝛ tante fidei proficiam⁹ exēplo. Qui viuis. Epl'a. Benedictus de⁹ et pater dñi nr̄i. Require retro. folio. clxix. R. Iustus vt palma florebit sicut cedr⁹ libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annunciādū mane miaz tuā ꝛ veritatē tuā per noctē. Scd̄m marcū. ca. x

In illo tp̄e. Accesserūt ad iesuz iacobus et iohānes filii zebedei: dicentes. Magister: volum⁹ vt quodcūqz petierim⁹ facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciā vobis? Et dixerūt. Da nobis: vt vn⁹ ad dexterā tuaz: et alius ad sinistrā tuā: sedeamus in gl'ia tua. Jesus autē ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibo aut baptismo quo ego baptizor baptizari? At illi dixerūt ei. Possumus. Jesus aūt ait eis. Calicez quē ego quidē bibo bibetis: ꝛ baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere aūt ad dexteraz meā vel ad sinistrā: nō est meuz dare vobis: sed quib⁹ paratū est. Et audiētes decē: ceperūt indignari de iacobo ꝛ iohāne. Jesus aūt vocās eos: ait illis. Scitis qꝛ hi qui videntur principari gentib⁹ dn̄antur eis: et pricipes eoꝝ potestatē habēt ipsoꝝ. Non aūt ita est i vobis. Sed quicūqz voluerit fieri maior: erit vr̄ minister. Et quicunqz voluerit in vobis prim⁹ esse: erit oīm seru⁹. Nā ꝛ fili⁹ hoīs nō venit: vt ministraretur ei: sed vt ministraret: et daret aīaz suā redēptiōem pro multis. Offer. Gloria ꝛ honore coronasti euz ꝛ cōstituisti eū super opera manuū tuaruz domine. Secreta.

Hec hostia dñe q̄s: quā scti apl'i tui iacobi natalitia preueniēdo offerim⁹: et vincula nr̄e prauitatis absoluat: ꝛ tue nobis mīe dona pciliet. Qui vi. Coīo. Magna est gloria eius i salutari tuo gloriam et magnū decorem impone super eum domine. Complēdum.

Quesumus domīe salutaribus repleti misteriis: vt cuius sollēnia antecedim⁹ eius orationib⁹ adiuemur. Per. ¶ In die

Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est pricipatus eorū. ℣. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti cessionē meā ⁊ resurrectiōē meā. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Orō.

Esto dn̄e plebi tue sanctificator ⁊ custos: vt apl̄i tui iacobi munita presidijs: ⁊ cōuersatione tibi placeat: ⁊ secura deseruiat. Qui vi. Lectio epistole bt̄i pauli apl̄i: ad hebreos. caplo. iij.

Fratres: Vocatōis celestis participes: ꝯsiderate apl̄m ⁊ pōtificē ꝯfessiōis nr̄e iesū xp̄m qui fidelis est ei q̄ fecit illū: sicut ⁊ moyses in om̄i domo illi᷒. Amplioris enī gl̄ie iste pre moyse dignus habit᷒ est: quāto ampliorē honorē habet dom᷒: qui fabricauit illā. Om̄is nāq; domus: fabricat̄ ab aliquo. Qui aūt om̄ia creauit: deus est. Et moyses quidē fidelis erat in tota domo ei᷒: tanq̄ famul᷒: in testimoniū eoꝝ: que dicēda erāt. Xp̄s vero tanq̄ fili᷒ in domo sua. ℟. Nimis honorati sūt amici tui de᷒ nimis ꝯfortatus est principat᷒ eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos ⁊ super arenā multiplicabunt̄. All'a. ℣. Non vos me elegistis sed ego vos elegi ⁊ posui vos vt eatis et fructū afferatis ⁊ fructus vester maneat. Scd̄m matheū. caplo. xx.

In illo tp̄e: Accessit ad iesū mater filiorū zebedei: cū filijs suis: adorās ⁊ petens aliq̄d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hi duo filij mei: vn᷒ ad dexterā tuā: ⁊ ali᷒ ad sinistrā in regno tuo. Respōdēs autē iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibitur᷒ sum? Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere autē ad dexterā meā vel ad sinistrā nō est meū dare vobis: sed quib᷒ paratū est a patre meo. Credo. ℟. Michi autē nimis honorificati sunt amici tui de᷒: nimis cōfortatus est principatus eorum. Secreta.

Oblatiōes ppl̄i tui dn̄e q̄s beati apl̄i tui iacobi passio bt̄a conciliet: ⁊ que nr̄is nō apta sunt meritis: fiāt tibi placita ei᷒ deprecatiōe. Qui vi. Prefatio. Te dn̄e suppliciter. Cōmunio. Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me: centuplū accipietis ⁊ vitā eternā possidebitis. Complēdū.

Beati apl̄i tui iacobi q̄s dn̄e intercessiōe nos adiuua: pro cui᷒ sollēnitate percepim᷒ tua sācta letātes. Qui tecū viuit ⁊ reg.

¶ In nt̄e sctoꝝ christofori et cucufati: Officiū ad missam. Quere in antea in ꝯmūi pl̄ioꝝ marty.

¶ In natl̄e sctoꝝ nazarij ⁊ celsi.

Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis nostris centuplū in sinu eoꝝ: vindica sanguiē sctoꝝ tuo

ruz qui effusus est. ℣. Deus venerűt gẽtes in hereditatez tuã: polluerűt tẽpluz sctm tuű: posuerűt hierusalez in pomoꝝ custodiã. Glía pa. Orõ

Deus qui nos ꝯcedis sctoꝝ martyrű tuoꝝ nazarij z celsi natalitia colere: da nobis in eterna btitudĩe de eoꝝ societate gaudere. Per. Lcõ libri sapiẽ. cap. x

Reddet deus mercedẽ laborũ sctoꝝ suoꝝ: et deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamẽto diei: z in luce stellaꝝ nocte. Transtulit illos mare rubrű: et transuexit illos per aquã nimiã. Inimicos autẽ illoꝝ dimersit in mare: z ab altitudĩe inferoꝝ eduxit illos. Ideo iusti tulerűt spolia impioꝝ: et decãtauerunt dñe nomen sctm tuű. Et victricẽ manű tuaz laudauerűt pariter: dñe deus noster. ℟. Vindica dñe sanguĩez sctoꝝ tuoꝝ qui effusus est. ℣. Posuerűt mortalia seruoruz tuoꝝ escas volatilibꝰ celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Alla. ℣. Sancti tui dñe benedicẽt te gloriaz regni tui dicẽt. Euangłm. Nichil opertuz quod nõ reueletur: neqz abscõdituz. Require retro in natale scti victoris. folio. cciij.

Require retro in natale scti victoris. folio. cciij.

Offer. Exultabűt scti in gloria letabűtur in cubilibꝰ suis: exultatiões dei in faucibus eorum. Secreta.

Munera tibi domine nr̃e deuotiõis offerimꝰ: que z pro tuoꝝ tibi grata sint honore iustoruz: et nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dñm. Coĩo.

Posuerűt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilibus celi carnes sãctoruz tuoꝝ bestijs terre: scdm magnitudinez brachij tui posside filios morti punitoruz. Complendum.

Presta nobis dñe q̃s intercedẽtibus sctis tuis nazario z celso: vt qđ ore ꝯtingimus: pura mẽte capiamus. Per dñz.

¶ In natale sancte marthe: offi



Cognoui dñe quia equitas iudicia tua: z in veritate tua humiliasti me: cõfige timore tuo carnes meas: a mãdatis tuis nõ me repellas. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria patri z filio zc. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate marthe festiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Qui viuis. Lectio libri sapiẽtie.

Sapientia laudabit animã suã: z in dño honorabitur: et in medio populi sui gloriabitur. Et in excelsis altissimi aperiet os suuz: et in cõspectu virtutis illiꝰ gloriabitur: et in medio populi exaltabit: z in plenitudĩe scta admirabitur. In multitudine electoꝝ habebit laudez: et inter benedictos bñdicetur: dicẽs. Ego ex ore altissimi ꝓdiui: primogẽita ante omẽz creaturã. Ego quasi libanꝰ nõ incisus va-

porraui habitatioẽ meã: et quasi balsamũ nõ mirtũ odor meus. Quasi terebĩtus extẽdi ramos meos: et rami mei honoris et grẽ. ℟. Concupiuit rex decorẽ tuũ qm̃ ipse est dñs tu⁹. ℣. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuã et obliuiscere populũ tuũ et domũ patris tui. Alla. ℣. Diffusa est gratia ĩ labijs tuis propterea benedixit te deus in eternũ. Euanglm. Simile est regnũ celoꝝ decẽ virgi. Require. fo. clxxv. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regia a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Se.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio pro tuoꝝ honore sctoꝝ: quorũ se meritis percepisse de tribulatiõe cognoscit auxiliũ. Per. Coĩo. Principes persecuti sũt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meũ: letabor ego super eloq̃a tua sicut qui inuenit spolia multa: ꝯcupiuit aĩa mea testimonia tua dñe et dilexi ea vehementer.

Satiasti dñe familiã Cõpl. tuã munerib⁹ sacris: eius q̃s semp interuẽtione nos refoue: cui⁹ sollẽnia celebram⁹. Per.

¶ Eodẽ die sanctoꝝ felicis: simplicis: faustini: et beatricis: offi.



Intret in cõspectu tuo dñe gemitus cõpeditoꝝ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eoꝝ: vindica sanguiẽ sctoꝝ tuorũ qui effusus est. ℣. Deus venerũt gẽtes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽplũ sctm tuũ: posuerũt hierusalẽ in pomoꝝ custodiã. Glia pa. Oro

Infirmitatẽ nostrã respice q̃s oĩps deus: et q: pondus proprie actiõis grauat: beatorũ martyrũ tuoꝝ felicis: simplicij: faustini: et beatricis intcessio gloriosa nos protegat. Per. Lectio libri apocalipsis bti iohis apli.

In diebus illis: Uidi ostiũ apertũ in celo. Et ecce turba magna quã dinumerare nemo poterat ex oĩbus gentib⁹: et tribub⁹ et pplis: et liguis stãtes ante thronũ et in cõspectu agni: amicti stolis albis: et palme ĩ manibus eorũ. Et clamabant voce magna dicẽtes. Salus deo nr̃o qui sedet super thronũ: et agno. Et oĩs angeli stabãt in circuitu throni: et senioꝝ. Et quatuor animaliũ: et ceciderũt in ꝯspectu throni in facies suas: et adorauerũt deũ dicẽtes. Amen. Benedictio: et claritas: et sapiẽtia: gratiarũ actio: honor: virtus: et fortitudo deo nr̃o: in secula seculorũ amen. ℟. Gloriosus deus in sctis mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glificata est in virtute dextera man⁹ tua cõfregit inimicũ. Alla. ℣. Uindica dñe sanguinem sanctoꝝ tuorũ qui effusus est super terram. Scdm lucam.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Ignẽ veni mittere in terrã. Et quid volo nisi vt

accēdatur: Baptisma autē habeo baptizari. Et quomodo coartor vsqz dū perficiatur: Putatis quia pacē veni dare in terra: Non: dico vobis: sed separatōez Erūt enī ex hoc: quiqz in domo vna diuisi. Tres in duos: et duo in tres diuidētur. Pater in filiū: z fili⁹ in prēz suū. Mater in filiā: z filia ī matrez. Socrus in nurū suā: z nurus in socrū suaz. Dicebat aūt z ad turbas. Cū videritis nubē orientez ab occasu: stati dicitis. Nimbus venit. Et ita fit. Et cū austum flantē: dicitis qz estus erit. z fit. Ypocrite: faciē celi et terre nostis probare. Hoc autē tēpus quomodo nō probatis: Quid aūt z a vobisipsis nō iudicatis qđ iustū est: Cuz autē vadis cū aduersario tuo ad pricipez: in via da operā liberari ab illo: ne forte trahat te apud iudicē: z iudex trahat te ex actori: z ex actor mittat te in carcerez. Dico tibi: nō exies inde: donec etiā nouissimū munitū reddas. Offer. Mirabilis deus in scīs suis de⁹ israel ipse dabit virtutē z fortitudiez plebis sue bñdictus deus all'a. Secre. Accepta sit in cōspectu tuo dñe nr̄a deuotio: z eorū nobis fiat supplicatione salutaris: pro quoruz sollēnitate defertur. Per. Coī. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilib⁹ celi: carnes scōꝝ tuoꝝ bestijs terre scōz magnitudiez brachij tui posside filios morte punitoruz. Complēduz Spūz nobis dñe tue karitatꝫ īfūde: vt quos vno celesti pane satiasti: īt̄cedētib⁹ scīs tuis felice: siplicio: faustio: z beatrice tua facias pietate ꝯcordes. Per.

¶ In nt̄e scī abdon et sennem.



Judicant sancti gentes: et dominātur populis: regnabit dominus deus illorum in perpetuum: dñs deus illorum. ℣. Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio Gloria patri Oratio. Deus qui scīs tuis abdon z sennē ad hanc gl'iaz veniēdi copiosuz mun⁹ gratie tue ꝯtulisti: da famulis tuis suoꝝ veniā pcc̄oꝝ: vt scōꝝ tuorū intercedētibus meritis ab oībus mereantur aduersitatib⁹ liberari. Per. Ep'la. Reddet deus mercedē laborū scōꝝ. Require retro in precedēti folio: in nt̄e nazarij z celsi. ℟. Exultabūt scī in gloria letabūtur in cubilib⁹ suis. ℣. Cantate dño canticū nouuz laus e⁹ in eccl'ia sanctoꝝ. All'a. ℣. Scī tui dñe benedicent te gl'iaz regni tui dicēt. Scdm marcū. In illo tp̄e: Dixit ie sus discipl'is suis. Erūt die illa tribulatōes tales: quales nō fuerūt ab initio creature quā cōdidit de⁹ vsqz nūc: neqz fiet. Et nisi breuiasset dñs dies: nō fuisset salua oīs caro Sed propt̄ electos quos elegit breuiauit dies.

Et tūc si quis vobis dixerit: ecce hic est xp̄s. Ecce illic: non credi tis. Exurgent enī pseudo xp̄i et pseudo prophete: ꝛ dabūt signa et portenta ad seducēdos si fieri potest etiā electos. Vos ergo vi dete. Ecce p̄dixi vobis oīa. Offe

Letamini in dn̄o ꝛ exultate iusti: et gl'iamini om̄es recti corde. Secre.

Hostia hec q̄s dn̄e: quam in scōꝝ tuoꝝ natalitijs recē sentes offerim⁹: ꝛ vincl'a nr̄e pra uitatis absoluat: ꝛ tue nobis mi sericordie dona ꝯciliet. Per. Co

Et si corā hoībus tormēta passi sūt deus tētauit illos tanq̄ aurū in for nace probauit illos ꝛ quasi holocau sta accepit illos. Complendum.

Per hui⁹ dn̄e operatiōez mi sterij: ꝛ vicia nr̄a purgētur: ꝛ intercedentib⁹ scīs tuis: iusta desideria compleātur. Per do.

¶ In natale scī germani: offm̄

Statuit ei dn̄s testamētū pa cis ꝛ pricipē fecit eū: vt sit il li sacerdotij dignitas i eter nū. ℣. Mias dn̄i i et'nuz cātabo Gl'a

Deus q̄ hodierna die Oro. sacratissimā nobis bt̄i ger mani ꝯfessoris tui atqz pōtificis sollēnitatez tribuisti: adesto pro piti⁹ eccl'ie tue precib⁹: vt cui⁹ glo riatur meritis nutriatur suffra gijs. Per. Ep'la. Ecce sacerdos magn⁹. Reqre retro. folio. clxxiij

℟. Inueni dauid seruū meuz: oleo scō meo vnxi eū manus enī mea au xiliabit' ei ꝛ brachiū meuz cōfortauit eū. ℣. Nichil proficiet inimic⁹ in eo: ꝛ fili⁹ iniq̄tatis nō nocebit eū. All'a ℣. Inueni dauid seruū meū oleo sā cto meo vnxi euz. Euangl'm. Ho mo quidā peregre proficiscens. Reqre retro. folio. clxxiij. Offer

Veritas mea ꝛ mīa mea cū ipso ꝛ in noīe meo exaltabit' cornu ei⁹. Sec.

Sancti germani cōfessoris tui atqz pōtificis q̄s domīe sollennitas: pietati tue nos red dat acceptos: vt per hec pia obla tiōis officia. Et illū bt̄a retribu tio comitet': ꝛ nos tibi gr̄e tue do na ꝯsilient. Per. Coīo. Domine quinqz talenta tradidisti michi ecce alia quiqz superlucratus sū: euge ser ue fidelis quia i pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituā: intra in gau diuz domini tui. Complendum.

Deus fideliuz remunerator animaꝝ: presta vt beati ger mani ꝯfessoris tui atqz pōtificis cuius sollēnitatez agim⁹: precib⁹ indulgētiaz cōsequamur. Per.

¶ In vincula sancti petri: offm̄.

Nunc scio vere q꞉ misit dn̄s angeluz suū ꝛ eripuit me de manu herodis ꝛ de om̄i ex pectatione plebis iudeoꝝ. ℣. Dn̄e probasti me et cognouisti me: tu co gnouisti sessionē meaz ꝛ resurrectio nē meā. Gl'ia p. Gloria in. Oro.

Deus qui beatū petrū apl'm a vinculis absolutū illesum abire fecisti: nr̄oꝝ q̄s absolue vi

cula pctoꝝ: ꝛ omnia mala a nobis propitiat⁹ exclude. p. Lcō actuū

In diebus illis: apostoloꝝ Egressus petr⁹ de carcere: venit ad domū marie matris iohānis q̄ cognoīatus est marcus vbi erāt multi ꝯgregati ꝛ orātes Pulsante aūt eo ad ostiū ianue: processit puella ad audiēduꝫ: nomine rodas. Et vt cognouit voceꝫ petri: pre gaudio nō aperuit ianuā: sed intro currēs nūciauit stare petrū ante ianuā. At illi dixerūt ad eā. Insanis. Illa autē affirmabat: sic se habere. Illi auteꝫ dicebāt. Angelus ei⁹ est. Petrus aūt perseuerabat pulsans. Cum aūt aperuissent ostiū: viderūt euꝫ ꝛ obstupuerūt. Annuēs autē eis manu vt tacerēt: enarrauit quomodo dn̄s eduxisset euꝫ de carcere. R. Constitues eos pricipes sup om̄eꝫ terrā: memores erūt noīs tui dn̄e. V. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij: ꝓ̄ter ea ppl'i ꝯfitebunt̄ tibi. All'a. V. Tu es petrus ꝛ super hanc petrā edificabo ecclesiā meaꝫ.

In illo tp̄e: Scd̄m marcuꝫ. Egressus est ihs et discipl'i eius ī castella cesaree philippi: ꝛ in via interrogabat discipl'os suos: dicēs eis. Quē me dicūt esse hoīes? Qui respōderunt illi: dicentes. Alij iohem baptistā: alij heliā: alij vero quasi vnū de prophetis. Tunc dicit illis. Vos vero quē me dicitis esse? Respōdēs petrus: ait ei. Tu es xp̄s. Et cōminat⁹ est eis: ne cui diceret de illo. Et cepit docer̄ illos: q̄m oportet filiū hoīs multa pati: ꝛ reprobari a senioꝛib⁹: et sūmis sacerdotibus ꝛ scribis: ꝛ occidi: ꝛ post tres dies resurgere. Et palam verbū loq̄batur. Et app̄hendēs eū petrus: cepit increpare eū. Qui cōuersus ꝛ vidēs discipulos suos: ꝯmunicat⁹ est petro dicens. Vade retro me sathanas: q̄m nō sapis que dei sūt: sed que hominū. Credo. Offer. Tu es petr⁹ ꝛ super hāc petrā edificabo eccl'iaꝫ meā ꝛ porte inferi nō preualebūt aduersus eā ꝛ tibi dabo claues regni celoꝝ

Oblatuꝫ tibi dn̄e sacri Se. ficiū munificet nos semp et muniat Per. Prefa. Te dn̄e sup plici. Coīo. Tu es petr⁹ ꝛ sup hāc petrā edificabo eccl'iaꝫ meā. Cōpl.

Corporis sacri ꝛ preciosi sāguinis repleti libamine q̄s dn̄e deus nr̄: vt qd̄ pia deuotiōe gerimus: certa redēptiōe capiamus. Per. Eodem die Oratio.

Fraterna nos dn̄e martyrū tuoꝝ corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa virtutū: et multiplici nos suffragio consoletur. Per do. Secre.

Iterata misteria dn̄e pro sāctoꝝ martyrū tuoꝝ sollēnitate deuota mente tractam⁹: quibus intercedētibus: q̄s nobis: ꝛ presidiū vite crescat ꝛ gaudiū. p.

Presta q̄s oẽs deus: Cōplē vt quoꝝ memoriā sacramē ti participatione recolim⁹: ipsoꝝ quoqꝫ fidē proficiēdo sectemur. Per. ¶ In nt̃e scti stephani pa.

Sacerdotes eius induāt salutare ꝛ scti eius exultatōe exultabūt. ℣. Memẽto dn̄e dauid: ꝛ oīs māsuetudīs eius. Gl̃ia.

Deus qui nos bt̃i ste. Orō. phāi martyris tui atqꝫ pōtificis annua sollennitate letificas: ꝯcede propiti⁹: vt cui⁹ natalitia colim⁹: de eiusdē etiam protectōe gaudeam⁹. Per. Lcō ep. ad

Fratres: Scti te hebre. c. xi stimōio fidei probati: nō acceperūt repromissiōes: deo pro nobis meli⁹ aliq̄d prouidēte: vt nō sine nobis ꝯsūmarētur. Ideoqꝫ ꝛ nos tantā habētes īpositaꝫ nubeꝫ testiū deponētes oēm pond⁹ ꝛ circūstās nos pcc̄m: per patiētiā curram⁹ ad propositū nobis certamē: aspiciētes in auctorē fidei ꝛ ꝯsūmatorē iesuꝫ: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē: ꝯfusione ꝯtēpta: atqꝫ in dexterā dei sedet. ℟. Sacerdotes eius induāt salutare ꝛ scti ei⁹ exultatōe exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid paraui lucernaꝫ xp̄o meo. All'a. ℣. Iurauit dn̄s ꝛ nō penitebit eū tu es sacerdos in eternū scd̄m ordinē melchisedech. Scd̄m lucaꝫ. cap. xix.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis: parabolā hanc. Homo quidā nobilis abiit in regiōes longīquaꝫ accipere sibi regnū: ꝛ reuerti. Vocatis aūt decē seruis suis: dedit illis decē mnas ꝛ ait ad illos. Negotiamī dū venio. Ciues aūt eius oderāt illū: ꝛ miserūt legatiōes post illū dicētes. Nolum⁹ hūc regnare super nos. Et factū est vt rediret: accepto regno. et iussit vocari seruos quib⁹ dedit pecuniā: vt sciret q̄ntū quisqꝫ negotiat⁹ esset. Venit aūt prim⁹: dicēs. Dn̄e: mna tua: deceꝫ mnas acq̄siuit. Et ait illi. Euge bone serue. Quia ī modico fidelis fuisti: eris potestatem habēs supra decē ciuitates. Et alter venit dicēs. Dn̄e: mna tua fecit quīqꝫ mnas. Et huic dixit. Et tu esto supra quīqꝫ ciuitates Et alter venit: dicens. Dn̄e: ecce mna tua: quā habui repositā in sudario. Timui enī te: q꞉ homo auster⁹ es. Tollis qd̄ nō posuisti ꝛ metis qd̄ nō semīasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue neq̄. Sciebas ꝙ ego austerus hō suꝫ tollēs qd̄ non posui: ꝛ metēs qd̄ nō semīaui. Et quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsaꝫ: ꝛ ego veniēs cū vsuris vtiqꝫ exegissē illā: Et astantib⁹ dixit. Auferte ab illo mnā: ꝛ date illi qui decē mnas habet. Et dixerūt illi. Dn̄e hēt deceꝫ mnas. Dico aūt vobis: q꞉ oī habēti dabit̄: et habūdabit. Ab eo aūt qui nō habet: et qd̄ habet

auferetur ab eo. Verũtamen ini micos meos illos qui noluerũt me regnare sup se: adducite huc et interficite ante me. Et his dictis: precedebat ascendẽs hierosolimã. Offer. Veritas mea ꝛ misericordia mea cũ ipso ꝛ in noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Munera tibi dñe dicata scti fica: ꝛ intercedẽte beato stephano martyre tuo atqꝫ pontifice: per eadẽ nos placat⁹ intende. Per. Coio. Semel iuraui in scto meo semen ei⁹ manebit in eternũ: et sedes eius sicut sol in cõspectu meo: et sicut luna perfecta in eternũ: et testis in celo fidelis. Complẽdum.

Hec nos cõmunio dñe purget a crimine: ꝛ intercedẽte bt̃o stephano martyre tuo atqꝫ pontifice: celestis remedij faciat esse cõsortes. Per dñm nostrũ.

¶ In inuẽtiõe scti stephani prothom. Offm̃ ad missaꝫ. Eteni sederũt. totũ. Epl'a. Stephanus plenus. Euangl'm. Dicebat iesus turbis. Reqre retro in alio festo in pricipio sctoꝛal'. fo. clxix. Oro

Omnipotens sempiterne deus: qui primitias martyrũ in bt̃i leuite stephani sanguĩe dedicasti: tribue q̃s: vt ipse pro nobis intercessor existat: qui pro suis etiã persecutoribus exorauit. Dñm nostruꝫ iesum. Secreta.

Suscipe dñe mũera pro tuorũ ɔmemoratiõe sctoꝝ: vt sicut illos passio glīosos: ita nos deuotio reddat innocuos. Per.

Auxiliẽtur nobis dñe Cõ. sũpta misteria: ꝛ intercedẽte bt̃o stephano prothomartyre tuo sẽpiterna protectõe ɔfirmet. Per. ¶ In n't'e scti dñici ɔfesso.

Os iusti meditabit' sapiẽtiaꝫ et ligua eius loquet' iudiciũ lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. ℣. Noli emulari in malignantib⁹: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniq̃tatem. Gl'ia.

Deus qui ecclesiã tuã Oro. beati dñici ɔfessoris tui illuminare dignat⁹ es: meritis ꝛ doctrinis: ɔcede vt ei⁹ intercessione tpalibus nõ destituat' auxilijs: ꝛ spũalibus semp proficiat incremẽtis. Per. Epl'a. Justũ deducit dñs. Reqre retro. fol. cxcj. ℟. Os iusti meditabit' sapiẽtiaꝫ ꝛ ligua eius loq̃tur iudiciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹ ꝛ nõ supplãtabũtur gressus ei⁹. All'a. ℣. Justus germiabit sicut liliũ ꝛ florebit i eternũ ante dñꝫ Euãgl'm. Qui vos audit me audit. Require retro. folio. clxxij. Offer. Desideriuꝫ aĩe eius tribuisti ei dñe ꝛ volũtate labioꝝ eius non fraudasti eũ posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Secreta.

Munera q̃s dñe dicata sctifica: et meritis bt̃i dñici ɔfessoris tui nobis ꝓficiãt ad medelã. Per. Coio. Fidelis seru⁹ ꝛ prudẽs quẽ ɔstituit dñs sup familiã suã vt det illis in tpe tritici mẽsurã. Cõ.

Concede q̄s omp̄s deus: vt qui pctõꝝ nostroꝝ ponde re premimur: bt̄i dn̄ici ꝯfessoris tui patrocinio subleuemur. Per do. ¶ In transfiguratione dn̄i.



Intonuit de celo dn̄s dedit vocẽ suã ꝛ aparuerũt fon tes aquaꝝ et reuelata sunt fundamẽta orbis terrarũ. ℣. Diligã te dn̄e fortitudo mea: dn̄s firmamẽ tuꝫ meũ et refugiuꝫ meũ ꝛ liberator meus. Gl'ia pa. Gloria in. Orõ.

Deus qui hodierna die vni genitũ tuũ mirabiliter trãs formatuꝫ celit⁹ vtriusq̄ꝫ testamẽ ti patrib⁹ reuelasti: da nobis q̄s: beneplacitis tibi actib⁹: ad eius semp contẽplãdaꝫ pertigere glo riaꝫ: in quo tue paternitati opti me cõplacuisse testatus es. Per.

Lcõ li. apoca. bt̄i iohis apl'i. ca. j

In diebus illis: Ego iohan nes cõuersus vidi septẽ can delabra aurea: ꝛ in medio septeꝫ candelabroꝝ aureoꝝ similẽ filio hoĩs vestitũ podere: et precin ctum ad mamillas zona aurea. Caput aũt eius ꝛ capilli erãt can didi: tanq̄ lana alba ꝛ tanq̄ nix. Oculi eius velut flãma ignis: et pedes ei⁹ similes auricalco sicut in camino ignis ardẽtis: ꝛ vox il li⁹ tanq̄ aquarũ multaꝝ. Et ha bebat ĩ dextera sua stellas septẽ: ꝛ de ore eius gladi⁹ ex vtraq̄ꝫ par te acut⁹ exibat: ꝛ facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cuꝫ vi disseꝫ eũ: cecidi ad pedes ei⁹ tan q̄ mortu⁹: ꝛ posuit sup me dexte raꝫ suã dicẽs. Noli timere: quia ego suꝫ primus ꝛ nouissim⁹ et vi uus ꝛ fui mortu⁹. Et ecce sum vi uẽs in secl'a seculoꝝ. R̄. Hec dies quã fecit dn̄s exultem⁹ ꝛ letemur in ea. ℣. Confitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in secl'm mĩa eius. All'a. ℣. Co rã tribus discipl'is trãsfiguratus ih̄s moysen ꝛ heliã amict⁹ splẽdore ostẽ dit ĩ maiestate. Scdꝫ mat. ca. xvij

In illo tp̄e: Assumpsit iesus petruꝫ et iacobũ et iohãneꝫ fratrẽ eius: ꝛ duxit illos in mõtẽ excelsuꝫ seorsum: et trãsfigurat⁹ est ante eos. Et resplenduit faci es ei⁹ sicut sol: vestimẽta autẽ ei⁹ facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses: et helias cũ eo loquẽtes. Respõdens aũt petrus dixit ad ih̄m. Dn̄e bonũ est nos hic esse. Si vis: faciam⁹ hic tria tabernacl'a. Tibi vnum: moysi vnũ: et helie vnũ. Adhuc eo loq̄nte: ecce nubes lucida obũ brauit eos. Et ecce vox de nube: dicẽs. Hic est fili⁹ meus dilect⁹: in quo michi bene ꝯplacui. Ipsũ audite. Et audiẽtes discipl'i: ce ciderũt in faciẽ suaꝫ: et timuerũt valde. Et accessit iesus: et tetigit eos: dixitq̄ꝫ eis. Surgite: ꝛ noli te timere. Leuãtes aũt ocl'os su os: nemĩeꝫ viderũt nisi solũ ih̄m. Et descendẽtibus illis de mõte precepit iesus dicẽs. Nemini di

xeritis visiõeꝫ: donec filius hoīs a mortuis resurgat. Offe. Ascēdēs dn̄s iesus in mōteꝫ excelsuꝫ trāsfigurat⁹ est corā trib⁹ discipl'is. Se.

SUscipe q̄s domine sc̄e pater oṗs munera que in gl'iosa filij tui trāsfiguratiōe deferimus: ꝛ ꝯcede propiti⁹: vt per hec a tpalib⁹ liberemur incomodis: et gaudijs cōuectemur eternis. Per. Coī. Ecce splēdor patris de quo ideꝫ ait: hic est fili⁹ meus dilect⁹ in quo michi cōplacui ipsum audite.

DEus qui hūc diem Cōplē. incarnati verbi tui trāsfiguratione: tueqꝫ ad eū missa paternitatis voce ꝯsecrasti: tribue q̄s: vt diuinis pasti alimonijs in ei⁹ mēbra trāsferre mereamur: qui hec in sui memoriā fieri ꝓcepisti. Per. ¶ In natale sc̄i sixti: offi.

SAcerdotes dei bn̄dicite dominū sc̄i et humiles corde laudate deū. ℣. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate ꝛ super exaltate eū in secl'a. Gl'ia pa. Orō.

DEus qui cōspicis qꝛ ex nulla nr̄a virtute subsistim⁹: cōcede propiti⁹: vt intercessione bt̄i sixti martyris tui atqꝫ pōtificis: ꝯtra oīa aduersa mūiamur. Per Lectio epistole beati pauli apostoli: ad hebreos. Capitulo. v.

Felix nanq3 es sacra virgo maria τ omni laude dignissima: q2 ex te ortus est sol iusticie: xp̄s deus noster. Se
Unigeniti tui dn̄e nobis succurrat humāitas: vt qui natus de virgine: matris integritatē nō minuit: sed sacrauit: in natiuitatis ei⁹ sollennijs: a nostris nos piaculis exuens: oblatiōe3 nostrā sibi faciat acceptā3. Qui tecū. Prefatio. Et te in natiuitate. Coīo. Beata viscera marie virgis que portauerūt eterni p̄ris filiū. Cō
Sumpsimus dn̄e celebritatis annue votiua sacramēta: p̄sta q̄s: vt et tēporalis nobis vite remedia p̄beāt et eterne. Per. ¶ Eodē die scti adriāi.
Presta q̄s op̄s deus: vt qui beati adriani martyris tui natalitia colim⁹: a cunctis malis imminētibus eius intercessionibus liberemur. Per do. Secre.
Munera q̄s dn̄e tibi dicata scīfica: τ intercedēte beato adriano martyre tuo: per eade3 placatus intēde. Per. Complē.
Beati adriani martyris tui dn̄e intercessiōe placatus: p̄sta q̄s: vt que tēporaliter gerimus: perpetua saluatiōe capiamus. Per. ¶ In nl'e scti gorgo.

Gloria et honore coronasti eu3 τ ꝯstituisti eū super opera manuū tuarū. ℣. Domine dn̄s noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Glia. Oro.
Sanctus tuus dn̄e gorgonius sua nos intercessiōe letificet: τ pia faciat sollēnitate gaudere. Per. Lcō ep̄l'e: ad timo. vj.
Karissime: Questus magn⁹ est pietas cū sufficiētia. Nichil enī intulimus in hūc mundu3: haud dubiū quia nec auferre quid possum⁹. Habētes aute3 alimēta: τ quibus tegamur: his contēti sum⁹. Nam qui volūt diuites fieri: incidūt in tēptatiōe3: et laqueum dyaboli: τ desideria multa nociua τ inutilia: que mergūt homīes in interitū: τ perditionē. Radix enī omniū malorū est cupiditas. Quā quidam appetētes: errauerūt a fide: et inseruerūt se doloribus multis. Tu autē homo dei: hec fuge. Sectare vero iusticiā: pietatem: fidem: karitate3: patiētiam: mansuetudine3. Certa bonū certamen fidei. Apprehēde vitam eternā in qua vocatus es: et ꝯfessus bonā confessionē cora3 multis testib⁹. Precipio tibi corā deo qui mirificat oīa: et xp̄o iesu dn̄o nostro.
℟. Posuisti dn̄e super caput eius corona3 de lapide precioso. ℣. Desideriū anime eius tribuisti ei τ volūtate labior2 eius nō fraudasti eu3. All'a. ℣. Justus nō conturbabitur q2 dominus firmat manū eius. Euangeliu3. Sedente iesu super mōtem oliueti. Require retro. Folio. cc.

Offer. Posuisti dn̄e in capite eius coronā de lapide precioso vitā petijt a te: tribuisti ei all'a. Secreta.

Grata sit tibi dn̄e nostre seruitutis oblatio: pro qua sanctus gorgonius martyr interueniat. Per. Coīo. Gloria ꝛ honore coronasti eū dn̄e deus in secl'a. Cō

Familiam tuā deus suauitas illa contīgat ꝛ vegetet: qua ī martyre tuo gorgonio xp̄i tui bono iugiter odore pascatur Per eundē. ¶ In natale scto℞ proti ꝛ iacīti: offi

Iudicāt scti gētes ꝛ domināt̄ur populis regnabit dn̄s deus illo℞ in perpetuū. ℣. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet laudatio Gl'ia pa. Oro.

Beati proti nos dn̄e et iacinti foueat preciosa cōfessio: ꝛ pia iugit̄ intercessio tueatur. Per. Lectio ep̄l'e beati pauli apostoli: ad corinthios. cap. iiij.

Fratres: Scitis q꜡ spectaculū facti sum⁹ mūdo: ꝛ angelis et hoībus. Nos stulti propter xp̄m: vos autē prudētes in xp̄o. Nos īfirmi: vos aūt fortes Vos nobiles: nos autē innobiles. Usq꜡ in hanc horā: et esurimus ꝛ sitimus: ꝛ nudi sumus: et colaphis cedimur: et instabiles sumus: et laboramus operātes manib⁹ nostris. Maledicimur: ꝛ benedicim⁹. Persecutiōes patimur: et sustinem⁹. Blasphemamur: ꝛ obsecramus. Tanq̄ purgamēta huius mūdi facti sum⁹: oīum peripsima vsq꜡ ad huc. In xp̄o iesu dn̄o nostro. ℟. Uindica dn̄e sanguinē sancto℞ tuo℞ qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuo℞ escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestijs terre. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti ꝛ tanq̄ scintille in arundineto discurrent in eternum. Scd'm metheū. ca. x

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Cum persequētur vos in ciuitate ista: fugite in aliā. Amen dico vobis: nō consummabitis ciuitates isr̄ael: donec veniat fili⁹ hominis. Non est discipulus super magistrū: neq꜡ seruus super dn̄m suū. Sufficit discipulo: vt sit sicut magister ei⁹ ꝛ seruo sicut dn̄s eius. Si patrē familias belzebub vocauerūt quāto magis domesticos eius? Non ergo timueritis eos. Nichil enī opertū q̄d non reueletur: neq꜡ occultum quod nō sciatur. Quod dico vobis ī tenebris: dicite in lumine. Et q̄d in aure auditis predicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autē nō possunt occidere: sed potius eū timete: qui potest animā et corpus perdere in gehēnam. Nonne duo passeres asse veneūt? Et vnus ex illis nō cadet super terrā: sine patre vestro. Uestri autē ꝛ capilli capitis oēs numerati sunt. Nolite

ergo timere. Multis passeribus meliores estis vos. Omis ergo qui cōfitebitur me corā hoībus: confitebor τ ego eū coram patre meo qui est in celis. Offer. Gloriabūtur in te omēs qui diligunt nomen tuū: quoniā tu dñe benedices iusto domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

Pro sanctorū martyrū tuorū proti et iacinti munera tibi dñe cōmemoratōe qua debemus exsoluētes: presta qs: vt remedium nobis perpetue salutis operetur. Per d. Coīo. Posuerūt mortalia seruorū tuorū dñe escas volatilibus celi carnes scōrū tuorū bestijs terre scđm magnitudinē brachij tui posside filios morte punitorū. Cōp

Ut percepta nos dñe tua sācta purificent: bti proti τ iacinti qs imploret oratio. Per d.

¶ In exaltatione sancte crucis.

Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu xpi: in quo est salus vita τ resurrectio nostra per quē saluati τ liberati sumus. ℣. Deus misereatur nostri τ benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos τ misereatur nostri. Glia.

Deus qui vnigēiti tui Orō. dñi nostri iesu xpi precioso sanguine humanū genus redimere dignatus es: cōcede propitius: vt qui ad adorādam viuificam crucē adueniūt: a peccatorū suorū nexibus liberētur. Per eū.

Lcō ep'le bti pa. ap. ad phi. ca. ij

Fratres: Christus factus est pro nobis obediēs patri vsq ad mortē: mortem autē crucis. Propter qđ et deus illū exaltauit: et donauit illi nomen: qđ est super omē nomen: vt in nomine iesu omē genu flectatur: celestiū: terrestriū: τ infernorū. Et omis lingua cōfiteatur: qr dñs iesus xps in glia est dei pris. ℟.

Christus factus est pro nobis obediēs vsq ad mortē mortem autē crucis. ℣. Propter qđ et deus exaltauit illū: et dedit illi nomen qđ est super omne nomen. Alleluya. ℣. O crux benedicta: quia in te pependit saluator mundi τ in te triūphauit rex angelorū. Scđm iohānē. cap. xij.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis τ turbis iudeorū. Ego si exaltatus fuero a terra: omia trahā ad meipsū. Hoc autē dicebat: significās qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia xps manet in eternum. Et quomodo tu dicis. oportet exaltari filiū hoīs: Quis est iste fili⁹ hoīs: Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucē habetis: vt nō tenebre vos comprehēdant. Et qui ambulat in tenebris: nescit quo vadat. Dum lucē habetis credite in lucē: vt filij lucis sitis. Hec locut⁹ est iesus: τ abijt: τ

abscōdit se ab eis. Credo. Offe

Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me: non moriar sed viuā & narrabo opera dñi. Secreta.

Hec oblatio dñe ab omībus nos purget offensis: que in ara crucis etiā totius mūdi tulit offensam. Per dñm. Prefatio.

Qui salutē humani gene. Coio

Per signum crucis: de inimicis nostris libera nos deus noster. Cōpl.

Iesu xpi domini nr̄i corpore saginati q̄s dñe deus noster: vt sicut sacratū crucis illius vexillū adorare meruimus: et in perhēnis eius glorie salutari potiamur effectu. Per eundē dñz.

¶ Eodez die cornelij & cypriani



Sacerdotes dei bñdicite dominuz scti & humiles corde laudate deū. ℣. Benedicite oīa opera dñi dño: laudate & superexaltate eū in secl'a. Gl'ia. Oro

Infirmitatē nostrā quesumus dñe propiti⁹ respice: et mala oīa que iuste meremur: sctoꝝ tuoꝝ cornelij & cypriani intercessiōe auerte. Per. Lcō ep'le bt̄i pauli ap'li: ad hebreos. cap. x

Fratres: Rememorami priſtinos dies: in quib⁹ illuminati: magnū certamen sustinuistis passionū. Et in altero quidē in opprobrijs et tribulatiōibus spectaculū facti: in altero aūt socij taliter ꝯuersantiū effecti. Naz et vinctis cōpassi estis: & rapinā bonoꝝ nostroꝝ cuz gaudio suscepistis: cognoscētes vos habere meliorē & manētez substātiaz. Nolite itaqz amittere ꝯfidētiaz vestrā: que magnā habet remunerationē. Patientia enī vobis necessaria est: vt volūtatez dei facientes reportetis promissionē. Adhuc enī modicū aliq̄ntuluz: qui ventur⁹ est veniet: & nō tardabit. Iustus autē meus: ex fide viuit. ℟. Sacerdotes eius induā salutari & scti eius exultatōe exultabūt. ℣. Illuc producā cornu dauid paraui lucernaz xpo meo. All'a. ℣. Exultabūt scti in gloria letabūtur in cubilibus suis. Euangl'm. Ve vobis scribe & pharisei ypocrite. Require retro: in scto ypoli. fo. ccxj. Offe

Exultabunt sancti in gloria: letabūtur in cubilibus suis: exultatōes dei in faucibus eorum. Secreta oro.

Adesto dñe supplicatōibus nostris: quas in sctoꝝ tuoruz ꝯmemoratiōe deferimus: vt qui nr̄e iusticie fiduciā non habemus: eoꝝ qui tibi placuerūt meritis adiuuemur. Per do. Coio

Et si coraz hominibus tormēta passi sunt: deus tentauit illos tanq̄ aurū in fornace probauit illos et quasi holocausta accepit illos. Complēdū.

Quesumus dñe salutaribus repleti misterijs: vt quoruz sollēnia celebramus: eoruz orationibus adiuuemur. Per dñz.

¶ In natl'e scti nicomedis: offi.

Letabitur iust⁹ in dño ꝛ spe
rabit ī eo ꝛ laudabūtur oēs
recti corde. ℣. Exaudi de⁹
oratiōē3 meā cū3 depꝛecoꝛ: a timoꝛe
inimici eripe aīa3 meā. Gl'ia. Orō
Adesto dñe ppl'o tuo: vt bea
ti nicomedis martyris tui
merita pꝛeclara sucipiēs: ad im-
petrādā3 misericoꝛdiā tuā3 sem-
per ei⁹ patrociniis adiuuemur.
Per. Lcō eple: ad hebꝛe. ca. xiij.
Fratres: Doctrinis variis
ꝛ peregrinis: nolite abduci
Optimū est enī gratia stabilire
coꝛ: non escis: que nō pꝛofuerūt
ambulātibus in eis. Habemus
enī altare: de quo edere non ha-
bent potestatē: qui tabernaculo
deseruiūt. Quoꝝ eni3 animaliū
infertur sāguis pꝛo pctō in scta
per pontificē: hoꝝ3 coꝛpoꝛa cre-
mātur extra castra. Propter qd
et iesus vt scificaret per suū san-
guinē populu3: extra poꝛtā paſ-
sus est. Exeamus igitur ad eu3
extra castra: impꝛoperiu3 ei⁹ poꝛ
tantes. Non enī habem⁹ hic ma
nentē ciuitatē: sed futurā inqui-
rimus. Per ipsu3 ergo offeram⁹
hostiā laudis semper deo: id est
fructū labioꝝ confitētiu3 nomi-
ni eius. Beneficiētie autē ꝛ comu
nionis nolite obliuisci. Talibus
eni3 hostiis pꝛomeret deus. ℟.
Domie pꝛeuenisti eū in benedictio
nibus dulcedinis: posuisti in capite
eius coꝛonam de lapide pꝛecioso. ℣.
Uitam petiit ꝛ tribuisti ei longitudi
ne3 dierū in seculu3 seculi. All'a. ℣.
Beatus vir qui timet dñm in māda
tis eius cupit nimis. Euangeliu3.
Si quis vult post me venire. Re
quire retro. folio. clxxi. Offeren.
Gloria ꝛ honoꝛe coꝛonasti eū ꝛ cōsti
tuisti eū super opa manuū tuaꝝ dñe.
Intercessio scī nico- Secr.
medis: mīe tue domie mu-
nera nobis cōciliet: vt qd merita
nostra nō valent: eius depcatio
nobis indulgētiam valeat obti-
nere. Per. Coīo. Qui vult venire
post me abneget semetipsu3 ꝛ tollat
cruce3 suā ꝛ sequatur me. Cōplen.
Purificent nos domie sacra
mēta que sumpsim⁹: ꝛ inter
cedēte beato nicomede martyre
tuo: a cūctis efficiamur viciis ab
soluti. Per. ¶ In ntl'e scte eufe.
Uultum tuu3 depꝛecabūtur
omēs diuites plebis: addu
centur regi virgīes post ea
pꝛoxime eius adducētur tibi in leti-
cia et exultatione. ℣. Eructauit coꝛ
meū verbum bonu3: dico ego opera
mea regi. Gl'ia pa. Kyriel. Orō.
Omnipotēs sempiterne de-
us: qui infirma mundi eli-
gis: vt foꝛtia queq3 cōfundas: cō
cede pꝛopiti⁹: vt qui btē eufemie
martyris tue sollēnia colimus:
eius apd te patrocinia sentiam⁹.
Per. Lcō eple: ad coꝛin. i. ca. vii.
Fratres: Si quis turpe3 se
videri existimat super virgi

ne sua: qđ sit super adulta: et ita oportet fieri: qđ vult faciat. Non peccat: si nubat. Nā qui statuit in corde suo firmus: non habēs necessitatē: potestatem autē habens sue voluntatis: et hoc iudicauit in corde suo: seruare virginem suā: benefacit. In xpo iesu dño nostro. ℞. Specie tua ⁊ pulcritudine tua intēde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē ⁊ iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternū. Euanglm. Simile est regnū celorū thesauro. Require retro. fo clxxiiij. Offer. Offerētur regi virgines proxime eius offerētur tibi in leticia et exultatione adducentur in templū regi domino. Secreta.

PResta quesumus dñe deus noster: vt sicut in tuo cōspectu mors est preciosa sāctorū: ita eorū merita venerātiū: accepta tibi reddat oblatio. Per. Coīo. Principes persecuti sunt me gratis ⁊ a verbis tuis formidauit cor meū letabor ego super eloq̄a tua sicut qui inuenit spolia multa: cōcupiuit anima mea testimonia tua domie: et dilexit ea vehemēter. Complēdum.

SAnctificet nos dñe quesumus tui perceptio sacramēti: et intercessione beate eufemie martyris tue: tibi reddat acceptos. Qui viuis. ¶ In vigilia scti mathei aplī ⁊ euāgeliste: offi



Ego aūt sicut oliua fructificaui in domo dñi speraui in mia dei mei ⁊ expectabo nomen tuū: qm̄ bonū est ante ɔspectū sctoꝝ tuoꝝ. ℣. Quid gl'iaris in malitia: q̄ potēs es i iniq̄tate. Gl'a. Oro

DA nobis omnipotens deus: vt bti mathei aplī tui ⁊ euāgeliste quā preuenimus venerāda sollēnitas: ⁊ deuotōē nobis augeat ⁊ salutē. Qui. Lcō eplē bti pa. aplī: ad hebre. ca. vij. et. viij

FRatres: Lex homīes cōstituit sacerdotes: infirmitatē habētes. Sermo autē iurisiurandi qui post legem est: filiū in eternū perfectū. Capitulū super ea que dicūtur. Talē habemus pontificē qui consedit in dextera sedis magnitudīs in celis: sanctorū minister: et tabernaculi veri: quod fixit deus et non homo. Omnis eni pontifex: ad offerenda munera et hostias constituitur. Unde necesse est et hunc habere aliquid: quod offerat. ℞. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur i domo domini. ℣. Ad annūciandū mane misericordiam tuā ⁊ veritatē tuam per noctem. Scdm lucā. cap. vj.

IN illo tpe: Exiens iesus: vidit publicanū noīe leui: sedentē ad theloneū: ⁊ ait illi. Sequere me. Et relictis oībus: surgēs secut⁹ est eū. Et fecit ei cōui-

uium magnũ leui: in domo sua. Et erat turba multa publicanorum: z aliorũ qui cum illis erant discũbẽtes. Et murmurabãt pharisei z scribe eorũ: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatorib⁹ mãducatis et bibitis? Et respõdens iesus: dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui male habẽt. Non veni vocare iustos: sed peccatores ad penitẽtiam. Offer.

Gloria z honore coronasti eũ z constituisti eũ sup opera manuũ tuarum dñe.

Apostolice reuerẽtie Secr. culmen referẽs sacris mister ijs imbuẽdum: presta q̃s dñe: vt bti mathei apli et euãgeliste suffragijs: cuius natalitia preim⁹: hec plebs tua semp z sua vota depromat: z desiderata percipiat. Per. Coĩo. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Cõp

Beati mathei apostoli z euãgeliste q̃s dñe supplicatiõe placatus: et veniã nobis tribue: et remedia sempiterna concede. Per dñm no. ¶ In die: officiũ.

In medio eccl'ie aperuit os eius z impleuit eum domin⁹ spiritu sapientie z intellect⁹ stola glorie induit eũ. ℣. Bonum est confiteri dño: et psallere nomini tuo altissime. Glia pa. Glia in. Oro.

Beati mathei apostoli tui et euangeliste dñe precib⁹ adiuuemur: vt qđ possibilitas nr̃a nõ obtinet: eius nobis intercessione donetur. Qui viuis z reg.

Lectio libri prouerbiorum. cap. iij.

Beatus homo qui inueñit sapiẽtiam: z qui affluit prudẽtia. Melior est eni acquisitio ei⁹: negotiatione argẽti et auri: primi z purissimi. Fructus ei⁹: preciosior est cũctis opibus: z oĩa que desiderãtur: huic nõ valent cõparari. Longitudo dierum in dextera eius: in sinistra illi⁹ diuitie z gloria. Vie eius vie pulcre: et oms semite illius pacifice. Lignum vite est his qui apprehẽderunt eam: et qui tenuerit eam beatus. Dñs sapiẽtia fundauit terram: stabiliuit celos prudentia. Sapiẽtia illius eruperũt abissi: z nubes rore concrescũt. ℟. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ z in fines orbis terre verba eorum. ℣. Celi enarrant gloriã dei: et opera manuũ eius annũciat firmamẽtum. All'a. ℣. Nimis honorati sũt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Scdm matheũ. ca. ix.

In illo tpe: Uidit iesus hominẽ sedentem in theloneo: matheum noĩe: et ait illi. Sequere me. Et surgẽs: secutus est eũ. Et factũ est discumbẽte eo in domo: ecce multi publicani z peccatores veniẽtes: discũbebant cum iesu: z discipl'is eius. Et vidẽtes pharisei: dicebãt discipl'is eius. Quare cum publicanis: et pcco-

ribus mādu cat magister vester: At iesus audiens: ait. Non est opus valētibus medic⁹: sed male habētibus. Euntes aūt discite: quid est misericordiaꝫ volo et non sacrificiū. Non enī veni vocare iustos: sed pctores. Credo

Offer. Posuisti dñe in capite eius coronaꝫ de lapide precioso vitaꝫ petijt a te: tribuisti ei all'a. Secreta.

Supplicatiōibus beati mathei apostoli ꝛ euangeliste: q̄s ecclesie tue dñe ꝯmēdetur oblatio: cui⁹ magnificis predicationibus eruditur. Per. Prefatio. Te dñe supplicit. Coīo. Magna est gl'ia eius i salutari tuo gl'iaꝫ ꝛ magnuꝫ decorē impone super eum dñe.

Perceptis dñe sacramētis: beato matheo ap'lo tuo ꝛ euāgelista interueniēte deprecamur: vt que pro ei⁹ celebrata sunt gl'ia: nobis proficiant ad medelā. Qui viuis. ¶ In natale sancti mauricij et socioꝝ: offm̄



Venite benedicti patris mei percipite regnuꝫ all'a quod vobis paratū est ab origine mūdi all'a all'a all'a. ℣. Confitemini dño ꝛ inuocate nomē eius: annūciate inter gētes opera ei⁹ Gl'ia. Oro

Deus qui nos ꝯcedis scōꝝ martyrū tuorū mauricij et socioꝝ ei⁹ natalitia colere: da nobis in eterna beatitudīe de eorū societate gaudere. Per dñꝫ no.

Lcō ep'le bt̄i pa. ap. ad ephe. c. iij

Fratres: Michi oīm scōꝝ minimo data est gr̄a hec ī gentib⁹: euāgelizare inuestigabiles diuitias xp̄i: ꝛ illumiare oīs q̄ sit dispēsatio sacramēti abscōditi a sec'lis in deo qui oīa creauit vt innotescat pricipib⁹: ꝛ potestatib⁹ in celestibus: per eccl'iaꝫ multiformis sapiētia dei: scōm prefinitiōeꝫ secl'oꝝ: quā fecit in xp̄o iesu dño nr̄o: in quo habem⁹ fiduciā ꝛ accessuꝫ in ꝯfidētia per fidē eius. Propter qđ peto ne deficiatis in tribulatiōib⁹ meis pro vobis: que est gl'ia vr̄a. Huius rei gr̄a flecto genua mā ad pr̄eꝫ dñi nr̄i iesu xp̄i. ℟. Timete dñꝫ oms scī eius qm̄ nichil deest timētib⁹ eū. ℣. Inquirētes aūt dñm nō deficiēt oīm bono. All'a. ℣. Mirabilis dñs noster in scīs suis. Scōꝫ mat. c. x.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio lupoꝝ. Estote ergo prudentes sicut serpentes: ꝛ simplices sicut colūbe. Cauete aūt ab hoībus. Tradēt enī vos in ꝯsilijs: ꝛ in synagogis suis flagellabūt vos: ꝛ ad reges ꝛ presides ducemini propter me in testimoniū illis: ꝛ gētib⁹. Cū autē tradēt vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enīꝫ vobis in illa hora quid loquamini. Non enīꝫ vos estis qui loquimini: sed sp̄us patris vr̄i qui loqtur in vobis. Tra

det autē frater fratrē in mortes: et pater filiū: et insurgent filij in parētes: et morte eos afficiēt. Et eritis odio omnibus hoībus: propter nomen meū. Qui aūt perseuerauerit vsqz in finē hic saluus erit. Offe. Letamini in dño et exultate iusti et gl'iamini oēs recti corde.

Munera tibi dñe nr̄e Secr. deuotiōis offerimus: que et pro tuorū tibi grata sint honore iustorum: et nobis salutaria te miserante reddātur. Per do. Coīo. Posuerūt mortalia seruorū tuorum dñe escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorū bestijs terre: scđm magnitudinem brachij tui posside filios morti punitorum. Complendum.

Presta nobis dñe q̄s: intercedētibus sctis tuis: vt que ore ɔtingim⁹ pura mēte capiam⁹ Per. ¶ In natale scti castoris.

Statuit ei dñs testamētum pacis et principē fecit eum vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. ℣. Misericordias domini: in eternū cantabo Gloria pa. Orō

Da quesumus oṗs deus: vt beati castoris ɔfessoris tui: atqz pontificis venerāda sollēnitas: et deuotiōem nobis augeat et salutem. Per. Ep'la. Ecce sacerdos magn⁹. Require. fo. clxxiij. ℟. Inueni dauid seruū meum oleo sancto vnxi eū manus enī mea auxiliabitur ei et brachiū meum confortauit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo et fili⁹ iniq̄tatis nō nocebit eum. All'a. ℣. Inueni dauid seruum meū oleo scto meo vnxi eum. Euangl'm Sint lūbi vestri precicti. Require retro. fo. ccxvj. Offe. Ueritas mea et mia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Sancti tui nos quesum⁹ domine vbiqz letificēt: vt dum eorū merita recolim⁹ patrocinia sentiam⁹. Per. Coīo. Dñe quiqz talēta tradidisti michi: ecce alia quiqz superlucrat⁹ sum euge serue fidelis qz in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam intra in gaudium dñi tui.

Presta q̄s omṗs de- Cōplē. us: vt de perceptis muneribus gr̄as exhibentes: beneficia potiora sumam⁹. Per. ¶ In natale sctorum cosme et damiani: offi.

Sapientiam sctorum narrēt populi et laudē eorū nūciet ecclesia: nomen aūt eorum viuet in scl'm scl'i. ℣. Exultate iusti in dño: rectos decet laudatio. Gl'ia. Orō.

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui sanctorū tuorum cosme et damiani natalitia colimus: a cūctis malis imminētibus eorū intercessiōibus liberemur. Per. Lectio epistole beati pauli apostoli: ad hebreos. capl'o. vj.

Frēs: Impossibile est eos q̄ semel illumiati sunt: gustauerūt et donum celeste: et participes sunt facti sp̄ūs sancti: gustauerūt nichilomin⁹ bonum dei ver

bus: virtutesq3 secl'i vēturi: ꝛ pro lapsi sunt: renouari rursu3 ad penitētia3: rursus crucifigētes sibi metipsis filiū dei: ꝛ ostētui habētes. Terra enī sepe veniēte3 sup se bibens ymbrē: et generās herbam oportunā illis: a quib' colitur: accipit bn̄dictiōe3 a deo. ℞. Clamauerūt iusti et dn̄s exaudiuit eos ꝛ de oīmibus tribulatōibus eoꝝ liberauit eos. ℣. Iuxta est dn̄s his qui tribulato sūt corde ꝛ hūiles spiritu saluabūt. Allā. ℣. Scti tui dn̄e benedicēt te gloriā regni tui dicent. Euangl'm. Hec mando vobis. Require retro. Folio. clxxxviij. Offer. Gloriabūtur in te oīs qui diligūt nomen tuu3 qm̄ tu dn̄e benedices iusto: dn̄e vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Secreta. Sanctoru3 tuoꝝ nobis dn̄e pia non desit oratio: que et munera nr̄a conciliet: ꝛ tua3 nobis indulgētia3 semp obtineat: Per. Coīo. Iustoru3 aīe in manu dei sunt ꝛ nō tanget illos tormētum malitie visi sūt oculis insipiētiu3 mori illi autē sunt in pace. Cōplendū. Protegat dn̄e quesum' populū tuu3: ꝛ participatio celestis indulta cōuiuij: et depreca tio collata sanctorū. Per dn̄m.

¶ Dedicatio sancti michaelis.

Benedicite dn̄m oīs angeli eius potentes virtute qui facitis verbū eius ad audiēda3 vocem sermonū eius. ℣. Benedic anima mea domio: et omnia que intra me sūt nomini scto eius. Gloria patri. Gloria in excelsis. Orō Deus qui miro ordine angeloꝝ: ministeria hominūq3 dispensas: ꝯcede propitius: vt a quib' tibi ministrātibus in celo semper assistitur: ab his in terra nr̄a vita muniatur. Per. Lectio libri apocalip. btī iohis apl'i. c. j.

In dieb' illis: Significauit deus que oportet fieri cito: loquēs per angelum suu3: seruo suo iohanni: qui testimoniū perhibuit verbo dei: ꝛ testimoniū iesu xp̄i quecūq3 vidit. Beatus q̄ legit et qui audit verba prophetie hui': et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enī prope est. Iohānes septē ecclesijs que sūt in asia. Gratia vobis ꝛ pax ab eo, qui est ꝛ qui erat: et qui vēturus est: ꝛ a septe3 spiritib' qui in ꝯspectu throni eius sunt: ꝛ a iesu xp̄o qui est testis fidelis: primogenitus mortuoꝝ: ꝛ prīceps regū terre. Qui dilexit nos: ꝛ lauit nos a pcc̄is nostris in sanguīe suo. ℞. Benedicite dn̄m oīs angeli eius: potētes virtute qui facitis verbū ei' ℣. Benedic anima mea dn̄o: et omnia interiora mea nomen scm̄ eius. Alleluya. ℣. In cōspectu angeloru3 psalla3 tibi domīe deus meus. Scd̄m matheū. capitulo. xviij.

In illo tp̄e: Accesserūt discipuli ad ihm̄: dicētes. Quis

putas maior est in regno celoꝝ? Et aduocās iesus paruulū: statuit eum in medio eoꝝ: et dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis: et efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnū celorum. Quicūqꝫ ergo humiliauerit se sicut paruulꝰ iste: hic est maior in regno celoꝝ. Et qui susceperit vnū paruulū talē in noīe meo: me suscipit. Qui aūt scandalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credūt: expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius: ꝛ demergatur in profūdū maris. Ve mundo a scandalis. Necesse est enī: vt veniāt scandala. Uerūtamen ve homī illi: per quē scandalū venit. Si autē manus tua: vel pes tuꝰ scandalizat te: abscide eum et proiice abs te. Bonū tibi est ad vitam ingredi debilē vel claudum: quā duas manꝰ vel duos pedes habētem: mitti in ignem eternū. Et si oculus tuꝰ scandalizat te: erue eū et proiice abs te. Bonū tibi est cū vno oculo intrare in vitā: ꝙ duos oculos habētem: mitti in gehennā ignis. Uidete: ne contēnatis vnū ex his pusillis. Dico enī vobis: quia angeli eoꝝ semper vidēt faciē patris mei: qui in celis est. Credo. Offerē. Stetit angelus iuxta aram tēpli habēs thuribulū aureum in manu sua: et data sunt ei incēsa multa ꝛ ascēdit fumus aromatū in conspectu dei all'a. Se.

Hostias tibi dn̄e laudis offerimus: suppliciter deprecātes: vt easdē angelico pro nobis interueniēte suffragio: ꝛ placatus accipias: et ad salutem nostrā prouenire concedas. Per. Coīo. Benedicite oīs angeli domini dn̄o: hymnū dicite ꝛ superexaltate eum in secula. Complendum

Beati archāgeli tui michaelis intercessiōe suffulti: supplices te dn̄e deprecamur: vt qđ ore proseqmur: contigamꝰ ꝛ mēte. Per. ¶ In nāle scti hieronimi

In medio eccl'ie aperuit os eius ꝛ impleuit eū dominꝰ spiritu sapientie ꝛ intellectꝰ stola glorie induit eū. ℣. Bonū est confiteri dn̄o: et psallere nomini tuo altissime. Gloria patri. ꝛc. Oratio

Da quesumus oīpotēs deus: vt beati hieronimi confessoris tui venerāda sollēnitas: et deuotionē nobis augeat et salutem. Per. Euanglm. Ecce sacerdos magnus. Require retro folio. clxxiij. ℟. Os iusti meditabitur sapiētiā ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius i corde ipsiꝰ et nō supplātabuntur gressus eius. Alleluya. ℣. Justus germinabit sicut liliū et florebit in eternū ante dominū. Euanglm. Uigilate quia nescitis qua hora dn̄s vester venturus sit. Require retro in natale scti siluestri. fo. clxxij. Offerē.

Ueritas mea ⁊ mia mea cũ ipso ⁊ in noie meo exaltabit͛ cornu ei⁹. Secr͛

Sancti tui nos quesum⁹ domine vbiq₃ letificẽt: vt dum eorũ merita recolim⁹ patrocinia sentiam⁹. Per. Coĩo. Dñe quiq₃ talẽta tradidisti michi ecce alia quinq₃ superlucratus su₃: euge serue fidelis q₂ i pauca fuisti fidelis supra multa te ↄstituã: intra in gaudiũ dñi tui.

Presta q̃s ops deus: Cõpl. vt de perceptis mũeribus gr̃as exhibẽtes: bñficia potiora sumam⁹. Per. ¶ In n̄ſe sc̃ti frã.

Os iusti meditabitur sapientiã ⁊ ligua eius loquetur iudiciu₃: lex dei eius in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignãtibus: neq₃ ₃elaueris faciẽtes iniquitate₃. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Da q̃s ops deus: vt bt̃i francisci ↄfessoris tui vener[redacted]da sollẽnitas: ⁊ deuotiõe₃ nobis augeat ⁊ salutẽ. Per do. Ep̄la. Iustus cor suũ tradet. Req̄re retro fo. clxxij. ℞. Dñe preuenisti eũ in benedictiõibus dulcedis posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. ℣. Uitã petijt ⁊ tribuisti ei lõgitudinem dierũ in seculũ seculi. All'a. ℣. Iustus germiabit sicut liliũ ⁊ florebit in eternũ ante dñm. Euangl'm Qui vos audit me audit. Req̄re folio. clxxij. Offe. Desideriu₃ aie ei⁹ tribuisti ei dñe ⁊ volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Se

Sancti tui nos q̃s dñe vbiq₃ letificẽt: vt du₃ eorũ merita recolim⁹ patrocinia sentiam⁹. Per. Coĩo. Fidelis seruus ⁊ prudẽs que₃ ↄstituit dñs super familia₃ suã vt det illis in tp̄e tritici mẽsura₃.

Presta q̃s ops deus: Cõpl. vt de perceptis muneribus gr̃as exhibẽtes: bñficia potiora sumam⁹ Per. ¶ In n̄ſe sc̃e fidis

Dilexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitate₃ propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre ↄsortibus tuis. ℣. Eructauit cor meu₃ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri ⁊c. Oratio.

Indulgẽtia₃ nobis dñe beata fides virgo ⁊ martyr imploret: que tibi grata semp extitit: ⁊ merito castitatis: et tue professiõe virtutis. Per. Lectio ep̄le ad corinthios secũda. ca. x. et. xj.

Fratres: Qui gloriatur: in dño glorieẽt. Non enĩ qui se ipsu₃ comẽdat ille probatus est: sed quẽ de⁹ comẽdat. Utinã sustineretis modicu₃ q̃d insipiẽtie mee: sed ⁊ supportate me. Emulor enĩ vos: dei emulatione. Despondi enĩ vos vni viro virgine₃ casta₃ exhibere xp̄o. ℞. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurẽ tua₃ q₂ cõcupiuit rex speciẽ tuam. ℣. Specie tua et pulcritudine tua: intẽde prospere procede et regna. All'a. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternũ. Euangl'm

Simile est regnū celoꝝ decē vir. Reqre retro. folio. clxxv. Offer. Filie regū in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta. Suscipe munera dn̄e que tibi in btē fidis martyris tue sollennitate deferimꝰ: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per. Coio. Simile est regnū celorū homī negotiatori querēti bonas margaritas inuēta vna preciosa margarita dedit oīa sua ꝛ cōparauit eaꝫ. Complen. Auxilietur nobis dn̄e sūpta misteria: et intercedēte btā fide martyre tua sēpiterna protectiōe cōfirmet. Per.

¶ In natale sancti marci pape.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominuꝫ scti ꝛ humiles corde laudate deū. ℣. Benedicite om̄ia opera dn̄i dn̄o: laudate ꝛ superexaltate eū in secl'a. Gl'ia. Oro Exaudi dn̄e q̄s preces nr̄as ꝛ intercedēte btō marco cōfessore tuo atqꝫ pontifice: supplicationes nr̄as placatus intēde. Per. Lectio libri eccl'i. cap. xxiiii. Dedit dn̄s ꝯfessiōem scō ex celso: in verbo gl'ie. De om̄i corde suo laudauit dn̄ꝫ: ꝛ dilexit eū qui fecit illū. Et dedit ei cōtra inimicos potētiaꝫ: ꝛ stare fecit cātores cōtra altare: ꝛ in sono eorū dulces fecit modos. Et dedit in celebratiōibus decus: ꝛ ornauit tēpora vsqꝫ ad ꝯsūmatiōeꝫ vite. Xp̄s purgauit pctā ipsiꝰ: et exaltauit in eternū cornu ipsiꝰ. Sapiētia laudabit animaꝫ suā: et in dn̄o honorabit̄: ꝛ in medio ppl'i sui gl'iabitur: ꝛ in ecclesijs altissimi aperiet os suū: et in cōspectu virtutis illiꝰ gloriabitur. In medio ppl'i exaltabitur: ꝛ in plenitudine scā admirabitur: ꝛ in multitudine electoꝝ habebit laudē: ꝛ inter benedictos benedicetur. ℟. Inueni dauid seruū meuꝫ oleo sancto vnxi eū manus eni mea auxiliabitur ei ꝛ brachiū meuꝫ confortauit euꝫ. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo ꝛ filꝰ iniq̄tatis nō nocebit euꝫ. All'a. ℣. Jurauit dn̄s ꝛ nō penitebit eū tu es sacerdos in eternū scd̄m ordineꝫ melchisedech. Euangl'm. Homo quidā nobilis. Require retro. folio. ccvij. Offe. Ueritas mea ꝛ mia mea cuꝫ ipso ꝛ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secr. Benedictio tua domine larga descēdat: que et munera nostra deprecāte scō marco cōfessore tuo atqꝫ pōtifice tibi reddat accepta: ꝛ nobis sacramētuꝫ redēptionis efficiat. Per. Coio Beatus seruus quē cuꝫ venerit dn̄s inuenerit vigilāteꝫ amen dico vobis super oīa bona sua ꝯstituet eū. Cōp Da quesumus domīe fidelibus ppl'is scōꝝ tuorū semper veneratiōe letari: et eorū perpetua supplicatiōe muniri Per.

¶ In n'le scōꝝ dio. rusti. ꝛ eleu.


Clamauerũt iusti ⁊ dñs ex-audiuit eos: et ex oibus tribulatiõbus eoꝛũ liberauit eos. ℣. Bñdicaꝫ dñm in omi tẽpore: semꝑ laus eius in oꝛe meo. Gl'ia.

Deus qui nos ꝯcedis Oro. sanctoꝝ martyrũ tuoꝝ dionisij: rustici: et eleutberij natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eoꝝ societate gaudere. Per. Ep'la. Sancti per fideꝫ vicerunt. Require. fo. clxxiiij. ℟. Iustoꝝ anime in manu dei sunt et nõ tanget illos toꝛmẽtuꝫ malitie. ℣. Uisi sunt oculi insipientiuꝫ moꝛi: illi autẽ sunt in pace. All'a. ℣. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Euang'lm. Descendẽs iesus de mõte. Require retro: in natatale sctoꝝ fabiani ⁊ seba. fo. clxxiiij. Offer. Mirabilis deus in sãctis suis: deus israel ipse dabit virtutẽ ⁊ foꝛtitudieꝫ plebis sue bñdictus deus all'a. Se.

Munera tibi dñe nostre deuotiõis offerimus: que etiã pꝛo tuoꝝ tibi grata sint honoꝛe iustoꝝ: et nobis salutaria te miserãte reddãtur. Per. Coio. Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fructũ afferatis: et fructus vester maneat.

Presta nobis dñe Complẽ. q̃s intercedẽtibus sctis tuis: vt que oꝛe contigimus: pura mẽte capiamus. Per dominuꝫ.

¶ In natale scti marcialis epi. Officiũ ad missaꝫ. Quere in cõmuni: in natale vni' apli. Oro.

Deus qui populo tuo agnitiõem tui noĩs per beatissimuꝫ marcialẽ discip'lm tuũ atqꝫ pontificẽ reuelasti: pꝛesta q̃s: vt sicut in terris doctoꝛ extitit veritatis: ita nobis in celo indulgentiaꝫ obtineat tue pietatis. Qui.

Omnipotens sempi- Secr. terne deus: munera que tue maiestati offerim' per beatissimi marcialis discip'li tui atqꝫ pontificis intercessiõem: fac nobis ad eternã pꝛoficere saluteꝫ. Qui vi.

Salutis nr̃e sũptis Cõplẽ. sacramẽtis misericoꝛs de': concede q̃s: vt beatissimi marcialis discipuli tui atqꝫ pontificis: intercessionibus nr̃e pꝛauitatis vinc'la soluãt: ⁊ tue pꝛopitiatõis nobis dona cõciliẽt. Qui viuis.

¶ In nr̃e scti firmini epi ⁊ ꝯfess. Officiũ ad missaꝫ: quere in ꝯmuni: in nr̃e vnius episcopi ⁊ ꝯfesso.

¶ In natale sancti calirti pape.


Sacerdotes dei bñdicite dominuꝫ scti ⁊ humiles coꝛde laudate deũ. ℣. Benedicite om̃ia opera dñi dño: laudate ⁊ superexaltate eũ in secl'a. Gl'ia. Oro

Deus qui nos ꝯspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amoꝛẽ tuũ nos misericoꝛdiť per sctoꝝ tuoꝝ exẽpla restaura. P.

Lcõ ep'le btĩ pa. ap. ad hebꝛe. c. x

Fratres: Terribilis est expectatio iudicij: et ignis emulatio: que ꝯsũptura est aduersa-

rios. Irritam quis faciēs lege3
moysi: sine vlla miseratiōe duo
bus: vel tribus testib⁹ moritur.
Quātomagis putatis deterio
ra mereri supplicia qui filiu3 dei
ꝯculcauerit: ⁊ sanguinē testamē
ti pollutū duxerit in quo scīfica
tus est: et spūi gratie ꝯtumeliā fe
cerit: Scimus eni illū qui dixit.
Michi vindictā: et ego redda3.
Et iteru3. Quia iudicabit dn̄s
populū suu3. Horrendum est in
cidere in manu dei viuentis. R.
Inueni dauid seruū meu3 oleo san
cto vnxi eū: manus eni mea auxilia
bitur ei ⁊ brachiū meu3 confortauit
eu3. V. Nichil proficiet inimicus in
eo ⁊ fil⁹ iniquitatis nō nocebit eu3.
Alla. V. Iurauit dn̄s ⁊ nō penite
bit eū tu es sacerdos in eternū scd̄m
ordine3 melchisedech. Euangl'm.
Vigilate: q2 nescitis qua hora.
Require retro. fol. clxxij. Offer.
Ueritas mea ⁊ mia mea cū ipso ⁊ in
noie meo exaltabit' cornu ei⁹. Secr
Mistica nobis dn̄e prosit ob
latio: que nos ⁊ a reatibus
nostris expediat: et perpetua sal
uatiōe cōfirmet. Per do. Coio.
Beatus seruus quē cu3 venerit dn̄s
inuenerit vigilāte3 amen dico vobis
super oia bona sua ꝯstituet eū. Cōp
Quesumus oīpotens deus:
vt et reatū nostru3 munera
sacrata purificēt: et recte viuēdi
in nobis operētur effectu3. Per.
¶ In natl'e scti luce euāgeliste.


In medio eccl'ie aperuit os
eius ⁊ impleuit eu3 domin⁹
spiritu sapientie ⁊ intellect⁹
stola glorie induit eū. V. Bonu3 est
confiteri dn̄o: et psallere nomini tuo
altissime. Gloria patri. ⁊c. Oratio
Interueniat pro nobis dn̄e
q̄s scus tuus lucas euāge
lista: qui crucis mortificatōe3 iu
giter ī suo corpore: pro tui noīs
honore portauit. Qui vi. Lectio
ep'le bti pa. apl'i: ad corin. j. ca. ix
Fratres: Qui altario serui
unt: cū altario participant.
Ita ⁊ dn̄s ordiauit his qui euā
geliu3 annūciant: de euāgelio vi
uere. Ego autē: nullo horū vsus
sum. Non scripsi autē hec: vt ita
fiāt in me. Bonum est eni michi
magis mori: q̄ vt gloriā meam
quis euacuet. Nam si euāgeliza
uero: non est michi gl'ia. Necessi
tas eni michi incūbit. Ve eni mi
chi est: si non euāgelizauero. Si
autē nolēs hoc ago: mercedē ha
beo. Si aūt inuitus: dispēsatio
michi credita est. Que est ergo
merces mea: Ut euāgelium pre
dicās: sine sumptu ponā euāge
liu3: et nō abutar potestate mea
in euāgelio. Nam cū liber essem
ex oībus: oīum me seruū feci: vt
plures lucrifacerē. Et fact⁹ sum
iudeis tanq̄ iude⁹: vt iudeos lu
crifacerē. His qui sub lege sunt.
quasi sub lege essem: cum ipse nō
esse3 sub lege: vt eos qui sub lege

erant lucrifacerē. His qui sine le
ge erāt: tanq̄ sine lege essem: cū si-
ne lege dei nō essem: sed in lege es-
sem xpi: vt lucrifacerē eos qui si-
ne lege erant. Factus sum infir-
mis infirmus: vt infirmos lucri-
facerem. Omnibus om̄ia factus
sum: vt om̄es facerē saluos. Om
nia autem facio propter euange-
liū: vt particeps eius efficiar. ℞.
Iustus vt palma florebit: sicut ce-
drus libani multiplicabitur i domo
dn̄i. ℣. Ad annūciandum mane miam
tuā et veritatem tuā per noctē. Alla.
℣. Nimis honorati sūt amici tui de-
us: nimis cōfortatus est pricipatus
eorum. Scdm lucam. capitulo. x.
In illo tpe: Designauit do-
minus iesus: et alios septua
ginta duos: et misit illos binos
ante faciem suā: in omnē ciuitatē
et locū: quo erat ipse ventur⁹. Et
dicebat illis. Messis quidē mul
ta: operarij autem pauci. Rogate
ergo dn̄m messis: vt mittat ope-
rarios in messem suā. Ite. Ecce
ego mitto vos: sicut agnos inter
lupos. Nolite portare sacculum:
neqz peram: neqz calciamēta: et
neminē per viam salutaueritis.
In quācunqz domū intraueri-
tis: primum dicite. Pax huic do-
mui. Et si ibi fuerit fili⁹ pacis: re-
quiescet super illū pax vr̄a. Sin-
autē ad vos reuertetur. In eadē
autē domo manete: edentes et bi
bentes: que apud illos sunt. Di-
gnus est eni operarius mercede
sua. Credo. Offer. Michi autem
nimis honorificati sunt amici tui de⁹
nimis confortatus est pricipatus eor.
Donis celestibus da Secr.
nobis q̄s dn̄e libera mente
seruire: vt munera que deferim⁹:
interueniēte bt̄o luca euāgelista
et medelā nobis operent̄ et glīam.
Per. Prefatio. Te dn̄e supplici.
Coio. Uos qui secuti estis me i re-
generatiōe cum sederit filius homis
sedebitis et vos super duodecim se-
des iudicantes israel. Cōplendū.
Presta q̄s omps deus: vt id
qd de scto altari tuo perce-
pim⁹: bt̄i luce euāgeliste tui pre-
cib⁹ nobis ad remediū animarū
nostrar proficiat: et tuis nos fa-
ciat inherere mādatis. Qui vi.
¶ In nt̄e vndeci miliū virginū.
Ultum tuum deprecabūtur
om̄es diuites plebis: addu
centur regi virgies post ea
proxime eius adducētur tibi in leti-
cia et exultatione. ℣. Eructauit cor
meū verbum bonum: dico ego opera
mea regi. Gloria patri. &c. Oratio
Deus qui es gloria virginū
et amator ear: qui bt̄e vrsu-
le in palma martyrij ptulisti vn-
decim miliū virginum comitatū:
concede nobis ear multiplici in
teruētu: petitionū efficatiā: fidei
ptātiam: et operis puritatē. Per.
Epl̄a. Sapiētia laudabit aīam
suā. Require retro. folio. ccv. ℞.

Gl'iosus deus in sctis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e gl'ificata est in virtute dextera man⁹ tua ꝯfregit inimicū All'a ℣. Mirabilis dn̄s noster i sctis suis. Euangl'm. Simile est regnū celoꝝ decē virgi. Require. fo. clxxv. Offer. Offerētur regi virgies: proxime ei⁹ offerētur tibi i leticia ꝛ exultatōe adducētur in tēpluz regi dn̄o.

Hostiaruz nr̄aꝝ dn̄e ti- Se. bi duotio placeat: ꝛ qđ in ea pro nr̄a fragilitate deest: bt̄e vrsule ꝛ sociaꝝ ei⁹ vndeci miliū virginū intercessio suppleat gl'iosa Per. Coio. Quinqꝫ prudētes virgines acceperūt oleum in vasis suis cuz lāpadibus: media autē nocte clamor factus est: ecce spōsus venit: exite obuiā christo dn̄o. Complēduz

Beate vrsule q̄s dn̄e: ꝛ vndeciz miliū virginū sociaꝝ ei⁹: sacra nos defendat oratio: vt redēptiōis preciū qđ sumim⁹ in altari: ꝛ in celis ad p̄ris dexterā reuelata gl'ia videam⁹. Per dn̄m.

¶ In natale scti theodoriti: offi

Gloria et honore coronasti eū et ꝯstituisti eū super opa manuū tuaruz. ℣. Dn̄e dn̄s noster: q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Gloria pa. Oro.

Presta q̄s ops de⁹: vt q̄ beati theodoriti martyris tui: natalitia colim⁹: intercessione ei⁹ in tui nomis amore roboremur. Per. Epl'a. Bt̄s vir qui suffert. Require. fo. clxxj. ℞. Gloria ꝛ honore coronasti euz et ꝯstituisti eū super opa manuū tuaꝝ. ℣. Qm̄ eleuata est megnificētia tua sup celos d̄s. All'a. ℣. Iste scts digne in memoriā vertitur hoīm qui ad gaudiū trāsit angeloꝝ. Euangl'm. Si quis vult post me vēi. Reqre. fo. clxxj. Offer. In virtute tua dn̄e letabit' iustus ꝛ sup̄ salutare tuū exultabit vehement': desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei.

Muneribus nr̄is q̄s Secr. dn̄e precibusqꝫ susceptis: ꝛ celestibus nos mūda misterijs ꝛ clemēter exaudi. Per. Co. Gl'ia ꝛ honore coroāsti euz dn̄e de⁹ in scl'a.

Da q̄s dn̄e deus no- Cōplē. ster: vt sicut in tuoꝝ ꝯmemoratione sanctoꝝ: tēporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dn̄m nostruz.

¶ In vigilia symōis ꝛ iude: offi



Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis nostris centuplū in sinu eoꝝ vindica sanguiez sctoꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Deus venerūt gētes in hereditatē tuaz: polluerūt tēpluz sctm tuū posuerūt hierusalez in pomoꝝ custodiā. Gl'ia pa. Oro

Concede q̄s ops deus: vt sicut apl'oꝝ tuorū symonis ꝛ iude gl'iosa natalitia preuenim⁹: sic ad tua beneficia promerēda: pro nobis maiestatē tuā ipsi preueniāt. Qui viuis ꝛ regnas. ꝛc.

Lectio epl'e: ad thesalonicenses.

Fratres: Gratias agimus
deo semper pro omībus vo
bis: memoriā vestri facientes in
oratōibus nr̄is: sine intermissio
ne: memores operis fidei vestre:
⁊ laboris: et karitatis: ⁊ sustinē-
tie spei dn̄i nr̄i iesu xp̄i: ante deū
et patrē nostrū. Sciētes fratres
dilecti a deo electōeꝫ vestrā: quia
euāgeliuꝫ nostrū nō fuit ad vos
in sermone tantū: sed in virtute:
⁊ in sp̄u scō ⁊ plenitudīe multa:
sicut scitis quales fuerim⁹ in vo-
bis propt̄ nos. Et vos imitato-
res nr̄i facti estis ⁊ dn̄i: excipien-
tes verbū in tribulatione multa
cuꝫ gaudio sp̄us scī: ita vt facti
sitis forma omībus credētibus
in macedonia ⁊ in achaia. A vo-
bis eniꝫ diffamat⁹ est sermo dn̄i:
nō soluꝫ in macedonia ⁊ in acha
ia: sed in omī loco fides vr̄a que
est ad deuꝫ: perfecta est: ita vt nō
sit nobis necesse quicq̄ loq. Ipsi
enī de nobis annūciāt: qualē in-
troitū habuerim⁹ ad vos: ⁊ quo-
modo ꝯuersi estis ad deū a simu
lacris: seruire deo viuo ⁊ vero: et
expectare filiū eius de celis queꝫ
suscitauit a mortuis dn̄m iesuꝫ:
qui eripuit nos ab ira ventura.
Nam ipsi scitis fratres introitū
nostrū ad vos: qꝛ nō inanis fuit
sed ante passi et cōtumelijs affe-
cti: sicut scitis ī philippis. Fidu-
ciaꝫ habuimus in deo nr̄o loqui
ad vos euangeliuꝫ dei: in multa
sollicitudine. Exortatio enī no-
stra nō de errore: neqꝫ de immū-
dicia: neqꝫ in dolo: sed sicut pro-
bati sum⁹ a deo: vt crederetur no
bis euāgeliuꝫ: ita ⁊ loq̄mur non
quasi hoībus placētes: sed deo
qui probat corda nr̄a. Neqꝫ enī
aliquādo fuim⁹ in sermone adu-
lationis sicut scitis: neqꝫ in occa
siōe auaricie: deus testis est: nec
querētes ab hoībus gl'am: neqꝫ
a vobis: neqꝫ ab alijs: cū posse-
mus oneri vobis esse vt xp̄i apl'i:
sed facti sum⁹ paruuli ī medio ve
strū. Tanq̄ si nutrix foueat fili-
os suos: ita desiderātes vos cu-
pide volebamus tradere vobis:
non solū euangeliū dei: sed etiaꝫ
animas nr̄as: qm̄ karissimi no-
bis facti estis. Memores enim
estis fratres: laboris nr̄i et fati-
gatiōis. Nocte ac die operātes:
ne quē vestrū grauarem⁹: predi-
cauimus vobis euāgelium dei.
Vos enī testes estis ⁊ deus: quā
scē: ⁊ iuste: ⁊ sine querela: vobis
qui credidistis fuim⁹: sicut scitis
qualiter vnūquēq̄ vestrū: tanq̄
pater filios suos dep̄cantes vos
et ꝯsolātes: testificati sumus: vt
ambularetis digne deo: qui vo-
cauit vos in suū regnum ⁊ gl'iaꝫ.
℟. Vindica dn̄e sanguinē sanctoꝝ
tuorū qui effusus est. ℣. Posuerunt
mortalia seruoꝝ tuorū escas volatili
bus celi: carnes sanctoruꝫ tuorū be-
stijs terre. Scd̄m matheum.

In illo tpe: Docebat ihs discipulos suos: et dicebat illis qm filius homis tradetur i manus hominu: et occidet eu: et occisus tertia die resurget. At illi ignorabat verbu: et timebant eu interrogare. Et venerut capharnau. Qui cu domi essent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis: At illi tacebat. Si quide inter se in via disputauerat: quis esset illoru maior. Et resides vocauit duodeci: et ait illis. Si qs vult prim' esse: erit omniu nouissimus: et oium minister. Et accipiens pueru: statuit eu in medio eor. Que cu coplexus esset: ait illis. Quisqs vnu ex huiusmodi pueris receperit in noie meo: me recipit. Et quicunqz me susceperit: no me suscipit: sed eu qui me misit. Offe. Exultabut scti in gloria letabutur in cubilib' suis: exultatiões dei in faucibus eoru. Secre.

Muneribus nris dne aplor tuoru symonis et iude festa precedim': vt que sciétie nostre prepediutur obstaclis: illor meritis tibi grata reddatur. Qui. Coio. Iustor anime in manu dei sunt et no tanget illos tormetu malitie visi sunt oculis insipietiu mori: illi ante sunt in pace. Compleduz.

Sumpto domie sacrameto suppliciter depcamur: vt intercedetibus beatis aplis tuis symone et iuda: qd temporaliter gerimus: ad vita capiamus eternaz. Qui vi. ¶ In die: officium.



Michi aute nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est pricipatus eoru. ℣. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionez meá et resurrectiõez meá. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Oro.

Deus qui nos per btos apostolos tuos symoné et iudá ad cognitiõez tui nois venire tribuisti: da nobis eoru gloriá sempiterná et proficiédo celebrare: et celebrádo proficere. Qui viuis.

Lco epte bti pa. ap. ad ephe. c. iiij

Fratres: Unicuiqz vestrum data est gra: scdm mensurá donatõis xpi. Propter qd dicit. Ascédens xps in altu: captiuaz duxit captiuitaté: dedit dona hominibus. Quod aute ascendit: quid est nisi qz et descédit primu in inferiores partes terre: Qui descédit: ipse est qui ascendit super oms celos: vt adipleret oia. Et ipse dedit quosdá quidé apostolos: quosdá prophetas: alios vero euágelistas: alios vero pastores et doctores: ad summatiõnez scto: in opus ministerij: in edificatiõez corporis christi. ℟. Nimis honorati sut amici tui deus nimis cfortatus est pricipatus eo. ℣. Dinumerabo eos et super arenaz multiplicabuntur. Alla. ℣. Uenite ad me omes qui laboratis et onerati

estis et ego reficiam vos. Evangelium. Hec mādo vobis vt diligatis inui. Require retro: in natale scto℞ alexādri. fo. clxxxvij. Offe. In omnēs terrā exiuit sonus eo℞ et in fines orbis terre verba eo℞. Se. Gloriam dn̄e sanctorū apostolo℞ symonis et iude percurrentes perpetuaʒ q̄s: vt eandem sacris misteriis expiati: dignius celebremus. Per. Prefa. Te dn̄e suppliciter. Coio. Vos qui secuti estis me in regeneratione cuʒ sederit fili⁹ hois sedebitis ⁊ vos super duodeci sedes iudicātes israel

Perceptis dn̄e sa. Cōplen. cramētis suppliciter te rogamus: vt intercedentibus beatis apostolis tuis symōe ⁊ iuda: que pro illo℞ veneranda gerim⁹ passione: nobis proficiāt ad medelā. Per. ¶ In vigi. oim scto℞



Timete dn̄m omnes sancti eius: quoniā nichil deest timētibus eum: diuites egue runt ⁊ esurierūt inquirētes autē dominuʒ non deficient omni bono. ℣. Benedicam dn̄m in omni tempore: semper laus eius i ore meo. Gloria patri et filio ⁊ spūi sancto. Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiaʒ tuā et quoruʒ preuenimus gloriosa sollennia: tribue subsequi in sancta professione leticiaʒ. Per do. Lectio libri apocalipsis beati iohānis apostoli. Capitulo quito

In diebus illis: Ego iohannes vidi in medio throni et quatuor animaliuʒ: et in medio seniorū agnum stanteʒ tanq̄ occisuʒ: habētem cornua septem: ⁊ oculos septē: qui sunt septem spiritus dei: missi in omnē terram. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librū. Et cum aperuisset librum: quattuor animalia: et viginti quatuor seniores ceciderūt coram agno: habētes singuli cytharas: ⁊ fialas aureas: plenas odoramento℞: que sunt oratiōes sancto℞. Et cantabant canticum nouuʒ: dicentes. Dignus es dn̄e deus accipere librum: et aperire signacula eius: quoniaʒ occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo ex om̄i tribu: et lingua: et populo: et natione: et fecisti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdotes: et regnabimus super terrā. Et vidi et audiui voceʒ angelo℞ multorū in circuitu throni: et animaliuʒ: et seniorū: et erat numerus eorū milia miliū voce magna dicentiuʒ. Dignus est agn⁹ qui occisus est accipere virtutē: ⁊ diuinitateʒ: et sapiētiam: ⁊ fortitudinē ⁊ honoreʒ: et gloriā: et benedictiōeʒ: in secula seculo℞. ℟. Timete dominuʒ om̄es sancti eius: quoniā nichil deest timētibus euʒ. ℣. Inquirētes auteʒ dominū non deficiēt omni bono. Scd̄m lucam. Capitulo. vi.

In illo tp̃e: Eleuatis oculis iesus in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes: quia vestrum est regnũ dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Bt̃i eritis cũ vos oderint hoīes: et cũ separauerint vos ⁊ exprobrauerint: et eiecerĩt nomen vestrũ tanq̃ malũ: propter filiũ hoīs. Gaudete in illa die: ⁊ exultate. Ecce enĩ merces vestra: multa est in celo. Offerẽ.

Exultabũt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultatiões dei in faucibus eorum. Secreta oro.

Altare tuũ dñe deus munerib⁹ cumulamus oblatis da quesum⁹: vt ad salutẽ nostrã omniũ sanctorũ tuorum precationibus proficiãt: quorũ sollẽnia ventura precurrim⁹. Per. Coio

Iustorũ anime in manu dei sunt ⁊ non tanget illos tormẽtum malitie: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt in pace. Complẽdum.

Sacramẽtis dñe et gaudiis optate celebritatis expletis quesumus: vt eorũ precibus adiuuemur: quorum recordatioĩbus exhibẽtur. Per dñm. ¶ In die.



Gaudeamus oĩes in domio diẽ festum celebrantes sub honore omniũ sanctorum: de quorũ festiuitate gaudent angeli et collaudant filiũ dei.

℣. Exultate iusti in domino: rectos decet laudatio. Gloria patri ⁊ filio.

Gloria in excelsis deo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos omniũ sanctorum merita sub vna tribuis celebritate venerari: quesumus vt desideratam nobis tue propiciationis habũdantiam: multiplicatis intercessoribus largiaris. Per do.

Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. Capitulo. vii.

In diebus illis: Ego iohannes vidi angelũ ascendentem ab ortu solis: habentem signũ dei viui: ⁊ clamauit voce magna quatuor angelis: quib⁹ datũ est nocere terre ⁊ mari: dicẽs Nolite nocere terre ⁊ mari: neq̃ arboribus: quoadusq̃ signem⁹ seruos dei nr̃i in frõtibus eorũ. Et audiui numerũ signatorum centũ quadraginta quatuor milia: signati: ex omi tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Et tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecĩ milia signati. Et tribu aser: duodeciẽ milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysacar: duodecĩ milia signati. Ex tribu zabulon duodecĩ milia signati. Ex tribu

ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin: duodeci milia signati. Post hec vidi turbaꝫ magnā quaꝫ dinumerare nemo poterat: ex omibus gentibus: et tribubus ꝛ ppl'is: ꝛ linguis: stantes ante thronū in ꝯspectu agni: amicti stolis albis: ꝛ palme ī manibus eoꝝ. Et clamabant voce magna dicētes. Salus deo nr̄o qui sedet super thronū: et agno. Et omes angeli stabāt in circuitu throni: ꝛ seniorꝫ: et quatuor animaliū: et ceciderūt in ꝯspectu throni in facies suas: ꝛ adorauerūt deuꝫ: dicētes amen. Benedictio: ꝛ claritas: et sapientia: gr̄aꝝ actio: honor: virtus: ꝛ fortitudo deo nr̄o: in scl'a secl'oꝝ amen. ℟. Gl'iosus deus in scis: mirabilis in maiestate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dn̄e gl'ificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicuꝫ. All'a. ℣. O quā gloriosuꝫ est regnū in quo cuꝫ xp̄o gaudent om̄s sancti: amicti stolis albis sequūtur agnum quocunqꝫ ierit. Scdm math. ca. v

In illo tpe: Uidens turbas iesus: ascendit in montem. Et cū sedisset: accesserūt ad eum discipl'i eius. Et aperiēs os suū: docebat eos: dicēs. Beati pauperes spū: quoniā ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Beati mites: qm̄ ipsi possidebūt terraꝫ. Beati qui lugent: qm̄ ipsi ꝯsolabūtur. Beati qui esuriunt: ꝛ sitiūt iusticiam. qm̄ ipsi saturabūtur. Beati misericordes: qm̄ ipsi miaꝫ ꝯsequētur. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. Beati ꝗ̄ persecutionē patiūtur propter iusticiaꝫ: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Beati estis cū maledixerint vobis homies: et persecuti vos fuerint: ꝛ dixerint om̄e malū aduersum vos mentiētes: propter me. Gaudete ꝛ exultate: qm̄ merces vr̄a copiosa est in celis. Credo.

Offer. Iustoꝝ anime in manu dei sunt ꝛ nō tanget illos tormētuꝫ mortis visi sunt oculis insipiētium mori: illi autē sunt in pace all'a. Secreta.

Munera tibi domine nr̄e deuotionis offerimus: que et pro cunctorū tibi grata sint honore iustorū: et nobis salutaria te miserāte reddātur. Per. Coī.

Beati mūdo corde quoniā ipsi deū videbūt: beati pacifici qm̄ filij dei vocabūtur: beati qui persecutiōem patiūtur propter iusticiā quoniā ipsoꝝ est regnum celorꝫ. Complēdum

Da quesumus domīe fidelibus populis omniū sanctorꝫ semper veneratione letari: et eoꝝ perpetua supplicatiōe muniri. Per. ¶ Eodeꝫ die scti cesarij

Deus qui nos beati cesarij martyris tui annua sollēnitate letificas: cōcede propitius: vt cuius natalitia colimus: etiaꝫ actiones imitemur. Per. Secr.

HOstias tibi dñe beati cesarij martyris tui dicatas meritis benignus assume: ⁊ ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per do. Complēdū.

QUesumus oṗs deus: vt q̄ celestia alimēta percepim⁹: intercedēte bt̄o cesario martyre tuo: per hec ꝯtra oīa aduersa muniamur. Per dñz. ¶ In nt̄e scti leonardi. Orō

MAiestati tue q̄s dñe: sctissimi cōfessoris tui leonardi nos pia iugiter comēdet oratio: vt quē votiuo veneramur officio ipsius suffragio subleuemur optato. Per. Secr̄

HEc nos dñe victima salutaris a pctoꝝ maculis mūdet: ⁊ interueniēte scto cōfessore tuo leonardo munere sanctificatōis purificatos efficiat. Per. Cōplē

SAlutaribus repleti misterijs q̄s dñe deus noster: vt bt̄i leonardi ꝯfessoris tui: cuius celebritate letamur: eius apd̄ te patrocinijs subleuemur. Per.

¶ In natale sancti restituti: orō

OMnipotēs sempiter deus: qui per merita bt̄i restituti ꝯfessoris tui atq₃ pōtificis a multoꝝ oculis dolorē sanas: et visuꝫ clarificas: presta q̄s: vt per eius suffragia a nr̄is oclis ⁊ mētibus omnēꝫ morbū repellas et corruptiōeꝫ. Per dominū. Secreta.

SUscipe q̄s dñe mūera: que in honore bt̄i restituti ꝯfessoris tui atq₃ pontificis tibi offerimus et presta: vt eius intercessione ad ꝯsortium peruenire mereamur beatoꝝ. Per. Complē.

SUmpta q̄s dñe sacramēta corda nr̄a purificēt: ⁊ per intercessiōeꝫ bt̄i restituti ꝯfessoris tui atq₃ pontificis: nos ad celestia regna perducāt. Per dñm.

¶ In natl̄e quatuor coronatoꝝ



INtret in cōspectu tuo dñe gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis nostris centuplū in sinu eoꝝ vindica sanguīeꝫ sctoꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Deus venerūt gētes in hereditatē tuaꝫ: polluerūt tēpluꝫ scm̄ tuū posuerūt hierusaleꝫ in pomoꝝ custodiā. Gl'ia pa. Orō

PResta q̄s oṗs deus: vt qui gl'iosos martyres claudiū: nicostratū: simphorianū: castoꝝ atq₃ simpliciū: quatuorq₃ coronatos fortes in sua cōfessione cognouim⁹: pios apud te in nr̄a intercessione sentiam⁹. Per. Ep̄la

Reddet deus mercedem laborū sanctoꝝ suorū. Require retro: in nt̄e sctoꝝ nazarij ⁊ cel. fo. ccv. R̄.

Uindica dñe sanguinē sanctoꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuoꝝ escas volatilibus celi: carnes sctoꝝ tuoꝝ bestijs terre. Alleluya. ℣. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Scd̄m math. ca. xiij

IN illo tpe: Dixit iesus discipl'is suis. Erūt dies illi tribulatiōis tales: quales non fue-

rũt ab initio creature quã condi
dit deus vsq₃ nũc: neq₃ fient. Et
nisi breuiasset dñs dies: nõ fuis-
set salua oĩs caro. Sed propt
electos quos elegit: breuiauit di
es. Et tũc si quis vobis dixerit:
ecce hic est xp̃s: ecce illic: ne credi
deritis. Exurgẽt enĩ pseudo xp̃i
et pseudo prophete: ⁊ dabunt si-
gna ⁊ portẽta: ad seducendos si
fieri potest etiã electos. Uos er-
go videte. Ecce p̃dixi vobis oĩa.
Offer. Anima nostra sicut passer
erepta est de laqueo venãtiu₃ laque⁹
ɔtritus est ⁊ nos liberati sum⁹. Se.
Sacrificijs presentibus dñe
q̃s intẽde placat⁹: ⁊ interce-
dẽtibus scĩs tuis deuotioni no
stre proficiãt ⁊ saluti. Per. Coĩo
Posuerunt mortalia seruorũ tuorũ
dñe escas volatilibus celi carnes san
ctorũ tuoru₃ bestijs terre: scd̃m ma-
gnitudine₃ brachij tui posside filios
morti punitorum. Complẽdum.
Quesumus oñs deus: vt illi⁹
salutaris capiam⁹ effectu₃:
cui⁹ per hec misteria pign⁹ accepi
mus. Qui te. ¶ In nt̃e scĩ theo
In virtute tua dñe letabitur
iustus et super salutare tuũ
exultabit vehementer: desi
derium aĩe eius tribuisti ei. ℣. Q̃m
preuenisti eũ in benedictiõibus dul-
cedis posuisti in capite eius corona₃
de lapide precioso. Gl'ia pa. Oro.
Deus qui nos bt̃i theodori
martyris tui ɔfessione gl'io
sa circũdas ⁊ protegis: presta no
bis ei⁹ imitatiõe proficere: ⁊ ora-
tiõe fulciri. Per. Lcõ li. sapi. c. iiij
Iustus si morte preocupat⁹
fuerit in refrigerio erit. Se
nectus eni₃ venerabilis est: non
diuturna neq₃ numero annorũ
cõputata. Cani sunt aũt sensus
hoĩs: ⁊ etas senectutis vita ima-
culata. Placẽs deo fact⁹ dilect⁹:
⁊ viuẽs inter pctõres trãslat⁹ est.
Raptus est: ne malitia mutaret
intellectũ illi⁹: aut fictio decipiat
aĩa₃ illi⁹. Consumatus in breui:
expleuit tẽpora multa. Placita
enĩ deo erat aĩa illi⁹. Propt̃ hoc
propauit educere illu₃ de medio
iniq̃tatu₃: q̃m gr̃a dei et mĩa est
inter scõs illi⁹: ⁊ respectus in ele
ctos illi⁹. ℟. Dñe preuenisti eũ in
bñdictõibus dulcedis: posuisti in ca
pite ei⁹ coronã de lapide precioso. ℣.
Uitã petijt ⁊ tribuisti ei longitudie₃
dierũ in scl'm scl'i. All'a. ℣. Posuisti
dñe super caput ei⁹ coronã de lapide
precioso. Euãgl'm. Si quis vult
post me venire. Require retro: in
scõ thoma mar. fo. clxxj. Offer.
Gloria ⁊ honore coronasti eũ ⁊ ɔsti
tuisti eũ super opa manuũ tuaꝝ dñe.
Suscipe dñe fideliũ pre Se.
ces cũ oblatõibus hostiaꝝ:
⁊ intercedẽte bt̃o theodoro mar
tyre tuo: per hec pie deuotõis of-
ficia: ad celestẽ gl'ia₃ trãseamus.
Per. Coĩo. Posuisti dñe in capite
ei⁹ coronã de lapide precioso. Cõpl

Presta nobis dñe: quesum⁹ intercedente bt̄o theodoro martyre tuo: vt que ore cõtingimus: pura mente capiam⁹. Per.

¶ In natl'e scti martini: officiũ.

Statuit ei dñs testamẽtum pacis ꝛ principe𝔷 fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ℣. Misericordias dñi in eternũ cantabo. Glia. Glia in. Oro.

Deus qui cõspicis q𝔷 ex nulla nr̃a virtute subsistim⁹: cõcede propiti⁹: vt intercessiõe beati martini cõfessoris tui atq𝔷 põtificis: contra om̄ia aduersa muniamur. Per. Lectio ep̄le beati pauli ap̄li: ad hebreos. cap. vij.

Fratres: Si cõsũmatio per sacerdotiũ leuiticũ erat: populus enĩ sub ipso lege𝔷 accepit: quid adhuc necessariũ fuit scd̃m ordinẽ melchisedech: aliũ surgere sacerdotẽ: et non scd̃m ordinẽ aaron dici: Trãslato enĩ sacerdotio: necesse est vt ꝛ legis trãslatio fiat. In quo enĩ hec dicit̃: de alia tribu est: de qua null⁹ altario presto fuit. Manifestũ est enĩ quod ex iuda ortus sit dñs noster: in q̃ tribu nichil de sacerdotib⁹ moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestũ est. Si scd̃m similitudinem melchisedech exurgit ali⁹ sacerdos: qui non scd̃m legẽ mandati carnalis factus est: sed scd̃m virtutem vite insolubilis. Contestatur enĩ: q̃m tu es sacerdos in eternũ: scd̃m ordinẽ melchisedech. Reprobatio quidẽ fit precedentis mãdati: propter infirmitatẽ eius et inutilitatẽ. Nichil enĩ ad perfectũ adduxit lex. Introductio vero melioris spei per quã proximamus ad deũ: in xp̃o iesu dño nr̃o. ℟. Iurauit dominus ꝛ nõ penitebit eũ tu es sacerdos in eternũ scd̃m ordinẽ melchisedech. ℣. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis. All'a. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliũ et florebit in eternu𝔷 ante dñm. Scd̃m lucã. ca. xij.

In illo tp̄e: Dixit iesus discip'lis suis. Sint lũbi vestri precicti: ꝛ lucerne ardẽtes in manibus vestris: et vos similes hoĩbus expectãtibus dñm suũ: quãdo reuertatur a nuptijs: vt cũ venerit ꝛ pulsauerit: cõfestim aperiãt ei. Beati serui illi: quos cu𝔷 venerit dñs: inuenerit vigilãtes Amen dico vobis: qd̃ precinget se ꝛ faciet illos discũbere: ꝛ transiẽs ministrabit illis. Et si venerit in secũda vigilia: ꝛ si in tertia vigilia venerit: et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autẽ scitote: quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq𝔷: et non sineret perfodi domu𝔷 suã. Et vos estote parati: quia qua hora nõ putatis fili⁹ hoĩs veniet. Offer. Ueritas mea ꝛ misericordia mea cũ ipso: ꝛ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secr.

DA misericors deus: vt hec nos salutaris oblatio: et a proprijs reatib' indesinenter expediat: ꝛ ab om̄ibus tueatur aduersis. Per. Coĩo. Beatus seru' quez cũ venerit dñs inuenerit vigilãtem amen dico vobis super om̄ia bona sua constituet euz. Complẽduz

PResta q̃s dñe deus noster: vt cui' festiuitate votiua sũt sacramẽta: eius salutaria nobis intercessiõe reddãtur. Per dñz.

¶ Eodẽ die scti mẽne martyris Presta q̃s ops deus. Quere totũ officiũ in cõmuni: in nr̃e vnius martyris. ¶ In natl'e scti bricij.

STatuit ei dñs testamẽtum pacis ꝛ principez fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. ℣. Misericordias dñi in eternum cantabo. Gloria patri. Orõ.

BEati cõfessoris tui atqz põtificis bricij intercessiõe: q̃s dñe ab om̄i aduersitate nos protege: vt cui' festa gerim': sentiamus auxiliuz. Per. Ep̃la. Ecce sacerdos magn'. Require retro fol. clxxiij. ℟. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuẽtus similis illi qui cõseruaret legez excelsi. All'a. ℣. Inueni dauid seruũ meũ: oleo scto meo vnxi euz. Euangl'm. Homo quidã nobilis. Req̃re retro. fo. ccvij Offerẽ. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

REspice domĩe propitius super hec mũera: que pro bt̃i cõfessoris tui atqz põtificis bricij cõmemoratione deferimus: et pro nr̃is offensiõibus immolamus. Per do. Coĩo. Fidelis seruus ꝛ prudens quẽ constituit dominus super familiaz suã: vt det illis in tempore tritici mensuraz. Complẽ

DEus fideliuz remunerator animaꝝ: presta vt beati confessoris atqz pontificis bricij: cuius venerãdaz celebram' festiuitatẽ: precib' indulgẽtiaz cõsequamur. Per. ¶ In natale scti rufi Officiũ ad missaz. Quere in cõmuni: in nr̃e vnius cõfessoris epi.

¶ In natale scte cecilie: officiũ.

LOquebar de testimõijs tuis in cõspectu regũ ꝛ non cõfundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria patri. Orõ

DEus qui nos annua bt̃e cecilie martyris tue sollẽnitate letificas: da vt quã veneramur officio: etiã pie cõuersatõis sequamur exẽplo. Per. Lcõ ep̃le beati pauli ap̃li: ad ephesios. cap'lo. v.

FRatres: Mulieres viris suis subdite sint sicut domĩo: quoniã vir caput est mulieris: sicut christ' caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius. Sed vt ecclesia subiecta est christo: ita et mulieres viris suis in om̄ibus.

Uiri diligite vxores vr̄as: sicut et xp̄s dilexit ecclesiā: et seipsuȝ tradidit pro ea: vt illā sanctificaret: mūdans eā lauacro aque in verbo vite: vt exhiberet ipse sibi gloriosaȝ ecclesiā: non habēteȝ maculā aut rugā: aut aliq̄d eiusmodi: sed vt sit sc̄ta et īmaculata. R. Audi filia et vide et inclina aurē tuā q2 ↄcupiuit rex speciē tuaȝ. V. Specie tua et pulcritudine tua intēde prospere procede et regna. Alla. V. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea bn̄dixit te deus in eternū. Euangl'm. Simile est regnū celoꝝ decem virgi. Require retro. fo. clxxv. Offer. Offerētur regi virgies proxime eiꝰ offerētur tibi ī leticia et exultatiōe adducētur in tēpluȝ regi dn̄o.

Hec hostia dn̄e placa Secr. tiōis et laudis: q̄s vt interueniēte b̄ta cecilia martyre tua: tua nos propitiatiōe dignos sēper efficiat. Per. Coīo. Confundantur superbi quia iniuste iniquitateȝ fecerūt in me: ego autē in mādatis tuis exercebor ī tuis iustificationibus vt nō confundar. Comple.

Satiasti dn̄e familiam tuaȝ muneribus sacris: eius q̄s semper intercessiōe nos refoue: cuius sollennia celebramꝰ. Per.

¶ In natale sc̄ti clementis: offi.

Dicit dominꝰ sermones mei quos dedi in os tuū non deficiēt de ore tuo adest enim nomen tuum et munera tua accepta erunt super altari meo. V. Dn̄e exaudi oratiōem meā: et clamor meus ad te veniat. Gloria patri et c. Oratio.

Deus qui nos annua b̄ti clemētis martyris tui atqȝ pōtificis sollēnitate letificas: ↄcede propitiꝰ: vt cuius natalitia colimus: virtutē quoqȝ passionis imitemur. Per. Lc̄o libri eccl'ia Beatus vir stici. cap'lo. xiiij. qui in sapientia morabit̄: et qui in iusticia meditabit̄: et in sensu cogitabit circūspectiōem dei. Cibabit illuȝ pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potabit illū. Et firmabitur in illo et nō flectetur: et ↄtinebit illuȝ et nō confūdetur: et exaltabit illū apud proximos suos. In nomine eterno hereditabit illum dn̄s deus noster. R. Iurauit dominꝰ et nō penitebit euȝ tu es sacerdos in eternuȝ sc̄dm ordineȝ melchisedech. V. Dixit dn̄s domino meo sede a dextris meis. Alleluya. V. Beatus vir qui timet dn̄m in mandatis eius cupit nimis. Euangl'm. Homo quidaȝ peregre proficiscēs. Require retro: in n'le sc̄ti marcelli pape folio. clxxiij. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso et in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Munera dn̄e oblata sc̄tifica: et intercedēte beato clemēte martyre tuo atqȝ pontifice: per hec nos a peccatoꝝ nostroꝝ maculis emūda. Per dn̄m. Coīo.

Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ amen dico vobis super oĩa bona sua ꝯstituet eũ. Cõp

Corporis sacri ꝛ preciosi sãguinis repleti libamine: q̃s dñe deus nr̃: vt qd̓ pia deuotiõe gerim᷒: certa redẽptiõe capiam᷒. Per. ¶ Eodẽ die scte felicitatis

Dilexisti iusticiã ꝛ odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortib᷒ tuis. ℣. Eructauit cor meũ verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri ꝛc. Oratio.

Presta q̃s oĩps deus: vt bt̃e felicitatis martyris tue sollẽnia recẽsentes: meritis ipsius protegamur et precib᷒. Per do. Epl'a. Sapiẽtia laudabit aĩam suam. Req̃re retro. folio. ccv. ℟. Dilexisti iusticiã et odisti iniq̃tatẽ ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. All'a. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea bñdixit te deus in eternũ. Euangl'm. Loquente iesu ad turbas. Ecce. Require retro. folio. cciȷ. Offer. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Vota populi tui dñe propitiatus intẽde: ꝛ quorũ nos tribuis sollennia celebrare: fac gaudere suffragiis. Per. Coĩo. Feci iudiciũ ꝛ iusticiã dñe non calumniẽtur michi superbi: ad oĩa mandata tua dirigebar: oĩem viam iniquitatis odio habui. Compleñdũ

Supplices te rogamus oĩps deus: vt qui interueniẽtib᷒ sctis tuis: et tua in nobis dona multiplices: ꝛ tẽpora nr̃a disponas. Per. ¶ In nte scti grisog.

In virtute tua dñe letabitur iustus et super salutare tuũ exultabit vehementer: desiderium aĩe eius tribuisti ei. ℣. Qm̃ preuenisti eũ in benedictiõibus dulcedinis posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Gl'ia pa. Oro.

Adesto dñe supplicatõibus nr̃is: vt qui ex iniq̃tate nr̃a reos nos esse cognoscim᷒: beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per. Epistola. Iustus si morte preocupat᷒ fuerit. Require retro. Folio. ccxxx. ℟. Posuisti dñe super caput ei᷒ coronã de lapide precioso. ℣. Desideriũ anime eius tribuisti ei ꝛ volũtate labioꝝ eius nõ fraudasti eũ. All'a. ℣. Letabitur iustus in dño: ꝛ sp̃auit in eo ꝛ laudabũtur oĩs recti corde. Euangl'm. Sedente iesu supra mõtẽ oliueti. Require retro. folio. cc. Offer. Gloria ꝛ honore coronasti eũ ꝛ cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ domie. Secreta.

Oblatis dñe q̃s placare muneribus: et intercedẽte beato grisogono martyre tuo a cũctis nos defende periculis. Per do. Coĩo. Qui vult venire post me abneget semetipsũ: et tollat crucẽ su-

am et sequatur me. Complēdum.
Tui dn̄e perceptiōe sacramē ti: z a nr̄is mūdemur occultis: z ab hostiū liberemur insidijs. Qui vi. ¶ In nr̄e scte̅ kathe.
Dilexisti iusticiā z odisti iniquitatē: propter ea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortib⁹ tuis. ℣. Eructauit cor meū verbuz bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. zc. Oratio
Deus qui dedisti legē moysi in sūmitate mōtis sinay: et in eodez loco per sctos angelos tuos corpus bt̄e katherine virginis z martyris tue mirabilit̄ collocasti: presta q̄s: vt eius meritis z intercessiōe ad mōtem qui xp̄s est valeam⁹ peruenire. Per dn̄z.
Lcō ep̄le: ad corithi. ij. ca. x. et. xj
Frēs: Qui gl'iatur: in dn̄o glorieť. Non enī qui seipsū ꝯmēdat ille probat⁹ est: sed quē deus ꝯmēdat. Utinaz sustineretis modicū quid insipiētie mee: sed z supportate me. Emlor enī vos: dei emulatiōe. Despōdi enī vos vni viro virginez castā exhibere xp̄o. ℟. Dilexisti iusticiam z odisti iniq̄tatez. ℣. Propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie. All'a. ℣. Diffusa est gratia ī labijs tuis propterea bn̄dixit te d̄s in eternū. Euāglm. Simile est regnū celoꝝ decez virgi. Reqre. fo. clxxv. Offer.
Offerētur regi virgines post ea proxime eius offerētur tibi. Secreta.
Munera dn̄e sacrificij presētis que tibi offerim⁹: in honore scte̅ katherine virgīs fiant nobis eius precibus vita perpetua: z te donāte sal⁹ infinita. Per
Coīo. Diffusa est gratia ī labijs tuis propt̄ea bn̄dixit te de⁹ in eternuz.
Sumptis dn̄e salu- Cōplē. tis eterne misterijs suppliciter dep̄camur: vt sicut liquor q̄ de mēbris bt̄e katherine virgīs z martyris iugiter manat: lāguidoꝝ corpora sanat: sic ei⁹ oratio a nobis iniq̄tatez repellat. Per.
¶ In natale sancti lini: officiuz.
Iustus nō conturbabitur q̄z dn̄s firmat manū eius tota die misereť et comodat z semen eius in bn̄dictiōe erit in eternū ꝯseruabitur ℣. Noli emulari im malignātibus: neq̄z zelaueris facientes iniquitatez. Gloria patri. Oratio
Presta q̄s ōps deus: vt qui beati lini martyris tui atq̄z pontificis natalitia colim⁹: intercessiōe eius in tui noīs amore roboremur. Per. Ep̄la et euāglm Reqre in prece. folio in nr̄e scī clemētis. ℟. Iustus nō ꝯturbabitur q̄z dn̄s firmat manū ei⁹. ℣. Tota die misereť z comodat z semen ei⁹ in bn̄dictōe erit. All'a. ℣. Iust⁹ nō ꝯturbabiť q̄z dn̄s firmat manū ei⁹. Offe
Gl'ia z honore coronasti eū z ꝯstituisti eū sup opa manuū tuaꝝ dn̄e. Se
Muneribus nr̄is q̄s dn̄e precibusq̄z susceptis: z celestib⁹

nos mūda misterijs: et clemēter exaudi. Per. Coio. Qui vult venire post me abneget semetipsū ꝛ tollat crucē suā ꝛ sequatur me. Cōplē.

Da q̄s dn̄e deus nr̄: vt sicut in tuoꝝ cōmemoratiōe sanctoꝝ tēporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu Per. ¶ In natl'e scti saturnini.

In virtute tua dn̄e letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer: desiderium aie eius tribuisti ei. ℣. Qm̄ preuenisti eū in benedictiōibus dulcedis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Gl'ia pa. Orō.

Deus qui nos bt̄i saturnini martyris tui atq; pōtificis ꝯcedis natalitio perfrui: ei⁹ nos tribue meritis adiuuari. Per d. Epl'a. Bt̄s vir qui suffert tē. Require. fo. clxxi. ℟. Gloria ꝛ honore coronasti eū et ꝯstituisti eū super opera manuū tuaꝝ. ℣. Qm̄ eleuata est magnificētia tua super celos de⁹. All'a. ℣. Letabitur iustus in dn̄o ꝛ sperauit in eo ꝛ laudabūtur om̄s recti corde. Euāgeliū. Qui amat patrē aut matrē plusq̄ me. Requre. fol. ccx. Offer. Posuisti dn̄e in capite ei⁹ coronā de lapide precioso: vitā petijt a te tribuisti ei all'a. Se.

Munera tibi dn̄e dicata sctifica: ꝛ intercedēte bt̄o saturnino martyre tuo atq; pōtifice: per eadē nos placatus intende. Per. Coio. Gloria ꝛ honore coronasti eū dn̄e deus in secl'a. Cōplē.

Sanctificet nos dn̄e q̄s tui perceptio sacramēti: ꝛ intercessiōe sanctoꝝ tibi reddat acceptos. Qui vi. ¶ Eodē die vigilia scti andree.

Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petrū ꝛ andreā ꝛ vocauit eos venite post me faciam vos fieri piscatores hoīum. ℣. Celi enarrāt gl'iā dei: ꝛ opera manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Gl'ia. Orō.

Quesumus ops de⁹: vt bt̄s andreas apl's: tuū pro nobis iploret auxiliū: vt a nr̄is reatib⁹ absoluti: a cūctis etiā periculis eruamur. Per. Lcō libri prouerbioꝝ. ca. x.

Benedictio dn̄i super caput iusti. Ideo dedit illi dn̄s hereditatē: ꝛ diuisit ei partē in tribub⁹ duodecī: et inuenit gr̄am in ocl'is oīs carnis Magnificauit eū in timore inimicoꝝ: ꝛ in verbis suis monstra placauit. Gl'ificauit illū in cōspectu regū: ꝛ ostēdit illi gl'iam suā. In fide ꝛ lenitate ipsi⁹ sctm̄ fecit illū: ꝛ elegit eū ex oī carne. Dedit illi cor ad p̄cepta ꝛ legē vite ꝛ discipliē: ꝛ excelsū fecit illū. Statuit ei testamētū sempiternū: ꝛ circūcinxit eū zona iusticie. Et induit eum dn̄s corona gl'ie. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis ꝯfortatus est pricipatus eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos ꝛ super arenā multiplicabūtur. Scd̄m iohānē. ca. i.

In illo tpe: Stabat iohes: et ex discipl'is eius duo. Et respiciēs iesuȝ ambulantē: dicit. Ecce agn' dei. Et audierūt eum duo discipl'i loqntes: ꝛ secuti sūt iesuȝ. Cōuersus aūt ihs ꝛ vidēs eos sequētes se: dicit eis. Quid queritis? Qui dixerūt. Rabbi: qđ dicit interpretatū magister: vbi habitas? Dicit eis. Venite ꝛ videte. Venerūt ꝛ viderūt vbi maneret: ꝛ apud illū manserūt die illo. Hora aūt erat quasi decima. Erat autē andreas frater symonis petri: vnus ex duob' qui audierāt ab iohāne: et secuti fuerāt eum. Inuenit hic primū fratreȝ suū symonem: ꝛ dicit ei. Inuenimus messiaȝ: qđ est interptatuȝ xp̄s. Et adducit eū ad iesuȝ. Intuitus aūt euȝ iesus: dixit. Tu es symon fili' iohāna: tu vocaberis cephas: qđ interptatur petrus. In crastinū voluit exire in galileaȝ: ꝛ inuenit philippū. Et dicit ei iesus. Sequere me. Erat aūt philippus a bethsaida: ciuitate andree et petri. Inuenit philippus natanabelē: ꝛ dicit ei. Quē scripsit moyses in lege ꝛ prophete: inuenim' iesum filiū ioseph a nazareth. Et dicit ei natanabel: A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei philippus. Veni ꝛ vide. Vidit iesus natanabelē venietēȝ ad se: ꝛ dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus nō est. Dicit ei natanabel. Unde me nosti? Respōdit ihs: ꝛ dixit ei. Priusq̄ te philipp' vocaret: cū esses sub ficu: vidi te. Respōdit ei natanabel: ꝛ ait. Rabbi: tu es filius dei. Tu es rex israel. Respondit iesus: et dixit ei. Quia dixi tibi: vidi te sub ficu: credis. Maius his videbis. Et dicit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celū apertū: ꝛ angelos dei ascēdētes et descēdētes supra filiū hoīs.

Offer. Gloria ꝛ honore coronasti eum et cōstituisti eū super opera manuuȝ tuarū domine. Secreta orō.

Sacrādum tibi dn̄e munus offerimus: quo bt̄i andree sollēnia recolētes: purificatōem quoqȝ nr̄is mētibus imploram'. Per. Coīo. Dicit andreas symoni fratri suo inuenim' messiā qui dicitur xp̄s ꝛ adducit eū ad iesuȝ. Cōp

Perceptis dn̄e sacramētis: suppliciter exoramus: vt intercedēte bt̄o andrea ap̄lo tuo: que pro illi' venerāda gerimus passione: nobis proficiāt ad medelaȝ. Qui vi. ¶ In die: officiū.

Michi autē nimis honorati sūt amici tui d̄s nimis cōfortatus est pricipat' eorū. ℣. Dn̄e probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti cessiōem meaȝ et resurrectiōeȝ meā. Gl'ia p. Gl'ia in. Orō

Maiestateȝ tuā dn̄e suppliciter exoram': vt sicut ecclesie tue bt̄s andreas ap̄ls extitit pre

dicator ꝛ rector: ita apd te sit pro nobis perpetu⁹ intercessor. Per. Lcō eple bti pa. apli: ad ro. ca. x.

Fratres: Corde enim credit ad iusticiā: ore autē cōfessio fit ad salutē. Dicit enī scriptura. Oīs qui credit in illū: non ɔfundetur. Non enī est distinctio: iudei ꝛ greci. Nā idem dñs oīm: diues in omnes qui inuocāt illum. Omnis enī quicūqꝫ inuocauerit nomen dñi: salu⁹ erit. Quomodo ergo inuocabūt: in quem non crediderūt? Aut quomodo credēt ei quē non audiert? Quomodo audiēt sine predicante. Quomodo vero predicabūt: nisi mittantur? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euāgelizātium pacem: euāgelizātiū bona. Sed nō omnes obediūt euāgelio. Esaias enī dicit. Dñe: quis credidit auditui nro? Ergo fides ex auditu audit⁹ autē per verbum xpi. Sed dico. Nunqd non audierūt? Et quidē in omnem terrā exiuit son⁹ eorū: ꝛ in fines orbis terre verba eorū. ℟. Constitues eos pricipes super oēm terrā memores erūt nois tui dñe. ℣. Pro patrib⁹ tuis nati sūt tibi filij propterea ppli ɔfitebūtur tibi. Alla. ℣. Dilexit andream dñs in odorē suauitatis. Scdm mat. c. iiij.

In illo tpe: Ambulās iesus iuxta mare galilee: vidit duos fratres: symonē qui vocat petrus: ꝛ andreā fratrē eius: mittētes retia in mare. Erāt enī piscatores. Et ait illis. Venite post me ꝛ faciā vos fieri piscatores hoīm. At illi ɔtinuo relictis retib⁹: secuti sunt eū. Et procedēs inde: vidit alios duos fres: iacobū zebedei: et iohem fratrē eius: in naui cū zebedeo patre eorū: reficiētes retia sua: ꝛ vocauit eos. Illi autē statī relictis retib⁹ ꝛ patre secuti sunt eum. Credo. Offer. Michi aūt nimis honorificati sūt amici tui ds nimis ɔfortat⁹ est pricipat⁹ eorū.

Sacrificium nostrū tibi dñe q̄s beati andree apli precatio scta ɔciliet: vt cui⁹ honore sollenniter exhibteur: meritis efficiatur acceptum. Per dñm. Secr. Prefatio. Te dñe supplic. Coīo Venite post me faciam vos piscatores hominū: at illi relictis retibus et naui secuti sunt dñm. Complēdum

Sumpsimus dñe diuīa misteria bti andree festiuitate letantes: que sicut tuis sctis ad gliam ita nobis q̄s ad veniā prodesse perficias. Per dñm nostrū.

¶ In natale sancti nicolai: offm

Statuit ei dñs testamentum pacis ꝛ principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ℣. Mias dñi in eternū cantabo. Gloria pa. Gloria in ex. Oro

Deus qui btm nicolaū pontificem tuū innumeris decorasti miraclis: tribue nobis q̄s: vt eius precib⁹ et meritis a gehē-

ne incēdijs liberemur. Per do. Epl'a. Plures facti sūt sacerdotes. Reqre retro. folio. clxxj. R. Inueni dauid seruū meū: oleo scto vnxi eū manus eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortauit eū. V. Nichil proficiet inimic⁹ in eo: et fili⁹ iniqtatis nō nocebit eum. All'a. V. Inueni dauid seruū meū oleo scto meo vnxi eū. Euanglm. Vigilate quia nescitis qua hora. Require retro: in natale sancti siluestri folio. clxxij. Offer. Veritas mea ꝛ misericordia mea cū ipso: ꝛ in noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secre.

Sacrandū tibi dñe munus offerim⁹: quatin⁹ tibi sit ad honorē: ꝛ nobis intercedēte bto nicolao prosit ad veniā. Per do. Coio. Dñe quinqꝫ talēta tradisti michi: ecce alia quiqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te ɔstituā: intra in gaudiū dñi tui. Complē.

Quesumus oṗs deus: vt nostras offēsas munera percepta diluāt: et bti nicolai meritis ad celestē gloriā feliciter perducant. Per. ¶ In oct. scti andree Officiū ad missā: require superius in die festi eiusdē. Oratio.

Protegat nos dñe sepi⁹ beati andree apostoli tui repetita sollennitas: vt cui⁹ patrocinia sine intermissiōe recolim⁹: perpetuā defensiōem sentiam⁹. Qui. Lectio epistole beati pauli apostoli: ad romanos. Capitulo. x.

Fratres. Nunqd israel deū nō cognouit: Prim⁹ moyses dicit. Ego ad emulatōē vos adducā in nō gentē: in gentē insipiētem: in irā vos mittā. Esaias autē audet: ꝛ dixit. Inuētus sū a nō querētibus me: palā apparui his qui me non interrogabant. Ad israel autē dicit. Tota die expādi man⁹ meas ad ppl'm non credētē: et ɔtradicētem michi. Dico ergo. Nunqd repulit deus ppl'm suū: Absit. Nam et ego israelita sū: ex semine abrahe: de tribu beniamin. Non igit̄ repulit deus plebē suā: quā presciuit. Scdm marcū. capitulo. j

In illo tp̄e: Preteriēs iesus secus mare galilee: vidit symonē ꝛ andreā fratrē eius mittētes retia in mare. Erāt enī piscatores. Et dixit eis iesus. Venite post me: et faciā vos fieri piscatores hoīm. Et protin⁹ relictis retibus: secuti sunt eū. Et progressus inde pusillū: vidit iacobū zebedei: ꝛ iohēs fratrē eius: ꝛ ipsos in naui ɔponētes retia: et statim vocauit illos. Et relicto pr̄e suo zebedeo in naui cū mercēnarijs: secuti sunt eū. Credo. Secreta.

Indulgētiā nobis dñe prebeāt hec mūera qs dñe largiorem: que venerabilis andree suffragijs offerūtur. Per. Prefatio. Te dñe supplicit. Cōplē.

BEati andree apli tui quesumus dñe intercessione nos adiuua: pro cui⁹ sollēnitate percepimus tua scta letātes. Qui.

¶ In conceptiōe beate Marie.

IN die illa erit germen dñi in magnificētia et gloria fruct⁹ terre sublimis ⁊ exultatiōe his qui saluati fuerint de israel. ℣. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio

DEus qui beatā mariā anne matris conceptā sanctificādo preparasti: vt ex ea semper virgine tu⁹ filius nasceretur: concede vt in hui⁹ festi sollēnijs a peccatorū maclis emūdemur. Per.

Lectio libri eccliastici. cap. xxxiij

OBaudite me diuini fruct⁹: et quasi rose plantate super riuos aquarū fructificate. Quasi libanus date florē: et frondete in grā. Et collaudate canticū: et benedicite dñm in operib⁹ suis. Date nomī eius magnificētiā: ⁊ confitemī in voce labiorū vrorū. Et in cāticis labiorū et cytharis. Et sic dicetis in confessiōe. Opera dñi: vniuersa bona valde. ℟. Ueritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit. ℣. Etenī dñs dabit benignitatē et terra nostra dabit fructū suū. Alla. ℣. Matris dei noua conceptio tipus orti celestis gerimus quā inundat sanctificatio et fecundat vis sancti flaminis nos emūdet a labe criminis. Scdʒ mat. c. vij.

IN illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Omīs arbor bona: fructus bonos facit: mala autem arbor: fructus malos facit. Non potest arbor mala fructus bonos facere: neqʒ arbor bona fruct⁹ malos facere. Ois arbor que nō facit fructū bonū: excidetur: ⁊ in ignē mittet. Igitur ex fructibus eorū: cognoscetis eos. Offer. Iurauit dñs dauid veritatē ⁊ nō frustrabit eū de fructu ventris tui ponā super sedē tuā. Secr.

MUnera que tibi offerimus dñe beate dei genitricis commendet oratio: cuius fructu celesti semper ad vitam pascimur: et potamur. Per eundem. Coio.

De fructu operū tuorū satiabitur terra producēs fenum et herbā seruituti hominum. Complendum.

SAcramēta que sumpsimus dñe intercedēte bta dei genitrice maria: nos adiuuādo purificent: cui⁹ sacrificatio copiosa veniā nobis obtineat et munimen. Per. ¶ In nle scte eulalie.

LOquebar de testimōijs tuis in ɔspectu regū ⁊ non cōfundebar: et meditabor in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati imaculati in via: qui ambulāt in lege dñi. Gloria patri. Oratio.

INdulgētiam nobis dñe bta eulalia virgo et martyr

imploret: que tibi grata semper extitit: et merito castitatis: et tue professiõe virtutis. Per. Lectio eple btí pauli apli: ad corīthios

Fratres: Qui gloriatur: in dño glorief. Non eniz qui seipsuz comẽdat ille probatꝰ est: sed quẽ deus comendat. Utinã sustineretis modicuz quid insipiẽtie mee: sed et supportate me. Emulor enĩ vos dei emulatiõe. Despõdi enĩ vos vni viro virginem castam exhibere christo. R. Specie tua et pulcritudie tua intẽde prospere procede et regna. V. Propt veritatẽ et mansuetudiez et iusticiã et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. Euanglm. Simile est regnuz celorũ decem virginibus. Require retro. fol. clxxv. Offer. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Secreta. Suscipe munera domie que tibi in bte eulalie martyris tue sollẽnitate deferimꝰ: cuiꝰ nos cõfidimus: patrocinio liberari. Per. Coio. Feci iudiciuz et iusticiaz dñe non calũniẽtur michi superbi ad oĩa mandata tua dirigebar omnez viã iniqtatis odio habui. Cõp. Auxilientur nobis dñe sumpta misteria: et intercedente bta eulalia martyre tua: sempiterna protectione ꝯfirmẽt. Per.

¶ In natale scti pauli narboñ. Officium ad missaz. Statuit ei. totuz. Epistola. Ecce sacerdos. Euãglm. Homo quidaz pere. Require retro oĩa ista: in natale scti marcelli pape. Folio. clxxiij.

¶ In natale scte lucie officium:

Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatez propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibꝰ tuis. V. Eructauit cor meuz verbũ bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri &c. Oratio. Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de bte lucie martyris tue festiuitate gaudeamus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Qui vi. Lcõ li. sapi. Sapientia vincit maliciam. Attigit ergo a fine vsq3 ad finẽ fortiter: et disponit oĩa suauiter. Hanc amaui et exquisiui a iuuẽtute mea: et quesiui spõsam michi eaz assumere: et amator factus suz forme illiꝰ. Generositatez eius glorificat: contuberniũ habẽs dei. Sed et oĩum dñs: dilexit illã. Doctrix est enĩ disciplĩne dei. R. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatẽ. V. Propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie. Alla. V. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternuz. Euanglm. Simile est regnũ celorũ decez virginibus. Require retro. fol. clxxv. vel in coi. Offer. Offerũtur regi virgines post ea pro

xime eius offerũtur tibi. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio pro tuoꝝ honore scõꝝ: quorũ se meritis percepisse de tribulatiõe cognoscit auxiliũ. Per. Coĩo. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus in eternum. Complẽ.

Satiasti dñe familiã tuã muneribus sacris: eius q̃s semper interuẽtione nos refoue: cuꝰ sollẽnia celebamus. Per dñm.

¶ In vigilia sancti thome apl̃i.



Ego aũt sicut oliua fructificaui in domo dñi speraui in mia dei mei ⁊ expectabo nomen tuũ qm̃ bonũ est ante ↄspectũ scõꝝ tuorũ. ℣. Quid gl̃iaris in malitia: qui potẽs es i iniq̃tate. Gl̃ia pa.

Quesumus oĩs deꝰ: Oro. vt qui bt̃i apl̃i tui thome natalitia deuotis ieiunijs ⁊ oratiõibus preuenimꝰ: ⁊ annua sollẽnitate letemur: ⁊ tãte fidei proficiamus exẽplo. Qui vi. Epl̃a. Jaz nõ estis hospi. Require. fo. ccxix.

℟. Justus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. ℣. Ad annũciandum mane miam tuaz ⁊ veritatẽ tuaz per noctẽ.

In illo tp̃e: Scd̃m lu. ca. vj. Exijt iesus in mõtez orare: et erat pernoctãs in oratiõe dei. Et cuz dies factus esset: vocauit discipl̃os suos: ⁊ elegit duodeci ex ipsis: quos et apl̃os noĩauit. Symonẽ quez cognomĩauit petruz ⁊ andreã fratrẽ eius. Jacobũ ⁊ iohãnez: philippũ ⁊ bartholomeũ. Matheuz ⁊ thomã: iacobuz alphei: et symonẽ qui vocat̃ zelotes: et iudaz iacobi. Et iudã scarioth qui fuit proditor. Offe

Gloria ⁊ honore coronasti eũ ⁊ ↄstituisti eũ super opa manuũ tuaꝝ dñe.

Hec hostia domĩe q̃s Secr̃. quaz scĩ apl̃i tui thome natalitia preueniẽdo offerimꝰ: ⁊ vincula nr̃e prauitatis absoluat: et tue nobis misericordie dona ↄciliet. Qui vi. Coĩo. Magna est gloria eiꝰ in salutari tuo: gl̃iaz ⁊ magnũ decorẽ impone sup̲ eum dñe. Cõp.

Quesumus dñe salutaribus repleti misterijs: vt cuiꝰ sollẽnia antecedimꝰ: eius orationibus adiuuemur. Per. ¶ In die



Mihi autẽ nimis honorati sũt amici tui deus nimis cõfortatus est pricipatus eoꝝ ℣. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me tu cognouisti cessiõez meã et resurrectiõez meã. Gl̃ia pa. Gl̃ia in. Oro

Da nobis q̃s dñe beati apl̃i tui thome sollẽnitate gl̃iari vt cuiꝰ semper ⁊ patrocinijs subleuemur: et fidez congrua deuotione sectemur. Qui viuis et re.

Lectio epistole beati pauli apostoli: ad timotheũ. capitulo. iiij.

Karissime: Testificor coram deo ⁊ xp̃o iesu: qui iudicaturus est viuos ⁊ mortuos: ⁊ aduẽtuz ipsius et regnũ eius: predica

verbū: insta oportune: importune argue: obsecra: increpa in omni patientia z doctrina. Erit enī tēpus: cū sanā doctrinā non sustinebūt: sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus: z a veritate quidem auditū avertēt: ad fabulas aūt convertētur. Tu vero vigila: in oībus labora: opus fac euāgeliste: ministeriū tuū iple. Sobrius esto. Ego enī iaz delibor: z tēpus mee resolutionis instat. Bonū certamen certavi: cursuz consūmavi: fidē servavi. De reliquo reposita est michi corona iusticie: quā reddet michi dn̄s in illa die iustus iudex. Non solū autē michi: sed z his qui diligūt adventuz eius. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos et super arenaz multiplicabuntur. All'a. ℣. In omnez terram exivit sonus apostoloꝝ: z in fines orbis terre verba eoꝝ. Scd̄m iohā. In illo tēpore: nem. cap. xxj

Thomas unus ex duodecī qui dicitur didimus: nō erat cuz discipl'is: quādo venit iesus. Dixerūt ergo ei: alij discipuli. Vidimus dn̄m. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manib' eius fixuraz clavoꝝ: et mittā digituz meū in locū clavoꝝ: z mitaz manū meam in latus eius nō credam. Et post dies octo: iterū erāt discipuli eius intus: et thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis: z stetit in medio: z dixit. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digituz tuū huc: et vide manus meas: et affer manum tuā: et mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dn̄s meus: z deus meus. Dicit ei iesus. Quia vidisti me: credidisti. Beati qui non viderūt z crediderūt. Offer. In omnez terrā exivit sonus eoꝝ: et in fines orbis terre verba eorum.

Debitum tibi dn̄e Secreta. nr̄e reddim' servitutis suppliciter exorantes: vt suffragijs bt̄i thome apl'i tui in nobis tua munera tuearis: cuius honorātes confessiōez laudis tibi hostias immolamus. Qui vivis z re. Prefatio. Te domīe suppliciter. Coio. Vos qui secuti estis me in regeneratiōe cuz sederit filius hominis sedebis et vos super duodeciz sedes iudicantes israel. Complendum.

Conserva dn̄e populuz tuum: et quez sanctorū tuorū presidijs non desinis adiuvari: perpetuis tribue gaudere remedijs. Per dn̄m nostrū.

Explicit sanctorale.

¶ Sequitur cōmune sanctorū.
¶ In vigilia apostolorꝝ. Intro.


Ego autem sicut oliua fructificaui in domo dn̄i: speraui in misericordia dei mei: ꝛ expectabo nomen tuū quoniā bonū est ante conspectū sctoꝝ tuorū. ℣. Quid gloriaris in malitia: qui potēs es in iniquitate. Glīa pa.

Quesumus omps deus: vt qui beati apostoli tui N. natalitia deuotis ieiuniis et oratiōibus preuenimus: ꝛ annua sollēnitate letemur: ꝛ tante fidei proficiamus exēplo. Qui viuis. Oro

Lcō eplē btī pa. aplī: ad ephe. c. j.

Fratres: Bn̄dictus deus ꝛ pater dn̄i nr̄i ihesu xp̄i: qui bn̄dixit nos in omī benedictiōe spūali in celestibus in xp̄o: sicut elegit nos in ipso ante mūdi constitutiōē: vt essemus scti ꝛ immaculati: in cōspectu eius in karitate. Qui predestinauit nos in adoptiōē filioꝝ per iesū xp̄m in id ipsū: scdm propositū volūtatis sue: in laudē glorie gratie sue: in qua gratificauit nos ī dilecto filio suo: in quo habem᷒ redēptionem per sanguinē eius: in remissionē pctoꝝ: scdm diuitias grē sue: que superabūdauit ī nobis: per iesum xp̄m dn̄m nostrū. ℟.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur ī domo dn̄i. ℣. Ad annūciādū mane miām tuā ꝛ veritatē tuā per noctē. Euāglm. Exiit iesus in mōtē orare. Require retro: in precedēti folio in vigilia scti thome aplī. Offer.

Gloria ꝛ honore coronasti eū ꝛ cōstituisti eū super opa manuū tuaꝝ dn̄e.

Hec hostia dn̄e que. Secre. sumus quā scti aplī tui. N. natalitia preueniēdo offerim᷒: ꝛ vīcula nr̄e prauitatis absoluat: ꝛ tue nobis misericordie dona cōciliet. Qui vi. Coio. Magna est gloria ei᷒ in salutari tuo: glīā ꝛ magnū decorē impone sup eum dn̄e. Cōp.

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: vt cuius sollēnia antecedimus: eius oratiōibus adiuuemur. Per do.

¶ In natale apostoloꝝ. Intro.


Michi autē nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. ℣. Dn̄e probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oro

Omnipotens sempiterne deus: qui hui᷒ diei venerādā sctamqꝫ leticiā in beati aplī tui. N. festiuitate tribuisti: da ecclesie tue quesum᷒: et amare qđ credidit: et predicare quod docuit. Qui vi. Lectio epistole btī pauli apostoli: ad ephesios. caplo. ij.

Fratres: Jam non estis hospites ꝛ aduene: sed estis ci-

ues scto᷑ ⁊ domestici dei: superedificati supra fundamētū apostolorū et prophetarū: ipso summo angulari lapide xp̄o iesu: in quo oīs edificatio constructa: crescit in tēplū sctm in dn̄o. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculū dei in spū scto. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eo᷑. ℣. Dinumerabo eos ⁊ super arenā multiplicabūtur. Alla. ℣. In oīa terrā exiuit sonus aplo᷑ et in fines orbis terre verba eorū. Scd̄m iohā nem. cap. xv.

In illo tpe: Dixit ih̄s discipulis suis. Hoc est preceptū meū: vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectōē nemo habet: vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis. Iā non dicā vos seruos: quia seruꝰ nescit quid faciat dn̄s eiꝰ. Vos autē dixi amicos: quia oīa quecunq; audiui a patre meo: nota feci vobis. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis: et fructꝰ vester maneat: vt quodcūq; petieritis patrē in noīe meo: det vobis. Offeren. In omnē terrā exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorū. Secreta oratio.

Suscipe dn̄e propitius orationē nostrā cum oblationibus hostiarū: ⁊ apostoli tui deprecatione pietati tue perfice benignus accepta. Qui viuis ⁊ re. Coīo. Vos qui secuti estis me in regeneratiōe cū sederit filius hoīs sedebitis et vos super duodecim sedes iudicantes israel. Complendum.

Vota dn̄e in beati apostoli tui. N. gloriosa celebritate dona percepimus: quesumus vt eius precibus: et presētis nobis vite presidiū: et eterne tribuas conferri leticiā. Qui viuis et re.

¶ In natale vniꝰ martyris: offi.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo ⁊ laudabūtur oīs recti corde. ℣. Exaudi deus orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīā meā. Gloria patri. Gloria in ex. Oro.

Presta quesumꝰ omnipotēs deus: vt qui beati. N. martyris tui natalitia colimus: intercessione eius in tui noīs amore roboremur. Per dn̄m nostrū.

Lectio libri sapientie. caplo. iiij.

Iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est: non diuturna: neq; numero annorū computata. Cani sunt autē sensus hoīs: ⁊ etas senectutis vita immaculata. Placens deo factꝰ dilectus: ⁊ viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectū illius: aut ne fictio deciperet animā illius. Consūmatus

in breui: expleuit tēpora multa. Placita enī deo erat anima illiꝰ. Propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū: qm̄ grā dei et mīa est in scos eius: et respectꝰ in electos illiꝰ. ℞. Posuisti dn̄e super caput eius coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū anime eius tribuisti ei: et volūtate labiorū eius nō fraudasti eū. Alla. ℣. Beatus vir qui timet dn̄z in mādatis eiꝰ cupit nimis. Scd̄m math. ca. xvi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Si qs vult post me venire abneget semetipsū: et tollat crucez suā et sequatur me. Qui enī voluerit aīam suā saluā facere: perdet eaz. Qui autē perdiderit aīam suā propter me: inueniet eā. Quid enī prodest hoī si mundū vniuersū lucretur: aīe vero sue detrimētū patiat̄: Aut quaz dabit hō cōmutatiōem pro aīa sua: Filius enī hoīs venturꝰ est in glīa patris sui: cū angelis suis: et tūc reddet vnicuiqz scd̄m opus eiꝰ. Amen dico vobis: sūt quidā de hic stātibus qui nō gustabūt mortem: donec videāt filiuz hoīs veniētez in regno suo. Offer. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarū domine. Secreta.

Muneribus nr̄is quesumus dn̄e precibusqz susceptis: et celestibus nos mūda misterijs: et clemēter exaudi. Per dn̄z no.

Coīo. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucez suam et sequatur me. Complēdum.

Da quesumus dn̄e deus noster: vt sicut in tuorū cōmemoratione sanctoꝝ tēporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dn̄m nr̄m.

¶ In natl̄e plurimoꝝ martyrū.

Intret in cōspectu tuo dn̄e gemitus cōpeditoꝝ: redde vicinis nostris centuplū in sinu eoꝝ: vindica sanguiez scoꝝ tuorū qui effusus est. ℣. Deus venerūt gētes in hereditatē tuaz: polluerūt tēpluz scm̄ tuū: posuerūt hierusalez in pomoꝝ custodiā. Glīa pa. Orō

Deus qui nos concedis sanctorū martyrū tuoꝝ. N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudīe de eoꝝ societate gaudere. Per do. Lectio epl̄e beati pauli apl̄i: ad hebreos. capl̄o. xi.

Fratres: Sancti per fidē vicerūt regna: operati sunt iusticiaz: adepti sunt repromissiones. Obturauerūt ora leonum: extinxerūt impetū ignis: effugauerūt aciem gladij. Conualuerunt de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Castra verterunt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distenti sunt: nō suscipientes redemptionez: vt meliorē inuenirent resurrectiōem. Alij vero ludibria: et verbera ex

perti: insuper et vincula: et carceres lapidati sũt: secti sunt: temptati sunt: et in occisiõe gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis: et in pellibus caprinis: egẽtes: angustiati: afflicti: quibus dign⁹ non erat mũdus. In solitudinibus errantes: in mõtibus et in speluncis: et in cauernis terre. Hij oms testimonio fidei probati inuenti sunt: in xpo iesu dño nostro. ℟. Gl'iosus deus in scis: mirabilis in maiestate faciẽs prodigia. ℣. Dextera tua dñe gl'ificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicuz. All'a. ℣. Scti tui dñe benedicẽt te gl'iaz regni tui dicẽt. Scdm lu. xxi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Cuz audieritis prelia et seditiões: nolite terreri. Oportet primũ hec fieri: sed nõduz stati finis. Tũc dicebat illis Surget gens cõtra gentẽ: et regnũ aduersus regnũ: et terremotus magni erũt per loca: et pestilentie et fames: terroresqz de celo et signa magna erũt. Sed ante hec oĩa: inijciẽt vobis manus suas: et persequẽtur tradẽtes in synagogas et custodias: trahentes ad reges et presides: propter nomen meũ. Continget autẽ vobis: in testimoniũ. Ponite ergo in cordib⁹ vestris nõ premeditari: queadmoduz respondeatis. Ego eni dabo vobis os et sapiẽtiam: cui nõ poterunt resistere: et cõtradicere oĩes aduersarij vestri. Trademini aũt a parẽtibus et fratrib⁹: et cognatis: et amicis: et morte afficiẽt ex vobis. Et eritis odio oĩbus hoĩbus: propter nomen meũ. Et capillus de capite vro: nõ peribit. In patiẽtia vestra possidebitis aĩas vras Offer. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oĩs recti corde.

Munera tibi dñe no. Secr. Nostre deuotionis offerimus: que et pro tuoꝝ tibi grata sint honore iustorũ: et nobis salutaria te miserãte reddãtur. Per. Coi. Multitudo languẽtium et qui vexabantur a spiritibus immũdis veniebãt ad euz quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Complẽdum.

Presta nobis dñe: quesum⁹ intercedẽtibus scis tuis: vt que ore contigimus: pura mẽte capiamus. Per dñm nostrũ.

¶ In natale vnius confessoris.

Statuit ei dñs testamẽtum pacis et principez fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternuz. ℣. Misericordias dñi in eternuz cantabo. Gloria pa. Oro.

Da quesumus omps deus: vt bti. N. confessoris tui atqz pontificis: venerãda sollẽnitas: et deuotiõez nobis augeat et salutem. Per dñz no. Lectio libri ecclesiastici. Capitulo. xliiij. et. xlv.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo:

z inuētus est iustus: et in tēpore iracūdie factus est recōciliatio. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legē excelsi. Ideo iureiurādo fecit illuz dn̄s crescere in plebē suaz. Benedictionē omniuz gentiū dedit illi: et testamētuz suū confirmauit super caput eius. Cognouit euz in bn̄dictionib9 suis: et cōseruauit illi mīam suā: z inuenit gratiā corā oculis dn̄i. Magnificauit eū in conspectu regū: z dedit illi coronā gl'ie. Statuit illi testamētum sēpiternum: z dedit illi sacerdotiuz magnū: z beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio: z habere laudez in noīe ipsi9: z offerre illi incēsum dignū in odorē suauitatis. ℞ Iurauit dn̄s z non penitabit eū tu es sacerdos in eternuz scd̄m ordinez melchisedech. ℣. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. All'a. ℣. Iustus germinabit sicut liliū z florebit in eternū ante dn̄m. Scd̄m lu. caz. cap. xii

In illo tēpore: Dixit iesus discipl'is suis. Sint lūbi vestri precīcti: z lucerne ardentes in manib9 vestris: z vos similes hoībus expectātib9 dn̄m suuz quādo reuertat a nuptijs: vt cuz venerit z pulsauerit: ɔfestiz aperiāt ei. Beati serui illi quos cuz venerit dn̄s inuenerit vigilātes. Amen dico vobis: q̄ preciget se: z faciet illos discūbere: z trāsiēs ministrabit illis. Et si venerit in secūda vigilia: z si in tertia vigilia venerit: z ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hec autē scitote: quoniaz si sciret pater familias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq3: et nō sineret perfodi domū suaz. Et vos estote parati: q2 qua hora nō putatis fili9 hoīs veniet. Offer. Ueritas mea et mīa mea cuz ipso et in nomīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti tui nos q̄s dn̄e: vbiq3 letificēt: vt dum eorū merita recolim9: patrocinia sentiamus. Per. Coīo. Beatus seruus quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilantez: amen dico vobis super om̄ia bona sua cōstituet euz. Cōplendū

Presta q̄s omp̄s deus: vt de perceptis mūeribus grās exhibētes: bn̄ficia potiora sumamus. Per. ¶ In nale vnius cōfessoris non episcopi Officium.

Os iusti meditabitur sapientiaz z lingua eius loquetur iudiciū lex dei eius in corde ipsius. ℣. Noli emulari in malignātibus: neq3 zelaueris faciētes iniquitatez. Gloria patri z filio. Oratio.

Da q̄s op̄s deus: vt bt̄i. N. ɔfessoris tui venerāda sollēnitas: z deuotiōez nobis augeat z salutē. Per. Lcō libri sapi. ca. x

Iustū deduxit dn̄s per vias rectas: z ostendit illi regnū dei: z dedit illi sciētiaz scōz. Honestauit illū in laborib9 z ɔpleuit

labores illi⁹. In fraude circũuenientiuz illũ affuit: ꝛ honestũ fecit illuz. Custodiuit eũ ab inimicis ꝛ a seductorib⁹ tutauit eũ. Et certamen forte dedit illi vt vinceret ꝛ sciret qm̃ omniũ potẽtior est sapiẽtia. Hec venditũ iustuz nõ dereliq̃t: sed a pctõribus liberauit euz: descenditqz cũ illo in foueã: et in vinculis nõ dereliquit illũ: donec afferret illi sceptrũ regni: ꝛ potẽtiam aduersus eos qui eũ deprimebãt. Et mendaces ostẽdit: qui maculauerũt illũ. Et dedit illi claritatẽ eternam dñs deus noster. ℞. Os iusti meditabit̃ sapiẽtiaz ꝛ ligua eius loquetur iudiciuz. ℣. Lex dei eius in corde ipsi⁹ et nõ supplãtabũtur gressus ei⁹. Alla. ℣. Justus germiabit sicut liliũ ꝛ florebit in eternũ ante dñz. Scd̃m lu. In illo tpe: Dixit caz. cap̃. xi iesus discipl'is suis. Nemo lucernã accẽdit: ꝛ in abscõso ponit: neqz sub modio: sed sup candelabrũ: vt qui ingrediũtur lumen videant. Lucerna corporis tui: est oculus tu⁹. Si oculus tu⁹ fuerit simplex: totũ corpus tuuz lucidũ erit. Si autẽ neq̃ fuerit: etiã corpus tuũ tenebrosuz erit. Vide ergo: ne lumen qd̃ in te est tenebre sint. Si ergo totuz corpus tuũ lucidũ fuerit: nõ habẽs aliquã partez tenebraꝝ: erit lucidũ totũ. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Offerenduz.

Desideriũ anime ei⁹ tribuisti ei dñe et volũtate labioꝝ eius nõ fraudasti euz posuisti in capite ei⁹ coronã de lapide precioso. Secreta oratio.

Sancti tui nos quesum⁹ domine vbiqz letificẽt: vt dum eoꝝ merita recolim⁹: patrocinia sentiamus. Per. Coio. Beatus seruus quẽ cum venerit dñs inuenerit vigilãtem amen dico vobis super oĩa bona sua ꝯstituet euz. Cõplẽ.

Presta q̃s omp̃s deus: vt de perceptis mũeribus grãs exhibẽtes: bñficia potiora sumamus. Per. ¶ In natl'e virginũ.

Loquebar de testimõijs tuis in ꝯspectu regũ ꝛ non cõfundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. ℣. Beati imaculati in via: qui ambulãt in lege dñi Gl'ia pa. Gl'ia in. Orõ

Indulgentiã nobis domĩe bt̃a. N. virgo ꝛ martyr imploret: que tibi grata semper extitit: et merito castitatis: ꝛ tue professione virtutis. Per dñm no.

Lectio epistole bt̃i pauli apl'i: ad corinthios secunda. cap. x. et. xi.

Fratres: Qui gloriatur: in dño gloriẽt. Non enĩ qui se ipsuz comẽdat ille probatus est: sed quẽ deus comẽdat. Utinaz sustineretis modicum quid insipiẽtie mee: sed ꝛ supportate me. Emulor enĩ vos: dei emulatiõe. Despondi eniz vos vni viro virginem castam exhibere xp̃o. ℞.

Specie tua et pulcritudine tua intende prospere procede et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Secundum matheum. cap. xxv.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas: exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero: acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit: exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornaverunt lampades suas. Fatue autem: sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes. Ne forte sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere: venit sponsus. Et que parate erant: intraverunt cum eo ad nuptias. Et clausa est ianua. Novissime veniunt et relique virgines dicentes. Domine domine: aperi nobis. At ille respondens: ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam. Offer. Filie regum in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varie

Suscipe munera Secre. tate. domine que tibi in beate. N. martyris tue sollennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinia liberari. Per. Comio. Feci iudicium et iusticiam domine non calumnientur michi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquam odio habui.

Auxilientur nobis Comple. domine sumpta misteria: et intercedente beata. N. martyre tua: sempiterna protectione confirment. Per.

¶ In natale continentium: officium.

Sentite de domino in bonitate in simplicitate cordis querebat illum: quoniam ab his invenitur qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. ℣. Reddet ei bonum et non malum: omnibus diebus vite sue. Gloria patri. etc. Oratio.

Tuorum corda fidelium deus: miserator illustra: et beate elizabeth precibus gloriosis fac nos prospera mundi despicere et celesti semper consolatione gaudere. Per. Epistola. Mulierem fortem. Require. fo. cciii. ℟. Adiutor meus tibi psallam quia deus susceptor meus es deus meus misericordia mea. ℣. Cantabo domine fortitudinem tuam et exultabo mane misericordiam tuam. Alleluya. ℣. Veni electa mea et ponam in te thronum meum quia concupivit rex speciem tuam. Evangelium. Simile est regnum celorum thesauro. Require. folio. clxxiiii.

Offer. Anima mea in manib⁹ meis semper dñe inclina cor meũ ad faciẽdas iustificatiões tuas in eternũ. Munera dñe nostre Secre. devotõis offerimus: vt tibi grata nobis salutaria bte elizabeth pia supplicatiõe reddãtur. Per. Coĩo. Concupiuit aĩa mea desiderare iustificatões tuas in omni tẽpore vera in mãdatis tuis exercebor 𝔷 ꝯsiderabo vias tuas dñe. Cõ. Quesumus omps deus: vt quos salutaribus dignat⁹ es erudire misterijs: beate elizabeth intercessio gloriosa nos reficiat celestibus alimẽtis. Per.

¶ In ꝯmemoratiõe bte Marie

Salue scta parẽs enixa puerpera regez qui celũ terrãq3 regit in secula seculoꝛuz. ℣. Uirgo dei genitrix quẽ totus nõ capit oꝛbis: i tua se clausit viscera factus homo. Gloꝛia patri. Orõ. Concede nos famlos tuos q̃s dñe deus perpetua mẽtis 𝔷 coꝛpoꝛis sanitate gaudere: et glĩosa bte marie semper virginis intercessiõe: a presenti liberari tristitia 𝔷 eterna perfrui leticia Per dñm. Lectio libri sapiẽtie. Ab initio 𝔷 ante secl'a creata suz: et vsq3 ad futurũ seculũ nõ desinaz: et in habitatiõe scta corã ipso ministraui. Et sic in syon firmata suz: et in ciuitate sctificata similiter reqeui: 𝔷 in hierusalez potestas mea. Et radicaui in populo honoꝛificato: 𝔷 in partes dei mei hereditas illius: 𝔷 in plenitudĩe sctoꝝ detẽtio mea ℟. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoꝛis effecta es mater saluatoꝛis. ℣. Uirgo dei genitrix quẽ totus nõ capit oꝛbis i tua se clausit viscera fact⁹ homo. All'a. ℣. Post partuz virgo inuiolata permãsisti dei genitrix intercede pro nobis. ¶ In septuagesima: et ĩ quadragesima loco de All'a. Tract. Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti. ℣. Que gabrielis archangeli dictis credidisti. ℣. Dum virgo deuz et hominem genuisti: et post partuz virgo inuiolata permansisti: dei genitrix intercede pro nobis. Scdm lucam. In illo tpe: Loquẽte iesu ad turbas: extollẽs vocem quedã mulier de turba dixit ei. Beatus venter qui te poꝛtauit: 𝔷 vbera que sucxisti. At ille dixit. Quĩ immo beati qui audiũt verbum dei: et custodiũt illud. Offeren. Felix nanq3 es sacra virgo maria 𝔷 omni laude dignissima: q2 ex te oꝛtus est sol iusticie xps deus noster. Se. Tua domĩe propitiatiõe: et beate marie semper virgĩs intercessiõe: ad perpetuam atq3 presentez hec oblatio nobis proficiat prosperitatez. Per. Coĩo. Beata viscera marie virgĩs que poꝛtauerũt eterni patris filiũ. Cõplẽ.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis: da qs beatissime marie nos patrociniis vbiqz protegi: in cui⁹ hec veneratiōe tue obtulim⁹ maiestati. Per do.

¶ Commemoratio beate Marie virginis in aduentu domini.



Rorate celi de super ꝛ nubes pluāt iustū aperiatur terra et germīet saluatorē. ℣. Celi enarrāt gl'iaz dei: et opera manuū eius annūciat firmamētuz. Gl'ia p.

Deus qui de bte ma- Oro. rie virgīs vtero verbū tuuz angelo nūciante carnē suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui vere eaz genitricē dei credimus: ei⁹ apud te intercessiōibus adiuuemur. Per eundem dn̄m.

Lectio esaie prophete. caplo. xi.

Hec dicit dn̄s deus. Egredietur virga de radice iesse: ꝛ flos de radice eius ascēdet. Et requiescet super euz spūs dn̄i: spiritus sapiētie ꝛ intellectus: spūs cōsilii ꝛ fortitudīs: spūs sciētie ꝛ pietatis: et replebit eum spūs timoris dn̄i. Non scd̄m visionem oculoꝝ iudicabit: neqz scd̄m auditū auriū arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes: et arguet in equitate pro māsuetis terre. Et percutiet terraz virga oris sui: et spū labiorū suorū interficiet impiuz. Et erit iusticia cingulu3 lūboꝝ eius: et fides cinctoriū renū eius. ℟. Prope est dn̄s om̄ibus inuocātibus euz: om̄ibus qui inuocāt eū in veritate. ℣. Laudez dn̄i loquetur os meū: et benedicat om̄is caro nomen scm̄ eius. All'a. ℣. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū iesuz xp̄m.

Scd̄m lucaz. Capitulo primo.

In illo tp̄e: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee: cui nomen nazareth: ad virginem despōsatam viro: cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virgīs maria. Et ingressus angelus ad eaz dixit. Aue grā plena: dn̄s tecuz. Benedicta tu in mulierib⁹. Que cū audisset: turbata est in sermone eius: ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enī gratiaz apud deū. Ecce concipies ꝛ paries filiuz: et vocabis nomen eius iesuz. Hic erit magnus: ꝛ filius altissimi vocabit̄. Et dabit illi dn̄s deus sedē dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternū: et regni eius nō erit finis. Dixit aūt maria ad angelū. Quomodo fiet istud: qm̄ viruz nō cognosco: Et respōdens angelus: dixit ei. Spūs sct̄us superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoqz ꝛ qd̄ nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa cōcepit filiū in senectute sua. Et hic mēsis est sextus illi que vocatur sterilis: quia nō

erit impossibile apud deũ omne verbũ. Dixit aũt maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi scd̃m verbũ tuũ. Offer. Aue maria gratia plena dñs tecũ bñdicta tu in mulierib9 et bñdictus fruct9 ventris tui. Sec.

In mẽtibus nr̃is dñe quesumus vere fidei sacramenta cõfirma: vt qui ɔceptũ de virgĩe deũ verũ et hoĩeʒ ɔfitemur: per eius salutifere resurrectõis potẽtiã: ad eternã mereamur peruenire leticiã. Per eundem. Coĩo.

Ecce virgo cõcipiet ꝛ pariet filiũ ꝛ vocabit̃ nomen ei9 emanuel. Cõpl.

Gratiam tuaʒ dñe mẽtibus nr̃is infunde: vt qui angelo nũciãte xp̃i filij tui incarnatiõeʒ cognouim9: per passiõem eius ꝛ crucẽ: ad resurrectiõis gl̃iaʒ perducamur. Per eundeʒ dñm no.

¶ Cõmemoratio beate Marie

Vultum tuum deprecabũtur om̃es diuites plebis adducentur regi virgĩes post eaʒ proxime eius adducẽtur tibi in leticia ꝛ exultatiõe. ℣. Eructauit cor meuʒ verbũ bonuʒ: dico ego opera mea regi. Gl̃ia pa. Gloria in ex. Or̃o.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecũda humano generi premia prestitisti: tribue quesum9: vt ipsam pro nobis intercedere sentiam9: per quã meruim9 auctoreʒ vite suscipere. Dñm nostrũ iesuʒ xp̃m filiũ tuuʒ. Qui te. Lectio ep̃l'e bt̃i pauli apostoli: ad tytum. cap. ij.

Karissime: Apparuit gratia dei saluatoris nr̃i omnibus hoĩbus erudiẽs nos: vt abnegãtes impietatẽ et secularia desideria: sobrie: ꝛ iuste: et pie viuamus in hoc seculo: expectantes beatã spem ꝛ aduẽtuʒ gl̃ie magni dei ꝛ saluatoris nr̃i iesu xp̃i: qui dedit semetipsuʒ pro nobis: vt nos redimeret ab om̃i iniquitate: ꝛ mũdaret sibi populũ acceptabilẽ sectatorẽ bonoꝝ operũ. Hec loq̃re et exortare: in xp̃o iesu dño nr̃o.

℟. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea bñdixit te deus in eternũ. ℣. Propter veritatẽ et mãsuetudieʒ et iusticiã ꝛ deducet te mirabilit̃ dextera tua. All'a. ℣. Specie tua ꝛ pulcritudine tua intẽde prospere procede et regna. Scd̃m lucam. cap. ij.

In illo tp̃e: Pastores loquebantur ad inuiceʒ. Trãseamus vsq; bethleeʒ: et videamus hoc verbũ quod factuʒ est: quod dñs ostendit nobis. Et venerũt festinãtes: ꝛ inuenerũt mariã et ioseph: ꝛ infanteʒ positũ in presepio. Videntes autẽ cognouerũt de verbo quod dictũ erat illis de puero hoc. Et om̃es qui audierant mirati sunt: ꝛ de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autẽ conseruabat om̃ia verba hec conferẽs in corde suo. Et reuersi sunt pastores: glorificantes ꝛ laudãtes deuʒ: in om̃i-

bus que audierãt et viderant: si
cut dictuz est ad illos. Offeren.
Offerẽtur regi virgĩes: proxime ei⁹
afferẽtur tibi in leticia ꝛ exultatione
adducẽtur in tẽpluz regi dño. Sec.
MUneribus nr̃is quesumus
dñe precibusq́ꝫ susceptis: ꝛ
celestibus nos mũda misterijs:
et clemẽter exaudi. Per. Prefa.
Quia per incarnati. Cõmunio.
Simile est regnũ celoꝝ homi nego
tiatori querẽti bonas margaritas in
uenta vna preciosa margarita dedit
om̃ia sua ꝛ cõparauit eaꝫ. Complẽ.
HEc nos cõmunio dñe pur
get a crimine: ꝛ intercedẽte
beata maria semper virgĩe: cele
stis remedij faciat esse cõsortes.
Per. ¶ Cõmemora. scẽ crucis
NOs autẽ gloriari oportet in
cruce dñi nostri iesu xpi: in
quo est salus vita ꝛ resurre
ctio nostra per quẽ saluati et liberati
sum⁹. ℣. Deus misereatᷣ nostri ꝛ be
nedicat nobis: illumiet vultuꝫ suũ su
per nos ꝛ misereatᷣ nostri. Gl'ia pa.
DEus qui vnigeniti fi Oro
lij tui precioso sanguĩe viui
fice crucis vexillũ sanctificare vo
luisti: cõcede q̃s: eos qui eiusdeꝫ
scẽ crucis gaudent honore: tua
quoq́ꝫ vbiq́ꝫ protectiõe gaude
re. Per eundẽ. Lectio ep̃le beati
pauli ap̃li: ad philippẽses. ca. ij.
FRatres: Christus fact⁹ est
pro nobis obediẽs vsq́ꝫ ad
mortẽ: mortez autẽ crucis. Pro
pter qd̕ ꝛ deus illũ exaltauit ꝛ do
nauit illi nomen qd̕ est super om
ne nomen: vt in noĩe iesu om̃e ge
nu flectatur: celestiũ: terrestriũ: ꝛ
infernoꝝ: ꝛ oĩs lingua ꝯfiteatur:
quia dñs iesus xp̃s in gloria est
dei patris. ℟. Christus factus est
pro nobis obediẽs vsq́ꝫ ad mortem:
mortez autẽ crucis. ℣. Propter qd̕ ꝛ
deus exaltauit illũ ꝛ dedit illi nomen
qd̕ est super omne nomen. All'a. ℣.
Dulce lignũ dulces clauos dulcia fe
rens põdera que sola fuisti digna su
stinere regẽ celoꝝ ꝛ dñz. Scd̕ꝫ ma
IN illo tp̃e: Ascẽ the. ca. xx.
dẽs iesus hierosolimã assũ
psit secũ duodecĩ discip'los suos
secreto: ꝛ ait illis. Ecce ascẽdim⁹
hierosolimã: ꝛ filius hoĩs trade
tur p̃cipibus sacerdotũ et scri
bis: ꝛ ꝯdẽnabunt euꝫ morte. Et
tradẽt euꝫ gentib⁹ ad illudẽduꝫ
et flagellandũ et crucifigẽdum.
Et tertia die resurget. Offeren.
Dextera dñi fecit virtuteꝫ: dextera
dñi exaltauit me nõ moriar sed viuã
ꝛ narrabo opera domini. Secreta
HEc oblatio dñe ab om̃ibus
nos purget offensis: que in
ara crucis etiã totius mũdi tulit
offẽsaꝫ. Per. Pref. Qui salutẽ.
Coĩ. Per signũ crucis de inimicis
nostris libera nos de⁹ noster. Cõp.
ADesto nobis dñe deus nr̃:
ꝛ quos scẽ crucis letari fa
cis honore: eius quoq́ꝫ perpetu
is defende subsidijs. Per dñm.

¶ In honore sancti sudarij domini nostri iesu xpi. Introitus.


Dominus regnauit decorez indutus est: indutus est dñs fortitudinez et precixit se virtute. ℟. Saluauit sibi dexteram eius: et brachiuz sanctum eius. Gloria patri ꝛ filio. Oratio.

Domine iesu xpe qui presentia tui sancti sudarij ecclīaz tuā miraculis decorasti concede propiti⁹: vt qui illud tēporali veneramur officio: etiā tibi dignis conuersatiōibus iugiter seruiamus. Per eundez dñm nostrū.

Lectio actuuz apostoloꝝ. cap. ij.

In diebus illis: Aperiēs petrus os suū dixit. Uiri israelite: audite verba hec. Jesuz nazarenū virum approbatuz a deo in vobis virtutibus ꝛ prodigijs et signis que fecit deus per illuz in medio vestri: sicut vos scitis. Hunc diffinito concilio ꝛ presciētia dei traditum per manus iniquoꝝ affligentes interemistis: quē deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta qđ impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dixit. Prouidebam dñm coraz me semper: quoniā a dextris est michi ne ꝯmouear. Propter hoc letatū est cor meuz: et exultauit lingua mea insup ꝛ caro mea requiescet in spe. Quoniaz nō derelinques animā meā in inferno: nec dabis sanctū tuuz videre corruptionem. Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cuz facie tua. Uiri fratres: liceat nos audēter dicere ad vos de patriarcha dauid: quoniā defunctus est: ꝛ sepultus. Et sepulcrū eius est apđ nos vsqꝫ in hodiernuz diem. Propheta igitur cum esset et sciret quia iureiurādo iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedes ei⁹. Prouidēs locutus est de resurrectōe xpi: quia neqꝫ derelict⁹ est in inferno neqꝫ caro eius vidit corruptiōez. Hunc iesuz suscitauit deus: cuius oīs nos testes sum⁹. Dextera igitur dei exaltatus est ex promissione spūs sancti a patre accepta: effudit in nos donū hoc quod vos videtis ꝛ auditis. Non enī dauid ascēdit in celos. Dicit enim ipse. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos scabellū peduz tuoꝝ. Certissime ergo sciat oīs domus israel: quia ꝛ dñm euz et xpm deus fecit hūc iesum: quem vos crucifixistis. His auditis: compuncti sunt corde. ℟.

Quis est iste qui venit de edom: tinctis vestibus de bosra. ℣. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine virtutis sue. All'a. ℣. Te syndonē veneramur qua quieuit corpus christi post mortem quo liberamur ab inferni morte tristi. Prosa.

AVe xp̄i sudariũ: vere mortis in
diciũ: nostruz adauge gaudiũ:
mentis tolle fastidiũ. ℣. Tu es sctm
sudariuz: iesu xp̄i sacrarijs: sue mor
tis presagiuz: te reliqt rex gentiũ. ℣.
Omnes qui huc aduenĩũt: et te vide
re cupiũt: signuz vite prospiciũt: quo
fontem vite sitiũt. ℣. Tu thesaurus
angelicus: te custodiuit angelus: te
mõstrauit mulieribus: ad monumē
tuz flentibus. ℣. O preciosuz linteũ:
corpus tegens virgineuz: decorasti
marmoreuz summi regis manzeleũ.
℣. Jesu pie rex oim: qui hoc sacrasti
palliũ: nostrũ abstergeviciũ: ⁊ da per
hēne gaudiũ. Amen. Scdm mat.

IN illo tpe: Cuz sero esset fa
ctum: venit quidã homo di
ues: ab arimathia noīe ioseph:
qui et ipse discipls erat iesu. Tũc
pylatus iussit reddi corpus. Et
accepto corpore ioseph: inuoluit
illud in syndone mũda: ⁊ posuit
illud in monumēto suo nouo qd
exciderat in petra. Et aduoluit
saxuz magnũ ad ostiũ monumē
ti et abijt. Erat autem ibi maria
magdalene: ⁊ altera maria sedē
tes contra sepulcrum. Offeren.

Accepto ioseph corpore inuoluit il
lud in syndone mũda et posuit illud
in monumento suo nouo quod exci
derat in petra alleluya. Secreta.

SVscipe mũera q̃s dñe exul
tãtibus ecclẽie tue: et cui cau
saz tãti presidij prestitisti: perpe
tuũ fructũ ꝯcede letie Per. Coi.

Propter nos es minoratus in syn
done collocat⁹: qui semper in celo es
in tue carnis pressura: scta perũctus
mixtura cũ mirra ⁊ aloes all'a. Cõp

SAcramenta que sũpsimus
dñe: spũalib⁹ nos instruãt
alimẽtis: ⁊ corporalib⁹ tueantur
auxilijs. Per. ¶ Missa nubētiũ

IN volũtate tua dñe vniuer
sa sunt posita: et non est qui
possit resistere volũtati tue:
tu enĩ fecisti oĩa celuz ⁊ terrã ⁊ vni
uersa que celi ambitu continẽtur do
minus vniuersoꝝ tu es. ℣. Beati im
maculati in via: qui ambulãt in lege
domini. Gloria patri ⁊ fi. Oratio.

EXaudi nos omps ⁊ miseri
cors deus: vt qd nostro mi
nistratur officio: tua bñdictione
poti⁹ impleatur. Per. Ad corin
thi. cap. vj

FRatres: Nesci
tis quoniã corpora vr̃a mē
bra sunt xp̄i. Tollēs ergo mēbra
christi: faciaz mēbra meretricis.
Absit. An nescitis qm̃ qui adhe
ret meretrici: vnũ corpus efficit:
Erũt enĩ inqt duo in carne vna.
Qui autē adheret dño vnus spi
ritus est. Fugite fornicatiõem.
Omẽ quodcũqz peccatũ fecerit
homo: extra corpus est. Qui aũt
fornicatur in corpus suũ peccat.
An nescitis quoniã membra ve
stra: tēplum sunt spũs sancti qui
in vobis est: Quem habetis a
deo: et nõ estis vestri. Empti enĩ
estis precio magno: glorificate ⁊

portate deum in corpore vrõ. ℞. Iacta cogitatũ tuum in dño et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarẽ ad dñm ex audiuit vocem meã ab his qui appro pinquãt michi. All'a. ℣. Ostẽde no bis dñe miam tuam et salutare tuũ da nobis. Scdm matheum. cap. xix.

In illo tpe: Accesserũt ad iesum pharisei tentãtes eum et dicẽtes. Si licet homini dimittere vxorẽ suã quacũq; ex causa: Qui respõdens ait eis. Non legistis quia qui fecit ab initio masculũ et feminam fecit eos: et dixit propter hoc dimittet homo patrẽ et matrẽ et adherebit vxori sue: et erũt duo in carne vna. Itaq; iã non sunt duo: sed vna caro. Qd ergo de⁹ coniũxit: homo nõ separet. Dicũt illi. Quid ergo moyses mandauit dari libellum repudij et dimittere: Ait illis. Qm moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vr̃as. Ab initio aũt nõ sic fuit. dico aũt vobis q: quicunq; dimiserit vxorẽ suã: nisi ob fornicatiõem et aliã duxerit mechat̃. Dicũt ei discipli ei⁹. Si ita est causa hois cũ vxore: non expedit nubere. Qui dixit. Non oĩes capiũt verbum istud: sed quib⁹ datum est. Offer. Sicut in holocaustũ arietũ et thaurorũ et sicut in milib⁹ agnorum pinguiũ sic fiat sacrificiũ nostrũ in conspectu tuo hodie vt placeat tibi q: nõ est cõfusio cõfidẽtibus in te dñe. Secre.

Suscipe dñe q̃s pro sacra cõnubij lege munus oblatũ: vt cuius largitor es: operis esto dispositor. Per dñm no. Coio. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis vtinã dirigãtur vie mee ad custodiẽdas iustificatiões tuas. Cõp. Quesumus oĩpotẽs deus instituta prouidẽtie tue pio amore comitare: vt quos legitima societate conuectis: longeua pace custodias. Per dñm nr̃m.

¶ Missa deuotissima quinq; pla.

Humiliauit autẽ seipsum dñs iesus xp̃us vsq; ad mortem mortẽ autẽ crucis: propter quod et deus exaltauit illũ et donauit illi nomen qd est super oĩe nomen. ℣. Misericordias dñi in eternũ cantabo. Gloria patri et filio. Oratio.

Domine iesu xp̃e fili dei viui: qui de celis ad terram descẽdisti de sinu patris: et in ligno crucis quinq; plagas sustinuisti: et sanguiẽm tuũ in remissiõem peccatorum nostrorũ fudisti te humiliter depcamur vt in die iudicij ad dexterã tuã audire mereamur venite benedicti pr̃is mei. Qui vi.

Lectio zacharie prophe. cap. xij.

Hec dixit dñs: Effundam super domũ dauid et super habitãtes hierl'm: spũm gratie et miseratiõis. Et aspiciẽt in me quem confixerũt: et plãgent eũ planctu quasi vnigeniti: et dolebũt super eũ vt doleri solet in morte primo

geniti. In illa die erit planctus
magnus in hierl'm: et dicetur ei.
Que sūt plage iste in medio ma-
nuū tuarū? Et dicet. His plaga
tus suꝫ in domo eorū qui dilige-
bāt me. Framea suscitare super
pastorē meū: et super virū cohe
rētē michi: dicit dn̄s exercituū.
Percutiā pastorē: et dispergen
tur oues. Ait dn̄s oīpotens. ℟.
Improperiū expectauit cor meū et
miseriā et sustinui qui simul cōtrista-
retur ⁊ nō fuit consolātē me ⁊ nō in
ueni. ℣. Et dederūt in escā meā fel
et in siti mea potauerunt me aceto.
All'a. ℣. Aue rex noster tu solus no
stros miseratus errores patri obedi
ens: ductus es ad crucē: mansuetus
vt agnus ad occisiōē tibi gl'ia osan-
na tibi triūphus et victoria tibi sum-
me laudis ⁊ honore corona. Prosa.
Cenam cuꝫ discipulis xpē cele-
brasti: ⁊ mortē apostolis palā
nunciasti: et auctorē celeris iudā de-
monstrasti: et egressus protinꝰ ortu-
luꝫ intrasti. ℣. Tunc procedēs dn̄s
humi se postrauit: et trāsferri calicē
ad se postulauit: sed patris arbitrio
illud cōmendauit: et ecce mox san-
guinis sudor emanauit. ℣. Iudas
post hec oscl'm ori dedit xpī: ad quid
inquit dn̄s amice venisti: nunqd tra-
des osculo quē iā vendidisti: assistē
tes protinꝰ irruunt ministri. ℣. Mox
in somnis itaqꝫ tota ducebatur: nul-
la prorsus requies iesu prestabatur:
magistrorū impia plebs iniuriatur:
alapis ⁊ colaphis innocens mactat'.
℣. Duꝫ iesum eripere pilatus conat':
iudeorū furia magis inflāmatur: et
tumultus populi ingēs excitatur: et
plebis vox intonat vt crucifigat'. ℣.
Traditur militibꝰ vinculis artatur:
vndiqꝫ verberibꝰ corpus cruētatur:
caput regis glorie spinis coronatur:
postqꝫ flexis genibꝰ quisqꝫ irritatur.
℣. Ecce caro tenera pij saluatoris:
ad colūpnā nequiter coartat' loris:
sic flagellis ceditur impij tortoris: qꝫ
emanant riuuli vndiqꝫ cruoris. ℣.
Post per vrbis mediū iesus precede
bat: et crucis patibulū humeris fere
bat: ad fores ad ostia populus flue-
bat: eiusqꝫ cōfusio oībus patebat.
℣. Ad pudoris cumulū iesu denuda
ris: vt vento et frigori nudus spolia-
ris: innocēs cū impijs in cruce dāna
ris: et quasi dux sceleris medio loca-
ris. ℣. Tensis ligno brachijs manꝰ
ꝯclauātur: crucis caro crucibꝰ clauis
tractabatur: nerui vene simili modo
laniātur: pedū plante etiā ferro con-
cauātur. ℣. Fundunt riuos sanguis
fontē saluatoris: properans huc aīa
currat pctōris: et hauriat quispiā sa
crati liquoris: quo frequētius liniat
vulnera doloris. ℣. Loquens iesus
postea sitio dicebat: ⁊ acetuꝫ protinꝰ
felle qđ miscebat: ac infusuꝫ spongie
ori porrigebat: qđ degustās paulelū
sumere nolebat. ℣. O ihesu mirifice
quid est qđ agebas: tu de siti cūque-
rēs de cruce silebas: nunqd hanc do-
loribꝰ magis sentiebas: sed salutē po

tius nostrā sitiebas. ℟. Uocem pro-
mēs vltimā patrē inuocasti: spūmq3
manibus eius ɔmēdasti: cū clamore
valido tandē expirasti: sic salutē om-
niū opus consūmasti. ℟. Nūc ego su
perbio: tu hūiliaris. ego culpas per-
petro: tu penas mulctaris. ego po-
mū mordeo: tu felle potaris. ego pe-
to mollia: tu dire tractaris. ℟. Demū
cuius valeat mēs vel ligua fari: quā-
do virgo creditur intus cruciari: dū
cernit iā mortuū latus vulnerari: at-
q3 nati viscera lancea rimari. ℟. Cor
pus quidē mortuū iā3 nil sentiebat:
sed militis lancea matre3 cruciabat:
quā fixa3 in filij latere videbat: vnde
aqua sanguine mixta effluebat. ℟.
Ad hūc ergo propera fontem redē-
ptoris: vt fluētis quippiam hauriat
dulcoris: aque vite lauacrū precium
cruoris: hinc tui curatio profluat lā-
goris. Amen. Scdm iohā. ca. xix
In illo tpe: Sciens iesus q2
iā3 oīa consūmata erant:
vt cōsumaretur scriptura: dixit.
Sitio. Uas ergo positum erat
aceto plenū. Illi aute3 spōgiam
aceto plenā ysopo circūponētes
obtulerūt ori eius. Cu3 autē ac-
cepisset iesus acetū: dixit. Consū
matu3 est. Et incliāto capite tra-
didit spūm. Judei ergo: qm̄ pa-
rasceue erat: vt nō remanerēt in
cruce corpora sabbato. Erat enī
magn⁹ dies ille sabbati. Roga-
uerūt pylatu3: vt frāgerētur eoꝝ
crura ac tollerētur. Uenerūt er-
go milites ꝛ primi quide3 frege-
rūt crura: ꝛ alteri⁹ qui crucifixus
est cū eo. Ad iesu3 autē cu3 venis
sent: vt viderūt eum iā mortuu3:
nō fregerunt crura ei⁹: sed vnus
militū lancea lat⁹ eius aperuit: ꝛ
ɔtinuo exiuit sanguis ꝛ aqua: et
qui vidit testimoniū perhibuit:
et cōfitemur: q2 verū est testimo-
niū eius. Et dr. Credo. Offer.
Insurrexerūt in me viri iniq̄ absq3
mia quesierūt me interficere ꝛ nō pe
percerūt in faciē mea3 spuere et lan-
ceis suis vulnerauerūt me et cōcussa
sunt oīa ossa mea. Secreta orō.
Oblatu3 tibi dn̄e sacrificiū
intercedēte vnigēiti filij tui
passiōe viuificet nos sēper ꝛ mu-
niat. Qui vi. Et dicit̄ prefatio de
cruce. Qui salutē humani. Coī.
Foderūt manus meas ꝛ pedes me
os dinumerauerūt omnia ossa mea.
Domine iesu xpe Complē.
fili dei viui: qui hora sexta
pro redēptione mūdi crucis pa-
tibulū ascendisti: ꝛ sanguie3 tuū
preciosu3 in remissiōe3 peccatoꝝ
nostrorū fudisti: te humiliter de-
precamur: vt post obitū nostru3
paradisi ianuas nos facias in-
troire gaudētes. Qui viuis ꝛ re.

¶ Missa pro seipso sacerdote.

Deus in nomie tuo saluū me
fac: et in virtute tua iudica
me: deus exaudi oratione3
meā. ℣. Auribus percipe verba oris
mei. Gloria patri et filio. Oratio

Supplíciter te de⁹ pater qui es creator omniũ rerũ dep̄cor: vt dũ me famulũ tuũ corã omnipotentia maiestatis tue grauiter deliquisse confiteor: manũ mĩe tue michi porrigas: quatin⁹ dũ hãc oblatõẽ tue pietati pro pctis meis offero: qd̄ neqter admisi clemẽtissime digneris absoluere. Per dñm. Lectio epistole btĩ pauli apostoli: ad timotheũ.

Karissime: Fidelis sermo et omi acceptõe dignus: quia xp̄s iesus venit in hunc mũdum pctores saluos facere quorũ primus ego sũ. Et ideo mĩaz cõsecutus sũ: vt me primũ ostẽderet xp̄s iesus omẽ patientiã ad informatõẽ eorũ: qui credituri sũt illi: vitã eternã. Regi aũt seculorũ imortali et inuisibili: soli deo honor ⁊ glĩa in secl'a seclorũ. Amen.

℟. Ego dixi dñe miserere mei sana aĩaz meã q2 peccaui tibi. ℣. Beatus qui intelligit super egenũ ⁊ pauperẽ in die mala liberauit eũ dñs. All'a ℣. Dñe deus me⁹ in te speraui saluũ me fac ex omĩbus persequẽtibus me et libera me. Scd̃m lucam. cap. v.

In illo tp̄e: Venit ad iesum leprosus dep̄cans eũ: ⁊ genu flexo dixit. Si vis potes me mũdare. Et extẽdens manũ: tetigit eum dicẽs. Volo mũdare. Et confestĩ discessit ab eo lepra. Et ipse precepit ei dicens. Uide nemi dixeris: sed vade ostẽde te

sacerdoti: ⁊ offer pro emũdatione tua sicut precepit moyses in testimoniũ illis. Perãbulabat autẽ magis sermo de illo: ⁊ cõueniebant turbe vt audirẽt illũ: ⁊ sanarentur a lãgoribus suis. Offer.

Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiaz in morte: neq̃ dicat inimicus me⁹ preualui aduersus eũ. Se.

Deus misericordie deus pietatis de⁹ indulgẽtie: indulge q̃so et miserere mei sacrificiũ quod tue pietati hũiliter offero: benigne digneris suscipe: vt peccata que labẽtibus viciis cõtraxi: pius ac propiti⁹: et miseratus indulgeas: vt loco penitentie: ac flumĩe lacrimarũ concesso veniã a te mereamur accipere oĩum delictorũ. Per dñm nostrũ. Coĩo.

Ab occultis meis mũda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. Cõplẽ.

Deus viuorũ saluator oĩum qui nõ vis mortẽ peccatorũ: nec letaris in perditione morientiũ: te suppliciter deprecor: vt cõcedas michi veniã delictorũ meorum: vt admissa defleã et ea postmodũ non admittã: vt cum michi extrema dies finisq3 vite mee aduenerit: emundatum delictis omĩbus me angelus sãctificatis suscipiat. Per dominũ nostrũ.

¶ Pro vnitate ecclesie. Introi.

Saluos nos fac domĩe deus noster ⁊ cõgrega nos de natiõibus: vt cõfiteamur noĩ

scto tuo et gloriemur vnanimes i laude tua. ℣. Confitemini dño qm̄ bonus qm̄ in seclm mia eius. Gl'ia. Oro.

Deus qui errata corrigis: dispersa cōgregas: et ↄgregata cōseruas: q̄s super pplm tuū christianū tue vnionis grām clementer infūde: vt diuisione reiecta vero pastori eccl'ie tue se vniēs tibi digne valeat famulari. Per dñm. Ad ephesios. capitulo. iiij

Fratres: Obsecro vos vt digne ambuletis vocatione q̄ vocati estis: cū omī humilitate: et mansuetudīe: cū patiētia supportātes inuicē in karitate: solliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis: vnū corpus et vnus spūs: sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestre: vnus dñs: vna fides: vnū baptisma: vnus deus et pater oīm: qui super omēs et per oīa et in oībus nobis. Unicuiq3 aūt nostrū data est grā scdm mēsurā donatiōis xp̄i. Donec occurramus omēs in vnitatē fidei: et agnitiōis filij dei in virū perfectū: in mēsurā etatis plenitudinis xp̄i: vt iam nō simus paruuli fluctuātes. Ut circūferamur oī vento doctrīe: in neq̄tia hoīm: in astutia ad circūuentiōē erroris veritatē autē faciētes in karitate. Crescamus in illo per oīa qui est caput nostrū xp̄s: ex quo corpus totū cōpactū et cōnexū per omēm iuncturā subministratiōis scdm operatiōē in mensurā vniuscuiusq3 mēbri augmentū corporis facit in edificationē corporis sui in karitate. Hoc igit̄ dico vobis et testificor in dño vt iā nō ambuletis: sicut gētes ambulāt in vanitate sensus sui: i tenebris obscuratū habentes intellectū. Alienati a via dei propt̄ ignorātiā: que est in illis propt̄ cecitatē cordis ipsorū. Uos aūt nō ita didicistis xp̄m si tm̄ illū audistis. Et in illo edocti estis: sicut est veritas. In xp̄o ihesu dño nostro.

℟. Ecce q̄ bonū et q̄ iocūdū habitare fratres in vnum. ℣. Qm̄ illic mādauit dñs bn̄dictiōem et vitā vsq3 in seculū. All'a. ℣. Edificās hierl'm dñs dispersiōes israelis cōgregauit. All'a. ℣. Dñs nomen illi qui habitare facit vnanimes in domo. Tract9.

Congregabo eos vndiq3 dicit dñs et faciā eos gentē vnā. ℣. Non erūt vltra due gētes nec diuidētur amplius in duo regna. ℣. Unus erit in oībus imperās pastor vn9 omniū eorū. ℣. Seruus me9 princeps eorū percutiā cū illis fedus pacis sempiternū. Scdm iohānē. ca. xvij

In illo tpe: Subleuatis iesus oculis in celū: dixit. Pater sācte serua eos in nomīe tuo: quos dedisti michi: vt sint vnū sicut et nos. Cum essē cū eis ego seruabā eos in nomīe tuo: quos dedisti michi ego custodiui: et nemo ex eis periit nisi fili9 perditio

nis: vt scriptura impleatur. Nūc autē ad te venio: et hec loquor in mūdo: vt habeāt gaudium meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuum: et mūdus odio habuit eos: quia non sunt de mūdo: sicut et ego nō sum de mūdo. Non rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. Sāctifica eos in veritate: sermo tu⁹ veritas est. Sicut tu me misisti in mūdū: et ego misi eos in mundū. Et ego pro eis sctifico meipsum. Ut sint ꝛ ipsi sctificati in veritate. Non pro eis rogo tantū: sed pro eis qui credituri sunt: per verbū eorū in me: vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me: et ego in te: ꝛ ipsi in nobis vnū sint. Ut mūdus credat qꝛ tu me misisti. Et ego claritatem quā tu dedisti michi dedi eis: vt sint vnum: sicut ꝛ nos vnum sumus. Ego in eis: et tu in me: vt sint confirmati in vnum. Offer.

Det vobis deus idipsum sapere in alterutrū: vt vnanimes vno ore honorificetis dn̄m deū nostrū. Secr.

Munera hec pro ppl'i xp̄iani vniōe tibi dn̄e oblata sctifica: per q̄ vnitatis ꝛ pacis: in eccl'ia tua nobis dona ꝓcede. Per. Co

Unus panis ꝛ vnū corpus sumus om̄es qui de vno pane et de vno calice participamus. Complēdum.

Hec tua dn̄e sūpta sacramēta ꝯmunio sicut fideliū in te vnionē significat per te sit in tua ecclesia vnitatis q̄s opere effectū. Per. ¶ Contra mortalitatē



Recordare domie testamēti tui et dic angelo percutiēti populū cesset iā manus tua vt nō desoletur terra et non perdas om̄ē animā viuētem. ℣. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouē ioseph. Gloria patri ꝛ fi. Oratio.

Deus qui nō mortem sed penitētiam pc̄toꝝ desideras: populū tuū quesum⁹ ad te conuerte propitius: vt dū deuotus tibi extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoueas Per dn̄m no.

Lectio libri regū secūdo. ca. vlti.

In diebus illis: Immisitq; dn̄s pestilētiam in israel de mane vsq; ad tēpus constitutū. Et mortui sunt ex populo a dan vsq; bersabee septuagita quatuor milia viroꝝ. Cumq; extēdisset angelus dn̄i manū suā sup hierusalē: vt disperderet eā. Misertus est dn̄s super aflictiōem populi sui: et ait angelo percutienti populū. Sufficit nūc: ꝯtine manū tuā. Erat autē angelus dn̄i iuxta aream areuna iebuzei. Dixitq; dauid ad dn̄m. Cū vidisset angelū cedētē populū. Ego sū qui peccaui: ego qui iniq̄ egi. Isti qui oues sunt quid fecerūt: Uertatur obsecro domie man⁹ tua cōtra me: et cōtra domū patris mei. Uenit autē gaad pro-

pheta ad dauid in die illa: et dixit ei. Ascende et constitue dño altare: in area areuna iebuzei. Et ascendit dauid: iuxta sermonē gaad: quē preceperat ei dñs. Et propitiatus est dñs terre. Et cohibita est plaga ab israel. ℟. Misit dñs verbuz suū et sanauit eos de morte et eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur dño misericordie eius et mirabilia eius filijs hoim. Alla. ℣. Saluabo pplm meū in medio hierusalez et ero cū illis in veritate iudicio et iusticia alla. Scdm lucam. cap. iiij.

In illo tpe: Surgens iesus de synagoga: intrauit in domuz symonis. Socrus autē symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerūt illuz pro ea: et stās super illā imperauit febri: et statim dimisit illaz: et cōtinuo surgens ministrabat illis. Cum sol autē occidisset omes qui habebāt infirmos varijs langoribus: ducebāt illos ad euz et curabātur. At ille singulis manus imponēs curauit eos. Exibāt autē demonia a multis clamātia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpās non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsuz esse xpm. Facta aūt die: egressus ibat in desertū locum: et turbe requirebāt eū. Et venerūt vsqz ad ipsuz: et detinebāt illū ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum dei. Et dicitur

Credo. Offerē. Stetit pontifex iuxta mortuos et viuētes habēs thuribulū aureuz in manu sua et offerēs incensuz placauit iram dñi et cessauit plaga in populo alleluya. Secreta

Subueniat nobis dñe sacrificij perceptio: que nos ab erroribus vniuersis absoluat et a totius eripiat perditiōis incursu. Per. Dicatur prefatio de natiuitate dñi nostri iesu xpi. Coio

Multitudo languētium et qui vexabantur a spiritibus immūdis veniebant ad eū quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Complēdum.

Exaudi nos deus salutaris noster: et intercedēte beata dei genitrice sēperqz virgine maria cuz oībus scīs: pplm tuū ab iracūdie tue terroribus libera: et misericordie tue fac largitate securū. Per. ¶ Contra tēpestatez



Omnia que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti quia peccauimus tibi et mādatis tuis nō obediuimus: sed da gloriā nomini tuo et fac nobiscū scdm multitudinez misericordie tue. ℣. Peccauimus cū patribus nostris: iniuste egimus iniqtatez fecimus. Gloria. Orō.

Deus qui oīum rerū tibi seruiētiū naturā per ipsos motus ad cultuz tue maiestatis instituis tranquillitatē nobis mie tue remotis largire terroribus: vt cuius irā expauimus clemētiaz sentiamus. Per. Lcō hiere. prophe

In dieb' illis: Locut' est hieremias dicēs. Cōsurge lauda in nocte in principio vigiliaꝝ tuarū. Effunde sicut aquam cor tuū: in conspectu dn̄i. Leua manus tuas ad eū pro aīabus paruuloꝝ tuorū qui defecerūt fame: in capite oīum compitoꝝ. Uide dn̄e et cōsidera quē vindemiaueris ita. Ergo ne comedēt mulieres fructū suuꝫ: paruulos ad mēsuraꝫ? Si occidetur in sanctuario dn̄i sacerdos et propheta inundauerūt aque super caput meuꝫ: dixi perij. Inuocabo nomen tuū domīe: de locis nouissimis. Uocem meā audisti ne auertas facieꝫ tuā a singultu meo ⁊ a clamoribus. Appropīquasti in die quādo inuocaui te: ⁊ dixisti ne timeas. Iudicasti dn̄e causaꝫ anime mee. Redēptor vite mee. Domine deus meus. ℟ Ne auertas faciē tuaꝫ a puero tuo quoniā tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus quoniā intrauerūt aque vsqꝫ ad aīam meā infixus suꝫ in limo profūdi ⁊ nō est substātia. Alla. ℣. De profūdis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi voceꝫ meā. Scd̄ꝫ mat. viij

In illo tp̄e: Ascēdente iesu in nauiculā et secuti sunt eū discipl'i eius. Et ecce motus magnus fact' est in mari: ita vt nauicula opereritur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt: et suscitauerūt eum dicētes. Dn̄e salua nos perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei: Tunc surgēs imperauit vento ⁊ mari: et facta est tranq̄llitas magna. Porro hoīes mirati sūt dicentes. Qualis est hic: q꞉ venti ⁊ mare obediunt ei. Offer. Deus tu cōuersus viuificabis nos et plebs tua letabitur in te: ostēde nobis dn̄e miam tuaꝫ ⁊ salutare tuuꝫ da nobis.

Offerimus laudes ⁊ Secr. munera pro cōcessis beneficijs gr̄as referētes: et pro concedēdis semper suppliciter deprecantes. Per. Coīo. Amen dico vobis quicq̄d orātes petieritis credite q꞉ accipietis ⁊ fiet vobis. Cōplē

Omnipotēs sempiterne de': qui nos castigādo sanas: ⁊ ignoscēdo cōseruas: presta supplicib' tuis: vt ⁊ tranq̄llitatibus hui' optate ꝯsolatiōis letemur: et dono tue pietatis semper vtamur. Per. ¶ Pro pc̄tis: officiū.

Dum clamarē ad dn̄ꝫ exaudiuit voceꝫ meā ab his qui appropiquant michi: et hūiliabit eos q̄ est ante scl'a: ⁊ manet in eternuꝫ: iacta cogitatū tuū in dn̄o: ⁊ ipse te enutriet. ℣. Exaudi deus oratōeꝫ meā: ⁊ ne despexeris dep̄catiōeꝫ meaꝫ: intēde michi ⁊ exaudi me. Gl'ia.

Exaudi q̄s dn̄e suppli. Orō cū preces: ⁊ confitētiuꝫ tibi parce pc̄tis: vt pariter nobis indulgētiaꝫ tribuas benign' ⁊ paceꝫ. Per. Lc̄ō esaie prophe. cap. j

HEc dicit dñs de⁹. Lauamini mūdi estote: auferte malu₃ cogitationū vestraꝝ ab ocl'is meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudiciū: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite viduā: et venite ꝛ arguite me dicit dñs. Si fuerint pcta vestra vt coccinū: quasi nix dealbabūtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erūt. Si volueritis ꝛ audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs omnipotens. ℟. Propiti⁹ esto dñe pctis nostris nequādo dicāt gentes vbi est de⁹ eoꝝ. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ꝛ propter honore₃ nois tui dñe libera nos. All'a. ℣. In te dñe speraui nō ɔfūdar in eternū in tua iusticia libera me ꝛ eripe me inclia ad me aurē tua₃ accelera vt eripias me. Scdm lu. c. xv.

IN illo tpe: Erāt ap propīquātes ad iesu₃ publicani ꝛ pctores: vt audirēt illum. Et murmurabāt pharisei ꝛ scribe dicētes. Quia hic pctores recipit: ꝛ manducat cū illis. Et ait ad illos parabolā hanc: dicens. Quis ex vobis homo qui habet centū oues. Et si perdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonagīta nouē in deserto: ꝛ vadit ad illam que perierat donec inuēiat illa₃: Et cū inuenerit eā: imponit ī humeros suos gaudēs. Et veniēs domū: conuocat amicos et vicinos: dicēs illis. Congratulamini michi: qꝛ inueni oue₃ meā que perierat. Dico vobis: qꝺ ita gaudiū erit in celo super vno pctore penitētia₃ agente: ꝙ super nonagīta nouē iustis: qui nō indigēt penitētia. Aut q̄ mulier habens dragmas dece₃. Si perdiderit dragmā vna₃ nōne accēdit lucerna₃ ꝛ euertit domū: et querit diligenter: donec inueniat: Et cū inuenerit: cōuocat amicas ꝛ vicias dicēs. Congratulamini michi: quia inueni dragmā qua₃ perdiderā. Ita dico vobis: gaudium erit cora₃ angelis dei: super vno pctore penitētia₃ agēte. Offer.

Miserere michi domīe scdm magnā miam tuā dele dñe iniquitate₃ meā.

HOstias tibi dñe pla Secr. catiōis offerimus: vt et delicta nr̄a miserat⁹ absoluas: et nutātia corda tu dirigas. Per. Co

Ab occultis meis mūda me dñe: et ab alienis parce seruo tuo. Cōplē.

PResta nobis etne saluator: vt percipiētes hoc mūere venia₃ pctoꝝ: deīceps pctavitem⁹. Qui. ¶ Ad suffragia oim sctoꝝ

COncede q̄s omps deus: vt intercessio nos scte dei gēitricis ꝛ virgīs marie: sanctarūq₃ omniū celestium virtutū: et beatoꝝ patriarchaꝝ: prophetaꝝ: apostoloꝝ: martyrū: confessoꝝ: atq₃ virginū: et omniū electoꝝ tuoꝝ: vbiq₃ letificēt: vt du₃ eoꝝ

merita ꝯmemoram⁹: patrocinia sentiamus. Per eund. Secreta

OBlatis dn̄e placare muneribus: ꝛ intercedēte sancta dei genitrice maria cuȝ oīmibus scīs tuis: a cūctis nos defende periculis. Per eundē. Complē.

SUmpsimus dn̄e scē dei genitricis marie: et oīm scōꝝ tuoꝝ ꝯmemoratiōeȝ faciētes: sacramēta celestia: p̄sta q̄s: vt qđ tēporaliter gerim⁹: eternis gaudijs conseq̄mur. Per eundem.

¶ Commemoratio oīum scōꝝ

A Cunctis nos q̄s domīe mētis ꝛ corporis defende periculis: ꝛ intercedēte btā et glīosa virgine dei genitrice maria cum btīs aplīs tuis petro: ꝛ paulo: ꝛ oībus scīs: salutē nobis tribuas benign⁹ et pacē: vt destructis aduersitatibus ꝛ erroribus vniuersis: ecclesia tua secura tibi seruiat libertate. Per eund. Secr.

EXaudi nos dn̄e deus nr̄: vt per hui⁹ sacramēti virtutē a cūctis nos mētis ꝛ corporis hostib⁹ tuearis: grāȝ tribuēs in presenti: ꝛ glīaȝ in futuro. Per. Cō.

MUndet ꝛ mūiat nos q̄s domine diuini sacramēti mu⁹ oblatū: ꝛ intercedēte beata virgine dei genitrice maria: cuȝ aplīs tuis petro: ꝛ paulo: et oībus sanctis: a cunctis nos reddas ꝛ peruersitatib⁹ expiatos: ꝛ aduersitatibus expeditos. Per eundem.

¶ Pro quacunqȝ tribulatione.

INeffabileȝ mīaȝ tuā nobis dn̄e clemēter ostēde: vt simꝰ nos ꝛ a pctīs exuas: ꝛ a pēis ꝛ tribulatiōibus quas pro his meremur eripias: ꝛ pacē tuaȝ nostris cōcede tēporibus. Per. Secre.

PUrificet nos dn̄e q̄s muneris presentis oblatio: et dignos sacra participatione perficiat. Per dn̄m no. Compleđuȝ.

PResta q̄s dn̄e: vt terrenis affectibus expiati: ad superni plenitudīeȝ sacramēti: cui⁹ libauim⁹ scā tendam⁹. Per. ¶ Pro pace.

DEus a quo scā desideria: recta consilia: et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quā mūdus dare nō potest pacē vt ꝛ corda nr̄a mādatis tuis dedita: et hostiū sublata formidīe: tēpora sint tua protectione tranquilla. Per dn̄m. Secreta oro.

DEus qui credētes in te populos nullis sinis ꝯcuti terrorib⁹: dignare preces ꝛ hostias dicate tibi plebis suscipe: vt pax tua pietate ꝯcessa: christianoꝝ fines ab oīmi hoste facias esse securos. Per dn̄m nostrū. Complē

DEus auctor pacis: et amator: quē noscere viuere: cui seruire regnare est: protege ab oīmibus impugnatōibus supplices tuos: vt qui in defensiōe tua ꝯfidimus: nulli⁹ hostilitatis arma timeam⁹. Per. ¶ Pro infirmis.

OMnipotens sempiterne deus salus eterna credentiũ: exaudi nos pro famulis ⁊ famulabus tuis: pro quib⁹ misericordie tue imploramus auxiliũ: vt reddita sibi sanitate: gratiarũ tibi in ecclesia tua referãt actiões. Per dñm nostrũ. Secreta oro.

DEus cuius nutibus vite nostre momẽta decurrũt: suscipe preces ⁊ hostias pro famulis ⁊ famulabus tuis: pro quib⁹ misericordiã tuã egrotãtibus imploramus: vt de quorũ periculo metuimus: de eorum salute letemur. Per dñm. Complendum.

DEus infirmitatis humane singulare presidiũ: auxilij tui super infirmos nr̃os ostende virtutẽ: vt ope misericordie tue adiuti: eccl'ie tue scẽ representari mereãtur. Per. ¶ Pro itinere

ADesto dñe supplicatõibus nostris: et viã famulo⁊ famularũq; tuarum in salutis tue prospitate dispone: vt inter omnes vie et vite huius varietates: tuo semper protegãtur auxilio. Per dñm nostrũ. Secreta oro.

PRopitiare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes: quas tibi offerimus pro famulis et famulabus tuis benignus assume: vt viã illo⁊ et precedẽte gratia tua dirigas: ⁊ subsequẽte comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eo⁊ scd̃m misericordie tue p̃sidia gaudeamus. Per dñm. Complẽdum.

SUmpta dñe celestis sacramenti misteria: quesumus: vt ad prosperitatẽ itineris famulorũ famularũq; tua⁊ proficiãt: ⁊ eos ad salutaria cuncta perducant. Per dñm. ¶ Pro pluuia.

DEus in quo viuimus: mouemur: ⁊ sumus: pluuiã nobis tribue congruẽtẽ: vt presentibus subsidijs sufficiẽter adiuti: sempiterna fiducialius appetamus. Per dñm. Secreta oro

OBlatis dñe placare muneribus: et oportunũ nobis tribue pluuie sufficiẽter auxiliũ. Per dñm nostrũ. Complẽdum

TUere nos quesum⁹ domĩe tua sancta sumentes: et ab oĩbus propitius absolue peccatis. Per. ¶ Pro aeris serẽitate.

AD te nos dñe clamãtes exaudi: et aeris serenitatẽ nobis tribue supplicãtibus: vt qui pro peccatis nostris iuste affligimur: misericordia tua preueniẽte clemẽtiã sentiam⁹. Per. Se.

PReueniat nos quesum⁹ domine gr̃a tua semper et subsequatur: ⁊ has oblatiões quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus: benignus assume: vt per intercessiones sanctorũ tuorũ cunctis nobis proficiant ad salutem. Per dñm nostrum. Complendum.

Plebs tua domie capiat sacre benedictionis augmentu3: et copiosis beneficiorũ tuorꝫ subleuetur auxilijs: que tãtis intercessorũ deprecatiõibus adiuuatur. Per dñm. ¶ Ad postulanda3 sancti spiritus gratiam.

Deus cui omne cor patet: et omnis volũtas loquitur: et quẽ nullu3 latet secretũ: per infusione3 sancti spũs cogitationes cordis nr̃i clementer emũda: vt perfecte te diligere: et digne laudare mereamur. Per eius. Sec.

Hec oblatio dñe quesumus cordis nostri maculas emũdet: vt scti spiritus digna in nobis efficiatur habitatio. Per in vnitate eiusdem. Complẽdum.

Concede quesum⁹ omnipotens deus: spũm nos sctm votis sedulis promereri: quatinus eius grã ab omĩbus liberemur tentatiõibus: et peccatoru3 nostrorꝫ indulgẽtiam percipere mereamur. Per eiusdẽ. ¶ Pro abbate

Omnipotẽs sempiterne deus: qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos: et super cunctas congregatiões illis comissas: spũm gratie salutaris: et vt in veritate tibi cõplaceant perpetuu3 eis rorem tue benedictiõis infunde. Per in vnita eius. Se.

Hostias dñe famulorꝫ tuorꝫ placatus intẽde: et quas in honore3 nomis tui deuota mente pro eis celebramus: proficere sibi sentiãt ad medela3. Per do.

Quos celesti recreas Cõplẽ munere: perpetuo dñe comitare presidio: et quos fouere non desinis: dignos fieri sempiterna redẽptione concede. Per.

¶ Pro tentatione carnis Orõ.

Ure igne sancti spũs renes nostros ⁊ cor nostrũ dñe: vt tibi casto corpore seruiamus: et mũdo corde placeam⁹ Per eius.

Dirumpe dñe vincula peccatorũ nostrorũ: et vt Secr. sacrificare tibi hostiã laudis: absoluta libertate: ac mũda mente possimus tribue que ante tribuisti: et salua nos per indulgẽtia3: quos saluare dignatus es per grãm. Per dñ3. Complẽdum.

Domie adiutor et protector noster adiuua nos: et refloreat caro nostra vigore pudicitie: atq3 sctimonie nouitate: ereptãq3 de manu tartari: in resurrectionis gaudium iubeas presentari. Per do. ¶ Pro amico.

Deus qui iustificas impiũ: et nõ vis morte3 peccatorꝫ: maiestate3 tuã suppliciter deprecamur: vt famulũ tuu3 de tua misericordia confidẽte3: celesti protegas benignus auxilio: et assidua eu3 protectione conserues: vt tibi iugiter famuletur: et nullis tentatiõibus a te separetur.

Per dñm nostrũ. Secreta orõ.
Huius dñe quesumus virtute misterij: ꝛ a proprijs nos mũda delictis: ꝛ famulũ tuuz ab omnibus absolue pctis. Per do.
Purificent nos dñe Cõplẽ. quesum⁹ sacramẽta que sũpsimus: ꝛ famulũ tuuz ab omni culpa liberũ esse concede: vt qui cõsciẽtie reatu constrĩgitur: celestis remedij plenitudĩe glorietur. Per dñz no. ¶ Alia oratio.
Omnipotẽs sempiterne deus miserere famulo tuo: et dirige eum scdm tuã clementiaz in viã salutis eterne: vt te donãte tibi placita cupiat: ꝛ tota virtute perficiat. Per dñm. Secreta.
Proficiat quesumus domĩe hec oblatio quã tue supplices offerimus maiestati ad salutez famuli tui: vt tua prouidẽtia eius vita inter aduersa ꝛ prospera vbiqз dirigatur. Per. Cõplẽ
Sumentes dñe perpetue sacramẽta salutis: tuã deprecamur clemẽtiaz: vt per ea famuluz tuũ ab omni aduersitate protegas. Per. ¶ Pro salute viuoꝝ
Pretende dñe misericordia tua famulis et famulabus tuis: dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirãt: et que digne postulant assequãtur. Per.
Propitiare dñe sup- Secre. plicatiõibus nostris: ꝛ has oblatiões famuloꝝ famularũqз tuaꝝ: quas tibi pro incolumitate eorũ offerimus: benign⁹ assume: et vt nullius sit irritũ votuz: nullius vacua postulatio: presta quesumus: vt quod fideliter petimus: efficaciter consequamur. Per dñm nostrũ. Complẽdum
Da famulis ꝛ famulab⁹ tuis quesumus dñe: in tua fide ꝛ sinceritate constãtiaz: vt in karitate diuina firmati: nullis tentationibus ab eius integritate vellãtur. Per. ¶ Contra paganos
Omnipotẽs sempiterne deus: in cuius manu sunt omniũ potestates: et omniũ iura regnorũ: respice in auxiliũ christianoruz: vt gentes paganorũ que in sua feritate confidũt: dextera tue potẽcie ꝯterãtur. Per. Sec.
Sacrificiuz domĩe quod immolamus intẽde: et propugnatores tuos ab omĩ exuas paganorũ nequitia: et in tue protectiõis securitate cõstituas. Per.
Protector noster Complẽ. aspice deus: ꝛ propugnatores tuos a paganorum defende periculis: vt ab omĩbus perturbationibus semoti: liberis tibi mentibus seruiant. Per dñm.
¶ Contra iudices male agẽtes.
Ecclesie tue quesumus dñe preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus: et erroribus vniuersis: secura tibi seruiat libertate. Per. Secreta.

PRotege nos domine quesumus tuis misterijs seruientes: vt diuinis rebus et corpore famulemur et mēte. Qui vi. Cō.

QUesumus domīe deus noster: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dñz. ¶ Pro seipso: orō.

DEus fons bonitatis et pietatis origo: qui peccantem nō statim iudicas: sed ad penitētiam miseratus expectas: te queso vt facinorū meorum squalores abstergas: et me ad peragēdum iniūctuz officiū dignuz efficias: vt qui altaris tui ministeriuz suscepi indignus: perago trepid⁹: ad id peragendum reddar strenuus: et inter eos qui tibi placuerunt inueniar iustificatus. Per.

SAcrificij presentis Secre. queso domine oblatio mea expurget facinora: per quod totius mundi voluisti relaxari peccata: illiusqz frequētatione efficiar dign⁹: quod vt frequētarem suscepi indignus. Per. Cōplē.

HUius domine perceptio sacramēti: peccatoruz meorū maculas tergat: et ad peragenduz iniūctuz officiū me ydoneū reddat. Per do. ¶ Alia oratio.

SUppliciter te de⁹ pater omnipotēs qui es creator omniū rerum deprecor: vt dum me famuluz tuū coram omnipotentia maiestatis tue grauiter deliquisse confiteor: manū misericordie tue michi porrigas: quaten⁹ dum hanc oblatiōem tue pietati pro pctīs meis offero: qđ nequiter admisi clementissime digneris absoluere. Per do. Secreta

DEus misericordie deus pietatis deus indulgentie: indulge queso et miserere mei: et sacrificiū quod tue pietati humiliter offero: benigne digneris suscipere: vt peccata que labētibus vicijs cōtraxi: pius ac propitius et miseratus indulgeas: vt loco penitentie ac flumine lacrimarū concesso veniam a te merear accipere omniū delictorū. Per do.

DEus viuoruz sal. Complē. uator omnium qui non vis morteз peccatorū: nec letaris in perditione moriētium: te suppliciter deprecor: vt cōcedas michi veniaз delictorū meorū: vt admissa defleam: et ea postmodū non admittaз: vt cum michi extrema dies finisqz vite aduenerit: emūdatum delictis oībus: me angelus sanctitatis suscipiat. Per dñm nostrum. ¶ Missa votiua.

OMnipotens sempiterne deus qui viuorū domiaris simul et mortuorū omniumqz misereris: quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoram⁹: vt pro quibus effūdere preces decreuimus: quosqz

vel presens seculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia omnium delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum. Secreta.

Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: tribue quesumus: vt vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus: vel omnium fidelium nomina beate predestinationis liber ascripta retineat. Per dominum. Complendum.

Purificent nos: quesumus omnipotens deus: sacramenta que sumpsimus: et presta vt hoc tui corporis sacramentum non sit nobis reatus ad penam: sed intercessio salutaris ad veniam: sit ablutio scelerum: sit fortitudo fragilium: sit contra mundi pericula firmamentum: et intercedentibus omnibus sanctis tuis: sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium peccatorum. Qui vi.

¶ Missa viuorum et defunctorum.

Pietate tua domine quesumus: nostrorum solue vincula delictorum: et intercedente beata et gloriosa semperque virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis: dompnum papam: pontifices: et abbates nostros: seu omnes congregationes et plebes illis commissas: reges et principes nostros: et omnem populum christianum: et nos famulos tuos: atque locum istum: et omnia loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesque consanguinitate: affinitate: et familiaritate nobis coniunctos: a vicijs purga: virtutibus illustra: pacem et salutem nobis tribue: hostes visibiles et inuisibiles remoue: carnalia desideria repelle: aerem salubrem indulge: nobis amicis et inimicis nostris veram karitatem largire: et omnibus fidelibus viuis et defunctis: in terra viuentium: vitam et requiem eternam concede. Per dominum nostrum. Secreta oratio.

Deus qui singulari corporis tui hostia: totius mundi soluisti delicta: hac oblatione placatus: maculas scelerum nostrorum absterge: et omnium christianorum fidelium viuorum et mortuorum peccata dimitte: eisque premia eterna concede. Qui viuis.

Complen.

Sumpta quesumus domine celestia sacramenta: omnia crimina nostra detergant: omnemque prauitatem et infirmitatem: et hosticam rabiem: atque subitaneam mortem: meritis et intercessione beate marie virginis: et omnium sanctorum tuorum a nobis procul repellant: et omnibus fidelibus viuis et defunctis prosint ad veniam: pro quorum quarumque tibi sint oblata salute. Per dominum nostrum. ¶ Missa pro papa

DEus omniũ fideliũ pastor et rector: famulum tuũ. N. quem pastorẽ ecclesie tue preesse voluisti: propitius respice: da ei quesumus verbo et exemplo quibus preest proficere: vt ad vitam vna cuz grege sibi credito perueniat sempiternã. Per. Secreta.

OBlatis quesumus dñe placare muneribus: et famulũ tuuz. N. quẽ populo tuo pastorẽ esse voluisti: assidua protectione conserua. Per do. Complẽduz.

HEc nos quesumus domĩe diuini sacramẽti perceptio protegat: ⁊ famulũ tuuz. N. quẽ pastorẽ ecc'ie tue voluisti: vna cũ comisso sibi grege: saluet semp ⁊ muniat. Per. ¶ Missa pro rege

QUesumus omnipotens deus: vt famulus tuus rex noster. N. qui tua miseratiõe suscepit regni gubernacula: virtutuz etiam omniũ percipiat incremẽta: quibus decenter ornatus: et viciorũ monstra deuitare: et hostes superare: ⁊ corporis sospitate gaudere: et ad te qui via veritas: et vita es: graciosus valeat peruenire. Per dñm. Secreta.

MUnera quesumus dñe oblata sanctifica: vt vnigeniti tui corpus et sanguis fiant regi N. ad obtinẽdam anime corporisq3 salutẽ: et ad peragẽdum iniunctuz officiũ te largiente vsq3 quaq3 proficiãt. Per. Complẽ.

HEc dñe salutaris sacramenti perceptio: famulũ tuuz regem nostrũ. N. ab omibus tueatur aduersis: quatinus ⁊ ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: et post istius tẽporis decursuz: ad eternã perueniat hereditatẽ. Per. ¶ Missa pro defũctis



REquiem eternã dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ℣. Te decet hymnus deus i syon: et tibi reddetur votũ in hierusalem. Kyriel'. Orõ.

DEus indulgentiaruz dñe: da famulis et famulab⁹ tuis: quoruz anniuersariũ depositionis diez cõmemoramus refrigerij sedem quietis beatitudinẽ luminis claritatẽ. Per. Lectio libri apocalipsis bt'i iohãnis apl'i

IN diebus illis: Audiui vocem: de celo dicentez michi. Scribe. Beati mortui qui i domino moriũtur. Amodo enĩ iaz dicit spiritus: vt requescant a laboribus suis. Opera enĩ illoruz sequũtur illos. ℟. Requiez eternaz dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis. ℣. In memoria eterna erũt iusti: ab auditione mala nõ timebũt.

DE profundis clama. Tractũ. ui ad te dñe: domĩe exaudi vocem meã. ℣. Fiant aures tue intendentes in vocem orationis mee. ℣. Si iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustiebit. ℣. Quia apud

te propiciatio est et propter legē tuā sustinuite dn̄e. Scd̄m ioh. cap. xj.

In illo tēpe: Dixit martha ad iesum. Dn̄e si fuisses hic: frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecūqz poposceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et omnis qui viuit: et credit in me: nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqz domie. Ego credidi: quia tu es christus filius dei: qui in hūc mundum venisti. Offerendum.

Domine iesu christe rex glorie libera animas omniū fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo laci libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadāt in obscura: sed signifer sāctus michael representet eas in lucem sanctam quā olim abrahe promisisti et semini eius. Aliud

Hostias et preces tibi domine offerimus: tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriā agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam sanctam quam olim abrahe promisisti et semini eius. Secreta ōro

Propitiare domie supplicatiōibus nostris pro animabus famulorum famularumqz tuarum: quorum hodie annua dies agitur: pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis: vt eas sanctorū tuorum consortio sociare digneris. Per dn̄m nostrum. Com̄o.

Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum quia pius es: requiem eternam dona eis dn̄e et lux perpetua luceat eis cum sanctis tuis in eternū quia pius es. Cōplēdum

Presta quesumus domie: vt anime famulorū famularū qz tuarū: quorum anniuersariū depositionis diem celebramus: his purgate sacrificiis: indulgētiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per dn̄m nostrum iesum. ¶ Pro patre et matre. ōro

Deus qui nos patrem et matrē honorare precepisti: miserere clementer animabus patris et matris mee: eorū qz peccata dimitte: meqz eos ī eterne claritatis gaudio fac videre. Per d.

Suscipe dn̄e sacrificium quod tibi pro animabus patris et matris mee offertur: eisqz gaudium sempiternum in regione viuētium concede: meqz felicitati eorū coniunge. Per dn̄m nostrum. Secreta

Complendum.

Celestis domine participatio sacramenti: quesumus: vt animabus patris et matris mee requiem et lucem concedat perpetuam: meqz cum illis gratia tua coronet eterna. Per dn̄m nrm.

¶ In memoria fratris Oratio.

QUesumus domīe vt famulo tuo. N. cuius obitus sui diem cōmemoramus: sanctorū atq3 electoru3 largire consortiū: et rorem misericordie tue perhēnem infunde. Per do. Alia oro

ADesto quesumus dn̄e supplicatiōibus nr̄is: pro animabus famulo℞ famularumq3 tua℞: quibus in depositione sua officiu3 ꝯmemorationis impēdimus: vt quecūq3 eis seclaris macula inhesit: aut vitium mūdiale infecit: dono tue pietatis indulgeas et abstergas. Per. Secre.

ADesto domine supplicationibus nostris: z hanc oblationem quam tibi offerimus: ob diem depositionis pro animabꝰ famulorū famularumq3 tuaru3 placatus ac benignus assume. Per dn̄m nostrū. Complēdum

OMnipotens sempiterne deus: collocare digneris animas famulorū famularūq3 tuaru3: quo℞ die3 depositionis celebramus: in finibꝰ abrahe: ysaac: et iacob: vt cum dies agnitionis tue aduenerit: inter sanctos z electos tuos eos resuscitari precipias. Per dn̄m nostrū iesu3 xp̄m.

¶ Missa pro sacerdotibus: oro

DEus qui inter apostolicos sacerdotes: famulos tuos: pontificali vel sacerdotali fecisti dignitate vigere: presta quesumus: vt eorum quoq3 perpetuo aggregētur cōsortio. Per. Sec

Suscipe quesumus dn̄e hostias quas tibi offerimus pro animabus famulorū tuoru3 sacerdotu3: vt quibus pontificale vel sacerdotale donasti meritu3: dones z premiū. Per. Complē.

PRopitiare domīe supplicatiōibus nostris: et animas famulorum tuorū sacerdotum: in viuorum regione eternis gaudijs iubeas sociari. Per domi.

¶ Pro defunctis fratribus oro

DEus venie largitor z humane salutis amator: quesumꝰ clemētiam tuā: vt nostre congregationis fratres: qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedēte cu3 omnibus sanctis: ad perpetue beatitudinis consortiu3 peruenire cōcedas. Per dn̄3 nr̄m. Secreta.

DEus cuiꝰ misericordie non est numerus: suscipe propitius preces humilitatis nostre: et animabus famulorū tuorum fratru3 nostrorū: quibus tui nominis dedisti confessionem: per hec sacramēta salutis nostre cūctoru3 remissionem tribue peccatorum. Per dn̄m. Complēdu3.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt anime pro quibus hoc sacrificiū laudis tue obtulimus maiestati: per huiꝰ virtutem sacramēti: a peccatis omnibus expiate: lucis perpetue te

miserante recipiāt beatitudiem. Per dn̄m. Aliud complēdum.

Deus vita viuentium: spes morieētium: salus omniū in te sperātium: presta propitius: vt anime nostre congregationis vel hic omniū requiescētiuz a nostre mortalitatis tenebris absolute: beata maria semper virgie intercedēte: in perpetua cuz sanctis tuis luce letētur. Per dominuz nostrū. ¶ Missa pro amico.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere: propitiare animabus famulorū famularumqz tuarū: et omnia eorū peccata dimitte: vt mortis vinculis absolute: transire mereantur ad vitam. Per do. Secreta.

Animas famulorū famularumqz tuaꝝ quesumus domine ab om̄ibus viciis conditionis humane hec absoluat oblatio: que totius mūdi tulit immolata peccata. Per do. Complen

Presta quesum⁹ domine animabus famulorū famularumqz tuarū misericordiaz sempiternā: vt mortalitatis nexibus expeditas: lux eas eterna possideat. Per dn̄m. ¶ Alia missa.

Inclina domine aurem tuā ad preces nostras: quibus misericordiam tuā supplices deprecamur: vt animas famulorū famularūqz tuarū: quas de hoc seculo migrare iussisti: in pacis: ac lucis regiōe constituas et sanctorū tuoruz iubeas esse consortes. Per dn̄m nostrū. Secreta.

His sacrificiis quesum⁹ omnipotēs deus: purgate anime famulorū famularumqz tuarum: ad indulgētiam et refrigeriuz sempiternum peruenire mereantur. Per do. Complēdum.

Diuina libantes sacramenta: concede quesumus omnipotēs deus: vt hec misteria nobis proficiant ad medelaz: et animabus pro quibus tuaz deprecamur clemētiam: prosint ad indulgentiaz. Per. ¶ Alia missa.

Suscipe piissime deus in sinu patriarche abrahe: animas famulorū famularūqz tuarum: easqz sanctis et electis omnibus adiūge: nec eis noceat culpa earum ad penaz: sed prosit illis miseratio tue pietatis ad veniam. Per dn̄m nr̄m. Secreta.

Propitiare domīe supplicatiōibus nostris: pro animabus famuloꝝ tuoꝝ: pro quibus tibi offerimus sacrificiū laudis: vt eas sanctoꝝ consortio sociare digneris. Per do. Complēduz.

Prosit dn̄e quesum⁹ animabus famulorū tuoruz diuini celebratio sacramenti: vt eius in quem sperauerunt et crediderunt: eternum capiant te miserāte consortium. Per dn̄m nostrū iesuz xp̄m. ¶ Alia missa: oratio.

OMnipotens sempiterne deus: cui nunq̄ sine spe misericordie supplicatur: propitiare animabus famulorū tuorū: vt qui de hac vita in tui nomīs confessione decesserunt: sanctorū tuorum numero facias aggregari. Per dn̄m nostrū. Secreta orō.

PRopitiare quesumus dn̄e: animabus famulorū tuorū: pro quibus tibi hostiam laudis offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica: in futura vita eis retributio condonetur. Per dn̄m. Complendum.

PResta quesumus omnipotēs deus: vt animas famulorum tuorū ab angelis lucis susceptas: in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per dn̄m. ¶ Pro defuncta femina.

QUesumus domine pro tua pietate miserere animabus famularū tuarum: et a contagijs mortalitatis exutas: in eterne saluationis partem restitue. Per dn̄m nostrum. Secreta.

HIs sacrificijs domine anime famularum tuarū a peccatis om̄ibus exuantur: sine quibus a culpa nemo liber existit: vt per hec pie placatōis officia: perpetuam misericordiā consequātur. Per dn̄m. Complendum.

INueniant quesumus dn̄e: anime famularū tuarū lucis eterne consortium: cuius perpetue gratie cōsecute sunt sacramentum. Per eū. ¶ Missa pro desiderātibus penitētiā. Orō.

OMnipotēs et misericors deus: cuius humana cōditio potestate cōsistit: animas famulorū famularumq̄ tuarū: quesumus ab om̄ibus absolue peccatis: et penitentie fructum: quem voluntas eorū optauit: preuētu mortalitatis non perdant. Per dn̄m nostrum. Secreta oratio.

SAtisfaciat tibi domine quesumus pro animab⁹ famulorū famularūq̄ tuarum sacrificij presentis oblatio: et peccatorum veniā quem quesierunt inueniāt: et quod officio lingue implere non potuerunt: desiderate penitentie compensatione percipiant. Per dn̄m. Complēdum.

DEus a quo speratur humani corporis omne quod bonū est: tribue per hec sancta que sumpsimus: vt sicut animabus famulorū famularumq̄ tuarum penitentiam velle donasti: sic indulgentiam tribuas miseratus optatam. Per dominū nostrū.

¶ Missa plurimorū defunctorū.

FIdelium deus omniū conditor et redemptor: animabus famulorum famularumq̄ tuarū remissionem cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiam quā preoptauerūt: pijs supplicatiōibus consequātur. Qui. Se

Hostias quesumus domine: quas tibi pro animabus famulorũ famularumq; tuarum offerimus: propitiatus intẽde: vt quibus fidei christiane meritum contulisti: dones et premiũ. Per dñm nostrũ. Complẽdum

Animabus quesumus dñe: famulorum famularumq; tuarũ oratio proficiat supplicantiũ: vt eas et a peccatis omnibus eruas: et tue redẽptionis facias esse participes. Qui viuis et reg.

¶ Missa in cimiterijs: Oratio.

Deus cuius miseratiõe anime fideliũ requiescunt famulis et famulabus tuis: omnibus hic et vbiq; in xpo quiescẽtibus: da propitius veniã peccatorũ: vt a cunctis reatibus absoluti: sine fine letẽtur. Per e. Secre

Pro animabus famulorum famularũq; tuarum. N. et hic et vbiq; omniũ catholicorũ in christo dormientium: hostiã domine suscipe benignus oblatam: vt hoc sacrificio singulari: vĩculis horrẽde mortis exute: vitã mereãtur eternã. Per Cõp

Deus fideliũ lumen animarum: adesto supplicationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis. N. quorum corpora hic et vbiq; in christo requiescunt refrigerij sedẽ: quietis beatitudinẽ luminis claritatẽ. Per eun. ¶ Pro viuis et defunctis.

Sanctorum tuorũ intercessionibus quesumus domine: et nos protege: et famulis et famulabus tuis: quorũ cõmemoratiõem agimus: vel quorũ elemosinas recepimus: seu etiã his qui nobis familiaritate atq; cõsanguinitate: cõfessione et oratione iuncti sunt: misericordiã tuã vbiq; pretẽde: vt ab omnibus impugnatiõibus defensi tua opitulatione saluentur: et animas famulorũ famularũq; tuarũ oĩum videlicet fidelium catholicorũ: orthodoxorum: quorũ commemoratiõem agimus: et quorum corpora ĩ hoc venerabili loco: vel in cunctis cimiterijs fideliũ christianorum requiescunt: vel quorũ nomina ante sanctũ altare tuum scripta adesse videntur: et electorum tuorũ dirigere digneris consortium. Per. Secreta.

Propitiare domĩe supplicationibus nostris has oblatiões quas pro incolumitate famulorum famularumq; tuarũ: et pro animabus omnium fidelium catholicorũ: orthodoxorũ: quorum cõmemorationem agimus: nomini tuo consecrandas deferimus benignus assume: vt sacrificij presentis oblatio ad refrigeriũ animarũ eorum te miserante perueniat. Per. Complẽ.

Purificet nos quesum⁹ domine: et diuini sacramenti

perceptio: et gloriosa beate marie semper virginis: et omnium sanctorũ tuorum oratio: et animabus famulorũ famularumq; tuaruam: quorũ cõmemorationem agimus: remissionem cunctorũ tribue peccatorum. Per.

Lcõ libri machabeorũ. ij. cap. xij

In diebus illis: Vir fortissimus iudas collatiõe facta: duodecim milia dragmas argẽti misit hierosolimã: offerri eas ibi pro peccatis mortuorũ. Bene ꝛ religiose de resurrectione cogitans. Nisi enĩ eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluũ videretur et vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cũ pietate dormitionem acceperant: optimã haberent repositam gratiã. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt a peccatis soluantur.

Lectio epl'e beati pauli apl'i: ad thesaloni. cap. iiij.

Fratres: Nolum' vos ignorare de dormiẽtibus: vt nõ contristemini: sicut et ceteri qui spem nõ habent. Si enim credimus quod iesus mortuus est: et resurrexit: ita ꝛ deus eos qui dormierũt: per iesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus: qui residui sumus: in aduentu domini nõ preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu: et in voce archangeli: et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in xp̃o sunt: resurgent primi. Deinde nos qui viuimus: qui relinquimur: simul rapiemur cũ illis in nubibus: obuiam xp̃o in aera: et sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis.

Scd̃m iohẽ. ca. vi.

In illo tp̃e: Dixit iesus turbis iudeorũ. Amen amen dico vobis: nisi mãducaueritis carnem filij hominis: et biberitis eius sanguinẽ: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnem: et bibit meum sanguinẽ: habet vitam eternã. Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die.

Scd̃m iohem. cap. vi.

In illo tp̃e: Dixit iesus turbis iudeorũ. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui veniet ad me non eijciã foras: quia descendi de celo non vt faciam voluntatẽ meam: sed voluntatẽ ei' qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hec est enĩ voluntas patris mei qui misit me. vt omnis qui videt filium: et credit in ipsum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die.

Scd̃m iohannem. Capitulo. v.

Secũdum iohannem. Capitulo. v.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis: quia qui verbum meũ audit ꝛ credit ei qui me misit habet vitam eternaꝫ: ꝛ in iudicium nõ venit: sed transit de morte ad vitaꝫ. Amen amen dico vobis: qꝛ venit hora et nũc est: quãdo mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut enĩ pater habet vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso: et potestateꝫ dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora: in qua omnes qui in monumẽtis sunt: audient voceꝫ filij dei: et procedent. Qui bona fecerunt in resurectionẽ vite: qui vero mala egerũt: in resurrectionem iudicij. ¶ Cõmemoratio sanctarũ materterarum domini nostri iesu xpi marie iacobi et salome sororum virginis Marie.



Gaudeamus om̃es in domino diem festum celebrantes sub honore sanctaꝝ sororuꝫ: de quaruꝫ commemoratione gaudẽt angeli et collaudant filiuꝫ dei. ℣. Magnus dominus ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Propitiare quesum⁹ domĩe: nobis famlis tuis per beatarũ gloriose virginis et matris tue marie sororũ: tuarumqꝫ materterarũ marie iacobi ꝛ marie solome: quaruꝫ corpora in ecclesia de mari requiescunt: merita gloriosa: vt earum intercessione ab om̃ibus semper protegamur aduersis. Qui viuis et regnas.

Lectio libri eccl'iastici. cap. xxiiij.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulcre dilectionis et timoris: et agnitionis et sancte spei. In me omnis gratia vite et veritatis: in me omnis spes vite ꝛ virtutis. Transite ad me om̃es qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enĩ meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauũ. Memoria mea: in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibũt me adhuc sitient. Qui audiunt me non confundẽtur: qui operantur in me non peccabũt. Qui elucidant me: vitaꝫ eternã possidebunt. ℟. Gloriosus deus in sanctis mirabilis in maiestate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata est in virtute dextera manus tua confregit inimicum. Alleluya. ℣. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait: auete: tũc accesserunt et tenuerũt pedes eius.

Secũdum marcuꝫ. Caplo vltimo.

In illo tpe: Maria magdalene: et maria iacobi: et salome emerunt aromata: vt venientes vngerent iesuz. Et valde mane vna sabbatoꝝ veniunt ad monumētum orto iam sole. Et dicebant ad inuicez. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti: Et respiciētes: viderunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumētum: viderunt iuuenem sedētem in dextris: coopertuz stola candida: obstupuerūt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Jhesum queritis: nazarenum: crucifixū. Surrexit. Non est hic. Ecce locus vbi posuerūt euz. Sed ite. Dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileam. Ibi eum videbitis: sicut dicit vobis. Offerendum.

Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quē queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Domine iesu xpe qui in ara crucis te veram hostiaz pro salute humāi generis obtulisti: munus oblatum tibi sanctifica: et intercedētibus beatis matertcris tuis maria iacobi et maria salome sororib' marie virginis matris tue: ad salutez nostraruz transeat animaꝝ. Per eū. Coīo.

Feci iudicium et iusticiam domine nō calumniētur michi superbi ad omnia mādata tua dirigebar omnē viaz iniquitatis odio habui. Complen.

Sumptis domine salutaribus sacramentis te supplices exoramus: vt meritis illaruz que emerūt aromata: vt venientes vngerent dn̄m iesuz xp̄m virtutuz aromatibus inungamur. Per eū. ¶ In n̄re scti anthonij.

Deus qui concedis obtentu beati anthonij confessoris tui morbiduz ignem extingui: z membris egris refrigeria prestari: fac nos propitius ipsius meritis a gehēne incēdijs liberatos: mēte integros et corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per.

Sacrificium nostrū Secre. quesum' domīe benignus intende: vt sicut beati anthonij precibus: cruciatus tēporales sanare non desinis: ita erui ab eternis supplicijs misericorditer impetremus. Per. Complēdum.

Prosit nobis ad salutez domine sacri mūeris oblatio: per quā beati anthonij fulti suffragio exēplo ipsius oīa nequissimi ignea tela extinguētes: et sanctoꝝ mereamur adiūgi ɔsortio. Per. ¶ Missa pro iter agentib'

Omni tempore benedic deo et pete ab eo vt vias tuas dirigat: et omnia consilia tua in ipso permaneāt. ℣. Benedictus dominus die quotidie prosperū iter faciat nobis deus salutariū nostraꝝ Gloria patri et filio z spi. Oratio.

Supplicationibus nostris: quesumus domine benign⁹ intendens: famulos in via: per quaz sunt tua disponēte clementia profecturi: propiti⁹ dirigas: et eos ad loca desiderata prospere peruenire concedas. Per dominum. Lectio libri sapientie.

Omni custodia serua cor tuum: quia ex illo vita procedit. Remoue a te os prauū: et detrahentia labia sint procul a te. Oculi tui recta videant: et palpebre tue precedant gressus tuos. Dirige semitas pedibus tuis: et om̄es vie tue stabilientur. Ne declines ad dexteram neq3: ad sinistram. Auerte pedem tuuz a malo. Vias eniz que a dextris sunt nouit dn̄s. Peruerse vero sunt: que a sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet gressus tuos: itinera autē tua in pace perducet. ℟.

Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluya. ℣. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueātur vestigia mea. Scd̄m Johannem.

In illo tp̄e: Dixit iesus turbis. Adhuc modicū lumen in vobis est. Ambulate dum lucez habetis: vt non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lucem habetis: credite in lucem: vt filij lucis sitis. Offer.

Gressus meos dirige scd̄m eloquium tuuz: et non dominetur mei omnis iniusticia. Secreta oratio.

Quesumus dn̄e vt deuotionis nostre munera que tibi pro tuorum incolumilate seruoruz offerimus placide suscipiēs: viaz eis tua pietate tribuas prosperaz et salubrē. Per do. Coio.

Apud dominum gressus hominis dirigetur et viam eius volet cum ceciderit non collidetur quia dn̄s supponit manuz suam. Complēdum.

Famulis tuis peregre profecturis quesumus domine auxiliuz gratie tue clementer impendens: ipsos ab om̄ibus tuearis aduersis: et salutaribus semper proficere facias incremētis. Per dn̄m nostrum iesum xp̄m.

¶ Missa pro papa futuro Oro

Supplici domine humilitate deposcimus: vt sacro sācte romane ecclesie concedat: illum tua pietas immensa pontificez: qui et pie vite studijs semper tibi placitus: et tuo populo pro salubri regimine sit assidue reuerēdus. Per dn̄m nostrū. Secreta

Tue nobis domine habundātia pietatis indulgeas: vt qui sacra munera tibi reuerenter offerimus: gratum maiestati tue pontificem sancte matris ecclesie regimini preesse gaudeamus. Per dn̄m. Complēdum.

P Reciosi corporis et sanguinis tui nos domie sacramēto refectos: mirifica tue gratia maiestatis: de illius summi pontificis concessione letificet: qui et plebem tuā virtutibus instruat: et infideliū mentes spiritualiū aromatū odorē perfundat. Per do. ¶ Missa pro familiaribus.

D Eus qui charitatis dona: per gratiaꝫ sancti spiritus: tuorū cordibus fidelium infudisti: da famulis et famulabus tuis. N. pro quibus tuaꝫ deprecamur clemētiam: saluteꝫ mentis ꝛ corporis: vt te tota virtute diligant: et que tibi placita sunt tota dilectione perficiāt. Per eius.

M Iserere quesumus Secre. dn̄e deus famulis et famulabus tuis. N. pro quibus hoc sacrificiuꝫ laudis tue offerimus maiestati: vt per hec sancta: que superne benedictionis gratiam obtineant: et gloriā eterne benedictiōis acquirant. Per. Cōplē

D Iuina libātes misteria que sumus dn̄e: vt hec salutaria sacramēta illis proficiāt ad prosperitateꝫ ꝛ pacem: pro quorum dilectiōe tibi sunt oblata salute. Per. ¶ Pro inimicis eccl'ie: orō

H Ostium nostrorum quesumus dn̄e elide superbiaꝫ: ꝛ audatiaꝫ eorū dextera tue virtutis prosterne. Per dn̄m nostruꝫ iesuꝫ xp̄m filiū. Secreta oratio.

H Is quesum⁹ domine misterijs: et a nostris mūdemur occultis: et ab hostiū liberemur insidijs. Per do. Complēdum.

U Iuificet nos quesum⁹ dn̄e participatio tui sancti misterij: et pariter nobis expiationeꝫ tribuat ꝛ munimen. Per do.

¶ Cuꝫ celebratur pro mortuis: missa in anniuersario in .xl. Orō

D Eus indulgentiaruꝫ dn̄e: da famulis ꝛ famulabus tuis: quorū anniuersariuꝫ depositionis diem cōmemoramus: refrigerij sedeꝫ: quietis beatitudinem luminis claritatē. Per do.

A Desto quesumus dn̄e supplicationibus nostris: pro animabus famulorū famularūqꝫ tuarum: quibus in depositione sua officiuꝫ cōmemorationis impendimus: vt quecumqꝫ eis secularis macula inhesit: aut vicium mundiale infecit: dono tue pietatis indulgeas ꝛ abstergas Per. ¶ Pro defūctis fratribus

D Eus venie largitor ꝛ humane salutis amator: quesum⁹ clementiaꝫ tuā: vt nostre congregationis fratres: qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedēte cuꝫ omnibus sāctis: ad perpetue beatitudinis consortiū peruenire concedas Per. ¶ Pro amico defūcto

D Eus cui proprium est misereri semper et parcere: pro-

pitiare animabus famulorũ famularumqȝ tuarũ: ⁊ omnia eoꝝ peccata dimitte: vt mortis vinculis absolute: transire mereantur ad vitã. Per. ¶ Pro pluribus.

FIdelium deus omniũ conditor et redemptor: animabus famuloꝝ famularumqȝ tuaruȝ remissiõem cunctorũ tribue peccatorũ: vt indulgẽtiam quaȝ semper optauerunt: pijs supplicationibus consequantur. Qui vi. ¶ Secrete omnes sequũtur.

PRopiciare dñe supplicationibus nostris: pro animabus famuloꝝ famularumqȝ tuaruȝ quorũ hodie annua dies agitur: pro quibus tibi offerimꝰ sacrificiuȝ laudis tue sanctoꝝ tuorum consortio sociare digneris. Per dñm nostrum. Secreta.

ADesto quesumus dñe supplicatiõibus nostris: ⁊ hãc oblatiõem quam tibi offerimus ob dieȝ depositionis: pro animabus famuloꝝ famularumqȝ tuarum placatus ac benignus assume. Per dñm nostrũ. Secreta.

DEus cuius misericordie nõ est numerus suscipe propitius preces humilitatis nostre: ⁊ animabus famulorũ tuoꝝ fratruȝ nostrorũ: quibus tui nominis dedisti confessiõem: per hec sacramẽta salutis nostre: cunctoruȝ remissiõem tribue peccatoꝝ. Per dñm nostrum. Secreta.

ANimas famulorũ famularumqȝ tuaꝝ quesumus domine: ab omnibus vicijs conditionis humane hec absoluat oblatio: que totius mundi tulit immolata peccata. Per. Secreta.

HOstias quesumus domĩe: quas tibi pro animabus famuloꝝ famularumqȝ tuarũ offerimus: propitiatus intende: vt quibus fidei christiane merituȝ contulisti: dones ⁊ premiũ. Per dñm nostrũ. ¶ Ad complẽduȝ.

PResta domĩe quesumus: vt anime famulorũ famularũqȝ tuarum: quorũ anniuersariũ depositionis diem celebramus: his purgate sacrificijs: indulgẽtiaȝ pariter ⁊ requieȝ capiãt sempiternaȝ. Per. Aliud cõplẽdum.

OMnipotens sempiterne deus: collocare digneris animas famuloꝝ famularũqȝ tuaꝝ quorũ dieȝ depositionis celebramus: in finibus abrahe ysaac et iacob: vt cum dies auisionis tue aduenerit inter sãctos et electos tuos eos resuscitare percipias. Per dñm nostrũ. Complẽduȝ.

PResta quesumus omnipotẽs deus: vt anime pro quibus hoc sacrificiũ laudis tue obtulimus maiestati per huius virtutem sacramẽti a peccatis omnibus expiate lucis perpetue te miserante recipiant beatitudinem. Per xp̄m dñm. Complendum.

Complende.

Presta quesumus domine animabus famulorũ famularumq₃ tuarũ misericordiã sempiternã: vt mortalitatis nexibus expeditas lux eas eterna possideat. Per xp̃m dñm. Complẽdu₃.

Animabus quesumus dñe famulorũ famularũq₃ tuarũ oratio proficiat supplicãtiu₃: vt eas ⁊ a peccatis oĩbus exuas: ⁊ tue redẽptionis facias esse participes. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Omni vitio purgatum summaq₃ diligentia emendatũ more ecclesie vestre exaratum missale Nemenses sacerdotes accipite. Quãtũq₃ vigili et studio ⁊ labore Johãnes moilin alias de cãbray famose ciuitatis Lugdunensis bibliopola vestrũ opus expleuerit aduertite. Et vt iussui ⁊ mãdato reuerẽdissimi in xp̃o patris et dñi domini episcopi Nemẽsis obsequeretur hoc presẽs opus suis impẽsis sic expleuit Anno a natiuitate dñi millesimo quingẽtesimo. xi. mẽsis Octo. xxii. vt vr̃o dignũ sit cõspectui hylariq₃ vultu suscipere dignemini Quod in honore₃ omnipotẽtis dei cõpilatu₃ vobis ad salutẽ proficiat.

Laus deo.



